JOAN. CLERICI,

HARMONIA

EVANGELICA.


ἐστιν ὁ ὑός μȣ ὁ ἀγαπητός ἐν ᾧ εὐδόκησα
Ταῦτα γέγραπται ἵνα πιστεύσητε.
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗ



HARMONIA EVANGELICA

CUI SUBJECTA EST

HISTORIA CHRISTI

EX QUATUOR EVANGELIIS CONCINNATA.

Accesserunt

TRES DISSERTATIONES

De Annis CHRISTI, déque Concordia & Auctoritate EVANGELIORUM,

Auctore

JOANNE CLERICO.



AMSTELODAMI,
Sumptibus HUGUETANORUM,
M. DCC.

ILLUSTRISSIMO
ET
REVERENDISSIMO
PRÆSULI
JOANNI
ARCHIEPISCOPO
EBORACENSI
ANGLIÆ PRIMATI
ET
PROVINCIÆ EBORACENSIS
METROPOLITÆ

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

Solent, ILLUSTRISSIME PRÆSUL, qui labores suos magnis viris consecrant, ab horum laudibus Dedicationes suas ordiri; simúlque argumentum Operum suorum extollere, ne eorum patrocinio indigna videantur. Verùm, cùm mecum rem reputo, neutrum nunc à me oportere fieri existimo. Si enim aggrederer laudare Evangelia, primùm id facerem quo nemo indiget Christianorum, & omnium minimè religiosissimus PRÆSUL, qui in eorum lectione ac meditatione vitam terit; deinde mihi ipse numquam satisfacerem, qui quidquid laudum cumulassem, id semper multùm infra id quod

ſentio eſſe judicarem. Dum enim huic Harmoniæ inſudo, ita raptus ſum in admirationem ſanctiſſimorum JESU CHRISTI *ſermonum, ita amore pulcherrimæ ejus doctrinæ incenſus; ut fermè mihi tum primùm ea legere viderer, quæ ab infantia numquam è manibus depoſui. Mortalium, nimirum, Opera, quamvis affabrè facta, quò magis introſpiciuntur, eò minùs placent; acriore examine vitia in iis tandem deprehendente, quæ oculo feſtinante procul ſpectata nullis laborare videbantur. At divini hi Libri, quò magis expendentur, atque in omnes partes verſabuntur, pulchriores ac mirabiliores in dies videbuntur omnibus, qui veritatem amabunt. Verùm hæc, ut dixi, ſunt quibuſvis notiſſima, & quanta pars eorum quæ memorari poſſent?*

Si verò incipiam prædicare, REVERENDISSIME PRÆSUL, *Te eruditiſſimum, Te facundiſſimum, Te exemplar eximium Epiſcopalium omnium virtutum eſſe, nihil quidem dixero quod non libentiſſimè audiant Angli Tui, ut & omnes qui Veſtram Inſulam adierunt; ſed eadem ab omnibus iterari millies audiverunt, & Tu, pro ſingulari Tua modeſtia, præterita malles. Si addam me publicam grati animi teſtificationem dudum Tibi debere, quòd mea accuratiſſimo judicio Tuo non prorſus improbari ſignificare non dedignatus ſis; nihil quoque proferam, quod litterati omnes, qui præſentem adire, aut abſentem compellare litteris auſi ſunt, ſe Tibi debere certatim non affirment, quaſi totius litteratæ gentis communi cuipiam patrono. Igitur hanc orationem abrumpam, atque in vota deſinam; quibus ex animo longam vitam ac valetudinem Tibi,* ILLUSTRISSIME PRÆSUL, *à Deo precabor; ut & Angliæ Tuæ, & toti Orbi Chriſtiano, cujus oculos dudum ad ſe Inſula Veſtra convertit, pergas, ut facis, prodeſſe, déque litteris & litterarum amantibus bene mereri. Vale.*

Dabam Amſtelodami a. d. X. Calendas Februarias,
Anno Chriſti CIↃ IↃC XCIX.

LECTORI

LECTORI
S. P. D.
JOANNES CLERICUS.

DUM nuper in vertendis atque edendis *Henr. Hammondi* adnotationibus, in Novum Testamentum, versarer; sæpe animum subiit deesse Studiosis Sacrarum Litterarum commodam Harmoniam Evangeliorum; quâ sibi propositâ, legerent non tantùm verba Evangelistarum, sed etiam virorum doctorum Commentarios. Experiebar nullâ attentione animi, nullâ memoriâ posse fieri, absque eo subsidio, ut Evangelistarum narrationes sine molestia inter se componerentur; quod nisi tamen fiat, perturbata ac confusa sermonum Christi notio nobis obversetur necesse est; quam nulla Interpretum diligentia, clariorem ac ordinatiorem reddere potest, si eo, quo scripserunt & editi sunt Evangelistæ, ordine legantur. Sciebam quidem, præterito sæculo, atque hoc nostro, plurimas prodiisse Harmonias; sed nullam videram, quæ non laboraret duobus gravissimis incommodis. Primùm enim ordinis temporum, & Evangelistarum exigua in iis habebatur ratio; cùm viri eruditi satis habuerint componere inter se, in distinctis columellis, similia dicta ac facta, divulsis eam in rem mirum in modum Evangeliorum membris; ceterùm Chronologiæ omnis & rerum ordinis securi fuerint, quasi nullam prorsus eorum rationem Evangelistæ ipsi habuissent. Quin & nonnulli Joannem, ex quo tamen solo anni prædicationis Christi distingui possunt, sibi comparandum cum ceteris ac conjiciendum in eamdem Harmoniam non censuerunt. Deinde eæ Harmoniæ erant aut jejunis, aut operosissimis Commentariis illustratæ; qui nec ullâ ratione conferri possunt cum recentioribus Interpretibus, neque nexum orationum Christi, & narrationum Evangelistarum satis clarè ostendunt. Possim præterea addere Evangelistarum verba non esse satis commodè inter se composita; cùm omnia sint aliquoties legenda, ut quid habeant commune, quid singulare, intelligere perspicuè possimus. Igitur nihil occurrebat, quod Studiosorum usui satis accommodatum videretur, optabámque doctum quempiam virum manum huic Operi admovere. Ac sanè commodùm audiebam aliquot eruditos homines, in Gallia, ejusmodi Operibus dudum insudare. Sed

poſtquàm aliquamdiu fruſtra exſpectaſſem, cúmque neſcirem an eſſent id quod potiſſimùm ſpectabam præſtituri; volui & ipſe experiri an, meo labore, primùm mihi poſſem Harmoniam, qualem animo conceperam, adornare; deinde cùm eſſet Græcè tantùm confecta, cogitavi de ea publici juris facienda, ſubjectâ perpetuâ Paraphraſi, quâ ſententia & ſeries orationis Latinè exprimerentur. Cùm hiſce occupatus eſſem, me convenit Bibliopola, nec ea tantùm quæ ſtatueram edere à me impetravit, ſed etiam ut adderem ſimilem Harmoniam ex Verſione Latina Vulgata confectam; quod nullâ quidem meditatione, abſolutâ Græcâ Harmoniâ, ſed nonnullâ moleſtiâ, fieri poterat. Igitur hoc quoque feci, & totum Opus nunc tibi, LECTOR, offero expendendum, atque, ſi placuerit, in Evangeliorum lectione adhibendum. Totam ejus rationem ac methodum tradidi in II. Diſſertatione Operi ſubjecta, adeóque repeti eas hîc neceſſe non erit. Mihi viſus ſum incommoda aliarum Harmoniarum vitaſſe, & præterea, quàm minimè fieri potuit, conjecturis indulſiſſe. Subjeci duas alias Diſſertationes de Chronologia Chriſti, déque Evangeliſtis; in quarum priore, poſt viros doctiſſimos, paucis ita conſtitui annum natalem Chriſti, ut vix ullum ampliùs ſuperſit dubium; in poſteriore verò, γνησιότητα Evangeliorum, & antiquitatem lectionis eorum publicæ ex ultima Antiquitate probavi. Quamvis autem me à vero, ad ſummam rei quod attinet, aberraſſe non putem, in ſingula tamen & ſomnum & errorem irrepſiſſe aliquà, quod fieri potuit, ſi quis deprehendat, monitus emendabo. At ſi quis convitiari dumtaxat, ut ſolent multi, & detrahere famæ noſtræ ſimul ac veritati velit, ne exſpectet ut eodem armorum genere ſecum contendam. Silebo, ſi videatur, in perpetuum; aut, ubi commodum erit, hoc eſt, ſi cum aliquo veri amantium fructu fieri poſſit, reponam. Vale.

Pag. 128. l. 3. paraphraſeos lege *adlegavit*. Pag. 182. ult. l. lege *cacodæmonibus*. Pag. 481. dele ſeptem ultimas voces lineæ ultimæ *quorum* &c. repetitas in ſequenti pagina.

HARMONIA EVANGELICA,

Cui subjecta est

HISTORIA CHRISTI
EX QUATUOR EVANGELIIS
CONCINNATA

A

JOANNE CLERICO.

ΑΡΜΟΝΙΑ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗ.

Urbis Condita 748. *Augusti 39.* *Herodis 32.* *Ante aram Vulg. 6.*

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

LUCAS.

CAP. I.

1. ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων,

2. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.

3. Ἔδοξε κἀμοί, παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε·

4. Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

5. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ.

6 Ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι.

7. Καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν.

8. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν, ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ, ἔναντι τοῦ Θεοῦ,

9. Κατὰ

HISTORIA CHRISTI.

CAPUT I.

Joannis Baptistæ conceptio ab Angelo prænunciata.

MULTI aggressi sunt litteris mandare quæ de Jesu Christo acceperant à testibus fide dignis, qui ab initio ei adfuerunt, ex quo Evangelium nuntiare cœpit, & à se audita ac conspecta plurimis narrarunt. Verùm cùm non pauca omissa ab iis Scriptoribus intelligerem, neque ordinem temporis satis accuratè observatum; existimavi me operæ pretium factum, si eamdem historiam copiosiùs & accuratiùs perscriberem; quippe quòd, ad confirmandam fidem piorum quorumvis, multùm conducere posse videatur.

Cùm

HARMONIA EVANGELICA.

Urbis Conditæ 748.	*Augusti* 39.	*Herodis* 32.	*Ante æram Vulg.* 6.
MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS.

CAP. I.

1. QUONIAM
quidem multi
conati sunt or-
dinare narra-
tionem, quæ in nobis
completæ sunt, rerum,
2. sicut tradiderunt nobis
qui ab initio ipsi viderunt, &
ministri fuerunt sermonis;
3. visum est & mihi, adse-
cuto omnia à principio dili-
genter, ex ordine tibi scri-
bere, optime Theophile.
4. ut cognoscas eorum
verborum, de quibus eru-
ditus es, veritatem.

5. FUIT in diebus He-
rodis, Regis Judææ,
Sacerdos quidam, nomine
Zacharias, de vice Abia: &
uxor illius de filiabus Aaron,
& nomen ejus Elisabeth.

6. Erant autem justi am-
bo ante Deum, incedentes
in omnibus mandatis & ju-
stificationibus Domini, sine
querela.
7. Et non erat illis filius,
eo quòd esset Elisabeth ste-
rilis, & ambo processissent
in diebus suis.

8. Factum est autem,
cùm Sacerdotio fungeretur
in ordine vicis suæ ante
Deum,
9. secun-

Cùm Herodes, cui Magno cognomen fuit, Judæis imperitaret, vivebat in Judæa Sacerdos quidam, cui nomen erat Zachariæ. Is fuit ex classe Abiæ, quæ, ut ceteræ omnes sacerdotales, viginti tribus exactis hebdomadibus, per vigesimam quartam sacerdotalia munera solet in Templo Jerosolimitano obire. Uxor ejus, cui Elisabethæ nomen fuit, erat ex prosapia Aharonis, non secus ac vir, oriunda. In utroque conspicuæ fuere singularis probitas, diligénsque ac minimè fucata præceptorum divinorum observatio. Nulla iis erat proles, nam sterilis hactenus fuerat Elisabetha; nec spes ulla ampliùs liberorum, quia uterque ad senectutem jam pervenerat. Sub finem regni Herodis, sexdecim circiter mensibus antequàm nasceretur JESUS-CHRISTUS, cùm Zacharias, redeuntibus familiæ suæ vicibus, sacerdotio fungeretur, in Templo, sortésque, ut fieri solet, de singulis Sacerdotum muneribus jactæ fuissent, obtigit illi munus suffitûs intrà Sanctuarium offerendi.

Cap. I.

9. Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου.

10. Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω, τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος.

11. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος.

12. Καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδών, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν.

13. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου, καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην.

14. Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται.

15. Ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ.

16 Καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν.

17. Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.

18 Καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγελον· Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.

19. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ. Ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα.

20. Καὶ ἰδού, ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν.

21. Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν· καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ.

22. Ἐξελθὼν δὲ οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ

Quamobrem, ingreſſus eſt Sanctuarium, ſtante foris univerſo populo, Deúmque interea ſilentio orante. Ecce verò à Zacharia, ad dextrum latus altaris ſuffitûs, conſpectus eſt Angelus; quo conſpecto, ſummo terrore eſt perculſus. At Angelus, ne time, inquit, Zacharia, propitius enim tibi Deus me ad te miſit, ut nuntiarem preces, quas ſæpe fudiſti, ut ab eo prolem impetrares, tandem eſſe exauditas. Eliſabetha uxor tua pariet filium, eique Joanni, hoc eſt, *à Deo conceſſo*, nomen impones. Erit aliquando cur illo nato vehementer gaudeas & tibi gratuleris; nec ea lætitia ad te ſolum pertinebit, ſed ad alios etiam manabit. Deo ipſi acceptus erit, atque eximio munere ornabitur. Ab omni potu, qui poſſit inebriare, inſtar Nazireatûs voto conſtrictorum, abſtinebit. Spiritu divino afflabitur, etiam ab utero matris, nec dum in lucem editus. Plurimos Judæos ad emendatiorem vitam adducet. Præmittetur Meſſiæ mox, Deo jubente, adfuturo, ſimilibuſque dotibus ac mandatis inſtructus erit iis quibus olim inſtructus fuit Elias; ac Judæos de Religione diſſidentes ad concordiam revocabit, contumacioreſque

Cap. I.

9. secundùm consuetudinem Sacerdotii, forte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini:
10. & omnis multitudo populi erat orans foris, horâ incensi.
11. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi.
12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.
13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem.
14. Et erit gaudium tibi, & exsultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt;
15. erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur, adhuc ex utero matris suæ.
16. Et multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum;
17. & ipse præcedet ante illum, in spiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.
18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam; ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis?
19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum; & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare:
20. & ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.
21. Et erat plebs exspectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo.
22. Egressus autem, non poterat loqui ad illos: & cognoverunt quòd visionem vidisset

tumacioréſque ut idem cum piis sentiant efficiet, & omnes amandabit ad unum magistrum Messiam; ut hic veniens incidat in populum divinis præceptis, per eum adferendis, obsequi paratum.

Zacharias, hisce auditis, senectutis suæ sibi conscius, atque ætatem provectam uxoris animo versans, persuaderi non potuit sibi ex ea nascituram prolem, adeóque ab Angelo signum petiit; ex quo intelligeret rem futuram. Angelus verò, perspecto dubitantis sine ratione animi æstu, sic eum castigare cœpit: Non rectè facis, qui dubitas de fausto nuntio quod tibi Dei ego Angelus Gabriel, & quidem è primoribus Angelorum, nuntiaturus veni. Itaque pro signo, quod perperam à me expetis, surdus eris ac mutus, ab hac hora, donec tibi natus sit ex Elisabetha filius. Hanc pœnam tuæ incredulitatis feres, quæ verò prænuntiavi suo tempore haud secùs implebuntur.

Interea populus, in Atrio Israëlis, Zachariam exspectans mirabatur eum diutiùs, quàm solent suffitum offerentes, in Sanctuario morari. Ille verò egressus loquelâ se destitutum ani-

madvertit,

Cap. I.

τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων
αὐτοῖς· καὶ διέμενε κωφός.

23. Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλή-
σθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας
αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.
24. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς
ἡμέρας, συνέλαβεν Ἐλισάβετ
ἡ γυνὴ αὐτοῦ· καὶ περιέκρυβεν
ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα·
25. Ὅτι οὕτω μοι πεποίη-
κεν ὁ Κύριος ἐν ἡμέραις αἷς
ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου
ἐν ἀνθρώποις.

---

madvertit; cùm quærentibus, cur tamdiu in Sanctuario moratus esset, nihil posset respondere, quod signis & nutu significare illis conabatur; unde collegit populus visum quodpiam divinitus ei esse oblatum. Exactâ autem hebdomade, domum rediit Zacharias; nec multò pòst conce-

CAP. I.

vidiſſet in templo: & ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus.

23. Et factum eſt, ut impleti ſunt dies officii ejus, abiit in domum ſuam.

24. Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth uxor ejus, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens:

25. Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.

---

pit Eliſabetha. At rem nemini, per priores quinque menſes, ex quo gravida facta fuerat, aperuit; ſatis habens apud ſe gratias Deo agere, quòd ſterilitatis probrum à ſe tandem amoviſſet.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. I. 26. Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρέθ. 27. Πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ. 28. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν, εἶπε· Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. 29. Ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. 30. Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. 31. Καὶ ἰδοὺ, συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. 32. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. 33. Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. 34. Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; 35. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. 36. Καὶ ἰδοὺ, Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς. καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. 37. Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. 38. Εἶπε δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ᾽ αὐτῆς ὁ ἄγγελος. 39. Ἀνα-	

CAPUT II.

Natales Christi ab Angelo prædicti. Verba hac de re Mariæ atque Elisabethæ. Natales item Joannis Baptistæ, & patris ejus Zachariæ loquelam recuperantis verba.

SEXTO mense, postquàm gravida facta fuerat Elisabetha, eumdem Angelum Gabrielem similia nunciatum misit Deus Nazaretham, quæ urbs est Galilææ; ad virginem, cui Mariæ nomen erat, desponsatam Josepho, viro pauperi quidem, sed tamen ex prosapia Davidis Regis oriundo. Angelus autem illapsus in conclave, in quo erat Maria, hisce verbis eam compellavit: Salve, ô Virgo, quam Deus summâ benevolentiâ prosequitur, quam singularibus beneficiis affecturus est, & quam omnes beatissimam mulierum prædicabunt. Maria verò hisce verbis conturbata nihil reposuit, sed apud se tacita reputabat quid sibi vellet ejuscemodi salutatio, cui similem numquam audiverat. At Angelus, ne time, inquit, Maria, propitius enim tibi est Deus. Scito autem te illico gravidam futuram, atque enixuram filium, cui nomen

CAP. I.

26. In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

27. ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: & nomen virginis Maria.

28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

29. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.

31. Ecce concipies in utero, & paries filium & vocabis nomen ejus JESUM.

32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum,

33. & Regni ejus non erit finis.

34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

35. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideóque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei:

36. & ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocabatur sterilis;

37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

39. Exsur-

---

men JESU indes. Is à Deo potestatem maximam accipiet, filiúsque ejus, singulari prorsus ratione, dicetur. Davidis, ex quo ortum ducet, regnum obtinebit. Imperabit Israëlitis, ut Majores sui; at ejus imperio finis nullus erit, cùm regnum Davidis ejúsque posterorum per pauca dumtaxat sæcula steterit. Quibus verbis auditis, Maria respondit se non intelligere qui gravida continuò fieri posset, cùm etiamnum virgo esset. Angelus verò, potentiâ, inquit, divinâ absque viri concubitu, gravida fies; qua de causa, sanctissimus filius quem paries Dei ipsius filius ab iis, qui rem rescìscent, meritò dicetur. Utque intelligas rem sic futuram, sicut dico; scito consobrinam tuam Elizabetham, quæ dudum, ut nosti, consenuerat, absque ulla spe liberorum, divinâ quoque potentiâ gravidam factam esse abhinc sex mensibus. Nec quidquam intelligi potest, quod à Deo, si velit, fieri nequeat. Hæc cùm dixisset Angelus, respondit Maria paratam se esse exsequendis Dei imperiis, quæcumque essent, nec dubitare se quin futurum esset quod ille sibi prædixerat. Quo responso edito, Angelus ex ejus conspectu abiit.

Cap. I.

39. Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς, εἰς πόλιν Ἰούδα.

40. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ·

41. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ·

42. Καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

43. Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με;

44. Ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου.

45. Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου.

46. Καὶ εἶπε Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.

47. Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου·

48. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ, ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί·

49. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ·

50. Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν·

51. Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν·

52. Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς·

53. Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς·

54. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους,

55. (Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα.

56. Ἔμεινε

Paullò pòst, Maria Nazarethâ profecta est, magnâ festinatione, ut iret in urbem tractûs montani Judææ, in qua habitabat Elisabetha, quò hanc inviseret gravidam, prout ab Angelo acceperat. Eò cùm pervenisset, & Elisabetham, domum Zachariæ ingressa, salutaret; ecce verò in Elisabethæ utero fœtus, quem gerebat, insolito prorsus modo commoveri cœpit; & continuò Elisabeta, à Spiritu Sancto afflata & edocta quid Mariæ contigisset, in hæc verba prorupit: O te beatissimam mulierum omnium, & longè felicissimum filium quem utero gestas! Qui verò factum est ut tanto honore afficerer, ut mater Christi Domini mei me prior inviseret? Statim enim ac vox salutantis aures meas verberavit, ita commotus est fœtus meus, quasi matrem Messiæ illo gravidam adesse & ipse intellexisset. Felicem te, quæ fidem Deo habuisti! quæcumque enim tibi prædicta sunt implebuntur; neque ullam pœnam dabis, ut vir meus

Cap. I.

39. Exſurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana, cum feſtinatione, in civitatem Juda:

40. & intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth.

41. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exſultavit infans in utero ejus, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth:

42. & exclamavit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui:

43. & unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

44. Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exſultavit in gaudio infans in utero meo.

45. Et beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino.

46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum:

47. & exſultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo,

48. quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

49. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus.

50. Et miſericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

51. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

52. Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles.

53. Eſurientes implevit bonis: & divites dimiſit inanes.

54. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ,

55. ſicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham, & ſemini ejus, in ſæcula.

56. Man-

---

meus qui dubitationis ſuæ cauſâ, mutus in aliquot menſes eſt factus. Tum verò Maria, religioſâ animi affectione permota; eſt, inquit, cur Dei potentiam ac bonitatem ſummis laudibus extollam, & maximo gaudio perfundar ob beneficia inuſitata à Deo, qui me omnibus malis ſemper eripuit, accepta. Nequaquam deſpicatus eſt humilem meam ſortem, cùm ex me Chriſtum naſci voluerit. Qua de cauſa, ætates omnes futuræ beatam me eſſe dicent. Magna certè atque mira beneficia in me contulit Deus; qui & ſanctiſſimus eſt, & cujus miſericordia ac beneficentia numquam deſinent ſe ſe prodere in eos qui legum ejus obſervantes erunt. Potentiâ ſuâ res maximas, etiam per homines conditionis abjectæ, gerit; ſuperborum verò & potentium cœpta, quæ vel prudentiſſima videbantur, irrita facit. Reges, ſi videatur, ex regio ſolio deturbat; pauperes vero iis ſucceſſores mittit. Egenos omnium bonorum copiâ cumulat, divites verò opibus, quibus ſuperbiebant, ſpoliat. Iſraëlitas, cultui ejus addictos, ſemper tuetur, & priſtinis beneficiis iterum afficit, quibus olim promiſit ſe Abrahamum & poſteros ejus ornaturum.

 Hæc

Cap I.

56. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς· καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

57. Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτήν· καὶ ἐγέννησεν υἱόν.

58. Καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς· καὶ συνέχαιρον αὐτῇ.

59. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον· καὶ ἐκάλουν αὐτὸ, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν.

60. Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ, εἶπεν· Οὐχί· ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης.

61. Καὶ εἶπον πρὸς αὐτήν· Ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ.

62. Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν.

63. Καὶ αἰτήσας πινακίδιον ἔγραψε, λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

64. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ· καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν.

65. Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα.

66. Καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες· Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ.

67 Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου καὶ προεφήτευσε λέγων·

68. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

69. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν, ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

70. Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ.

71. Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς.

72. Ποιῆ-

Hæc tunc temporis dixit Maria, vixitque deinde cum consobrina adhuc tres menses, quibus exactis, instante Elisabethæ partu, domum reversa est.

Cùm verò Elisabethæ tempus pariendi adfuit, filium, ex promisso Angeli, enixa est. Vicini autem & consanguinei ejus, cùm audissent quâ gratiâ à Deo esset affecta, se se ad eam gratulandi causa contulerunt; & octavo quidem die præsertim ad eam iverunt, ut puerum, Judaico more, circumciderent. Quo peracto, nomine paterno eum vocitabant Zachariam; at mater, quæ nomen ei imponendum à viro acceperat, Joannem eum appellandum contendebat. Illi verò negabant vocandum puerum nomine, quod nemini ex ejus consanguinitate impositum hactenus fuisse constabat. Cum ergo ea de re illis inter se convenire non posset, signis à Zacharia, etiamnum muto & surdo, sciscitati sunt quo nomine vellet filium suum vocari.

Cap. I.

56. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus; & reversa est in domum suam.

57. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

58. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei;

59. & factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

60. Et respondens mater ejus dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes.

61. Et dixerunt ad illam: quia nemu est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

62. Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum.

63. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Joannes est uumen ejus. Et mirati sunt uuiversi.

64. Apertum est autem illicò os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.

65. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super umnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc.

66. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suu, dicentes: Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illu.

67. Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu Sancto. & pruphetavit, dicens:

68. Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitavit, & fecit redemtionem plebis suæ:

69. & erexit cornu salutis nobis, iu domu David pueri sui,

70. sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculu sunt, Prophetarum ejus,

71. salutem ex inimicis nostris, & de manu umnium qui oderuut uus:

72. ad

cari. Ille autem signis sibi tabulas dari jussit, quibus acceptis inscripsit nomen Joannis; quod omnes mirati sunt, cùm pueris soleret nomen cujuspiam ex Majoribus imponi.

Scripto filii nomine, continuò aurium & linguæ pristinum usum recuperavit Zacharias, cœpitque clarâ voce Deo gratias agere. Quæ res maximam admirationem, cum metu conjunctam, vicinis omnibus injecit, & famâ, ut & cetera omnia quæ de natalibus Joannis dixi, per universum montanæ Judææ tractum, celebrata est. Itaque altè inhæsit memoriæ omnium, qui audiverunt, exspectantium quid puero illi futurum esset, cujus natales antecesserant & sequutæ fuerant res usque adeò mirabiles. Zacharias verò pater ejus, à Spiritu Sancto afflatus, hoc vaticinium, recuperatâ loquelâ, edidit: Laudetur omnium rerum Creator, quem Israëlitæ colunt, quoniam adest tempus quo eos liberaturus est. Regem enim mox excitabit ex familia Davidis, cultui ejus olim addictissimi, à quo servabimur; prout à multis sæculis, per prophetas, pollicitus est. Eripiet nos hostibus nostris, & omnibus qui nos odio immeritò habent.

MATTHÆUS.

Cap. I.

18. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου·

19. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν.

20. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδού, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

21. Τέξεται δὲ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

22. (Τοῦτο

LUCAS.

Cap. I.

72. Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ·

73. Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν

74. Ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ,

75. Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.

76. Καὶ σὺ παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ,

77. Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν·

78. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους·

79. Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

80. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι· καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ.

Cap.

Præſtabit nunc nobis beneficia, quæ Majoribus noſtris promiſerat, ex fœdere quod olim cum iis ferilt, atque ex jurejurando, quo confirmavit Abrahamo, generis noſtri conditori, adfore aliquando tempus quo liberati hoſtium noſtrorum metu ipſum liberè culturi, & cum religione erga Deum ſanctitatem morum ac juſtitiam, per totam vitam, conjuncturi eſſemus. Tu verò, ô puer, Dei Propheta ab omnibus habeberis, etenim Judæorum ad caſtigatiorem vitam vocatorum, antequàm Chriſtus ſe ſe iis ſiſtat, animos ad eum, ut par eſt, excipiendum parabis. Docebis populares tuos inſtare iis ſalutem, & fore ut peccata iis ad ſanctiorem vitam reverſis à Deo remittantur; quippe qui ſummopere eſt miſericors, nobiſque novam lucem Chriſti mox mittendi è cœlo exoriri voluit; ut illuſtraret nos in ignorantiæ tenebris errantes, ùtque viam ſalutis conſpicuam faceret.

Puer verò adolevit, ſapientiâque & robore animi non vulgari crevit, ac frequentiùs in ſolis locis, quàm in urbibus, verſabatur, donec à Deo mandata accepit eundi ad populares eóſque ad pœnitentiam vocandi.

Cap.

MATTHÆUS.

CAP. I.

18. Christi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequàm convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

19. Joseph autem vir ejus, cùm esset justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est.

21. Pariet autem filium: & vocabis nomen ejus JESUM; ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.

LUCAS.

CAP. I.

72. ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti;

73. jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.

74. ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi,

75. in sanctitate & justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

76. Et, tu puer, Propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus:

77. ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum,

78. per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto,

79. illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

80. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP.

CAPUT III.

Natales atque origo Christi.

NUNC, ad Christum ut redeam, cùm Maria ejus mater Josepho, ut dixi, desponsata fuisset, gravidam esse deprehendit, antequàm eam domum duceret; quod Spiritus Sancti, prout pollicitus erat Angelus Gabriel, potentia factum fuerat, sed ignorabatur à Josepho. Is tamen, cùm mitioris esset indolis, & sortem Mariæ miseraretur, noluit eam palam dimittere, causámque repudii cum maxima puellæ infamia propalare, sed potiùs clam repudiare; ut famæ ejus, quatenus licebat, consuleretur. Hoc consilium cùm animo agitaret, in somnis ei visus est Angelus dicere, ne vereretur domum ducere Mariam, uxorem ejus futuram; eam enim minime ex stupro, sed inusitatâ divinæ potentiæ operâ, gravidam esse; enixurámque filium, cui foret nomen JESU imponendum, quod *Servatorem* sonat, quia populum Judæum, non quidem à jugo Romanorum, sed, quod ejus multò magis intererat, à vitiis, eorúmque pœnis liberaturus esset.

Josephus

MATTHÆUS

Cap. I.

22. (Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος·

23. Ἰδού, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἘΜΜΑΝΟΥΗΛ. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.)

24. Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

25. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἸΗΣΟΥΝ.

Cap.

☞

LUCAS

Cap. II.

☞ 1. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

2. (Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.)

3 Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

4. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρέθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, (διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ)

5. Ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί. οὔσῃ ἐγκύῳ.

6. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν.

7. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς, τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτόν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ· διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.

8. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν.

9. Καὶ ἰδού, ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς· καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν.

10. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γάρ, εὐαγ-

Josephus è somno excitatus somnium divinitus sibi immissum esse intellexit, cùm aliis de rationibus, tum etiam quòd interrogata Maria rem sibi contigisse narraret, quemadmodum ipse in somnis ab Angelo acceperat. Itaque Mariam duxit domum, nec tamen eam attigit, donec peperit filium quem utero gerebat, in virginitate conceptum, & cui nato impositum est nomen Jesu. Quam in rem, ad amussim quadrat vaticinium olim ab Esaia editum: Ecce, virgo concipiet, & pariet filium, cui nomen erit Immanueli, hoc est, *Deo nobiscum*.

Inter hæc, in Judæam allatum est edictum Augusti, quo jubebat hominum descriptionem institui, non modo in Provinciis Populi Romani, sed & in vicinis Regnis, in quibus erant Reges beneficio Romanorum constituti. Quæ prima descriptio Judæorum à Romanis facta est, ante censum à P. Sulpicio Quirino Syriæ Præside institutum; pôstquàm, relegato Archelao, redacta est in formam Provinciæ Judæa. Cùm ergo describerentur homines per gentes

MATTHÆUS.

Cap. I.

22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem:

23. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus.

24. Exsurgens autem Joseph à somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini: & accepit conjugem suam.

25. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocavit nomen ejus Jesum.

Cap.

LUCAS.

Cap. II.

1. Factum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.

2. Hæc descriptio prima facta est. Præside Syriæ Cyrino.

3. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem:

4. adscendit autem & Joseph à Galilæa, de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, quæ vocabatur Bethleem; eo quòd esset de domo & familia David,

5. ut profiteretur cum Maria, desponsata sibi uxore, prægnante.

6. Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies ut pareret:

7. & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio; quia non erat eis locus in diversorio:

8. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum:

9. & ecce Angelus Domini stetit juxta illos: & claritas Dei circumfulsit illos: & timuerunt timore magno.

10. Et dixit illis Angelus: Nolite timere, ecce enim evan-

ac familias, Judææ incolæ cogebantur eò se conferre unde cujusque familia ortum duxerat, ut illic describerentur. Qua de causa, Josephus, à Davide Rege oriundus, Nazarethâ Galilææ profectus est in Judæam, & Bethlehemum quidem, priscam Davidis familiæ sedem, se contulit, ut eo in oppido describeretur; cum Maria uxore, etiamnum gravida, ex quo ei desponsa fuerat.

Cùm illic in diversorio essent, mensibus exactis, peperit Maria primogenitum; cúmque plenum esset hospitibus diversorium, nec locus alius aptior suppeteret, fasciis involutum puerum in stabulo, quàm commodissimè potuit, reclinavit, ut illic quiesceret. Eadem autem nocte, quâ peperit, ad pastores nonnullos, in eo tractu noctu greges suos servantes, venit Dei Angelus, quo præsente, subitò totus ille locus splendidissimâ luce refulsit, quo factum ut pastores maximo metu percellerentur. Tum verò Angelus: ne timeatis, inquit, faustum enim

 nuntium

LUCAS

Cap. II.

εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ·

11. Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ.

12. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον. Εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

13. Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων·

14. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

15. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ᾽ αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν.

16. Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

17. Ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου.

18. Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς.

19. Ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

20. Καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

MATTHÆUS

Cap. I.

1. ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ,

υἱοῦ

Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

2. Ἀβραὰμ

LUCAS

Cap. III.

verſ. 23.

Ἰησοῦς ἦν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ,

24. Τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευῒ, τοῦ Μελχὶ, τοῦ Ἰαννὰ, τοῦ Ἰωσὴφ,

25. Τοῦ

---

nuntium ad vos affero, & quod ingentem lætitiam toti Judææ genti creare par eſt. Bethlehemi hac nocte natus eſt Servator, ſive Rex Meſſias, quem dudum exſpectatis. Hinc autem eum cognoſcetis, ſi Bethlehemum eatis, quòd faſciis involutum & jacentem in ſtabulo inventuri ſitis.

Hæc dicta cùm dediſſet Angelus, ſublatus eſt in cœlum, auditæque ſunt illico voces quaſi multorum Angelorum, in ſummo aëre Dei laudes canentium, & dicentium: laudetur in cœlo Deus, in terras verò deſcendat omnis generis felicitas, quâ, Deo ſibi propitio, homines fruantur. His editis vocibus, in cœlum redierunt Angeli, Paſtores verò Bethlehemum uſque excurrere ſtatuerunt, ut rem ſibi divinitus revelatam oculis etiam uſurparent, atque illico profecti, magnâ feſtinatione, invenerunt Joſephum & puerperam, puerúmque in ſtabulo etiamnum jacentem. Quem cùm vidiſſent, narrarunt Joſepho & Mariæ, aliiſque quod ſibi in agris pernoctantibus de eo infante revelatum eſſet; quod non exiguam admirationem in audientium animis pariebat. Maria verò præſertim quæcumque audiebat, de filio ſuo, diligenter memoriæ mandabat. Paſtores autem ad greges ſuos reverſi ſunt, laudaruntque Deum,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. I

LUCAS. Cap. II.

evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo;

11. quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David:

12. & hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.

13. Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium:

14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

15. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in Cœlum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

16. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

17. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18. Et omnes, qui audierunt mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

19. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20. Et reversi sunt pastores, glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

MATTHÆUS. Cap. I.

1. LIBER generationis Jesu Christi

filii David, filii Abraham.

2. Abra-

LUCAS. Cap. III.

JESUS erat, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat,

24. qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph,

25. qui

& ei gratias egerunt, quòd se tam eximiâ Angelorum revelatione, conspectúque Messiæ dignatus esset.

Cùm autem Jesus vulgò haberetur filius Josephi, ac reverâ ab hocce esset adoptatus, quamquam absque ipsius, ulliúsve viri mortalis opera genitus; subjiciam originem Josephi, qui duplici ratione genus ex Davide ducebat; naturali, nempe, & legali propagatione; ita ut adoptatus ab eo Jesus, pro more Judæorum, qui maternam stirpem nullo loco habent, meritò genus suum ad Davidem referre dicatur.

14. D A V I D.

Stirps Legalis.	Stirps Naturalis.
1. Salomo.	2. Nathan.
2. Roboam.	3. Mattatha.
	3. Abia.

MATTHÆUS — Cap. I.

2. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

3. Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ· Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ.

4 Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών· Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.

5. Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ· Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ· Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.

6. Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.

7. Σολομῶν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά.

8. Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ· Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.

9. Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ· Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ· Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.

10. Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ· Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών· Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.

11. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.

12. Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ· Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.

13. Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ· Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ.

14. Ἀζὼρ

LUCAS — Cap. III.

25. Τοῦ Ματταθίου, τοῦ Ἀμώς, τοῦ Ναούμ, τοῦ Ἐσλί, τοῦ Ναγγαί,

26. Τοῦ Μαάθ, τοῦ Ματταθίου, τοῦ Σεμεΐ, τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἰούδα,

27. Τοῦ Ἰωαννᾶ, τοῦ Ῥησά, τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ Σαλαθιήλ, τοῦ Νηρί,

28. Τοῦ Μελχί, τοῦ Ἀδδί, τοῦ Κωσάμ, τοῦ Ἐλμωδάμ, τοῦ Ἤρ,

29. Τοῦ Ἰωσή, τοῦ Ἐλιέζερ, τοῦ Ἰωρείμ, τοῦ Ματθάτ, τοῦ Λευΐ,

30. Τοῦ Συμεών, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰωσήφ, τοῦ Ἰωνάν, τοῦ Ἐλιακείμ,

31. Τοῦ Μελεᾶ, τοῦ Μαϊνάν, τοῦ Ματταθά, τοῦ Ναθάν, τοῦ Δαβίδ,

32. Τοῦ Ἰεσσαί, τοῦ Ὠβήδ, τοῦ Βοόζ, τοῦ Σαλμών, τοῦ Ναασσών,

33. Τοῦ Ἀμιναδάβ, τοῦ Ἀράμ, τοῦ Ἐσρώμ, τοῦ Φαρές, τοῦ Ἰούδα,

34. Τοῦ Ἰακώβ, τοῦ Ἰσαάκ, τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Θάρα, τοῦ Ναχώρ,

35. Τοῦ Σαρούχ, τοῦ Ῥαγαῦ, τοῦ Φαλέκ, τοῦ Ἕβερ, τοῦ Σαλά,

36. Τοῦ Καϊνάν, τοῦ Ἀρφαξάδ, τοῦ Σήμ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ,

37. Τοῦ Μαθουσάλα, τοῦ Ἐνώχ, τοῦ Ἰαρέδ, τοῦ Μαλελεήλ, τοῦ Καϊνάν,

38. Τοῦ

Stirps Legalis.

3. ABIA.
4. ASA.
5. JOSAPHAT.
6. JORAM.
   * *Achasia.*
   * *Joas.*
   * *Amasia.*
7. OZIAS.
8. JOATHAM.
9. ACHAZ.
10. EZECHIAS.
11. MANASSE.
12. AMON.
13. JOSIAS.
14. JECHONIAS.

Stirps Naturalis.

4. MAINAN.
5. MELEA.
6. ELIAKIM.
7. JONAN.
8. JOSEPH.
9. JUDA.
10. SIMEON.
11. LEVI.
12. MATTHAT.
13. JORIM.
14. ELIEZER.
15. JOSE.
16. ER.
17. ELMODAN.
18. COSAN.

1. * Je

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. I. | **Cap. III.**

2. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus.
3. Judas autem genuit Phares & Zaram, de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram.
4. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.
5. Salmon autem genuit Booz, de Rahab. Booz autem genuit Obed, ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David Regem.
6. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Uriæ.

7. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa.
8. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam.
9. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.
10. Ezechias autem genuit Manassen. Manassea autem genuit Amon. Amon autem genuit Josiam.
11. Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus, in transmigratione Babylonis.
12. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.
13. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14. Azor

25. qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,
26. qui fuit Maath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda,
27. qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
28. qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmodan, qui fuit Her,
29. qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi,
30. qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim,
31. qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David,
32. qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33. qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Judæ,
34. qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
35. qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
36. qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
37. qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan.

38. qui

Stirps Legalis.

1. * *Jechonias alter, sine liberis mortuus.*
2. * *Sedecias patruus & heres Jechoniæ posterioris.*
* *Asir post Sedeciam Jechoniæ heres.*

Stirps Naturalis.

19. Addi.
20. Melchi.
21. Neri.

3. SALATHIEL *filius Neri, heres Assiris & Jechoniæ.* — 22
4. ZOROBABEL *Salathielis filius & heres.* — 23

5. Abiud.
6. Eliacim.

24. Resa.
25. Johanna.

7. Azor.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. I.

14. Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ· Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ· Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.

15. Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.

16. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.

17. Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.

Cap.

LUCAS. Cap. III.

38. Τοῦ Ἐνὼς, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ.

Cap.

Stirps Legalis.	Stirps Naturalis.
7. Azor.	26. Juda.
8. Sadok.	27. Joseph.
9. Achim.	28. Semei.
10. Eliud.	29. Matthathias.
11. Eleazar.	30. Maath.
*	31. Naggai.
*	32. Esli.
*	33. Naum.
*	34. Amos.
*	35. Mattathias.
*	36. Joseph.
*	37. Janna.
12. Matthan *sine liberis mortuus.*	38. Melchi *pater naturalis Jacobi.*
13. Jacob *Matthanis filius legalis.*	39. Eli-*Levi frater Jacobi naturâ.*

14. J O S E P H
Filius Elis naturâ, Jacobi heres.

Si numeres eos qui in stirpe legali nominibus appellati sunt, ex genealogico Codice exscriptis, quatuordecim reperies, à Christo ad captivitatis Babylonicæ tempora, quibus Regnum Judæ concidit; à Babylonica verò captivitate totidem ad Davidem usque, qui primus suæ familiæ gessit diadema. Totidem etiam sunt à Davide ad Abrahamum, ut subjectus laterculus docebit.

1. ABRAHAM.
2. Isaac.
3. Jacob.
4. Juda.
5. Phares, *filius Thamaræ & frater Zara.*
6. Esrom.
7. Aram.

8. Amina-

MATTHÆUS	MARCUS	LUCAS	JOANNES
CAP. I.		CAP. III.	

MATTHÆUS, CAP. I.

14. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

15. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob.

16. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

17. Omnes itaque generationes, ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: & à David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.

CAP.

LUCAS, CAP. III.

38. qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP.

8 Aminadab.
9. Nahasson.
10. Salmon.
11. Booz *Rachabæ Jerichuntinæ filius.*
12. Obed.
13. Jesse.
14. David, *qui ex Bethsabea, Uriæ antea uxore, Salomonem suscepit*

Si verò à Davide ad Adamum usque primum hominem adscendere libeat, novemdecim occurrent Patriarchæ, quorum hæc sunt nomina:

1. Adam.
2 Seth.
3. Enos.
4 Cainan.
5. Malalehl.
6. Jared.
7. Enoch.
8 Mathusala.
9. Lamech.
10. Noe.
11. Sem.
12. Arphacsad.
13. Sala.
14. Heber.
15. Phaleg.
16. Ragau.
17. Sarug.
18. Nachor.
19. Thara, *Abrahami Pater.*

Itaque si omnes in stirpe naturali, à Christo ad Adamum, numerentur, erunt LXXII. viri, à quibus genus ducit Jesus Nazarenus.

CAP.

MATTHÆUS. | **MARCUS.** | **LUCAS.** | **JOANNES.**

MATTHÆUS

CAP. II.

1. ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα,

2. Λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

3. Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

4. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ Γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.

5. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου·

6. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

7. Τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.

8. Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε· Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

9. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

10. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

11. Καὶ

LUCAS

CAP. II.

21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

CAPUT IV.

Annus primus. Circumcisio Christi. Adventus ac discessus Magorum. Oblatio Christi in Templo. Purgatio Mariæ. Canticum Simeonis. Fuga in Ægyptum. Infantium Bethlehemitarum cædes.

OCTAVO à natalibus die, circumcisus est, pro more Judæorum, Mariæ filius; eique nomen inditum JESU, prout jusserat Angelus, ad matrem à Deo missus, antequàm conceptus esset. Paullò pòst, etiamnum vivente Herode Magno, ex Arabia venerunt Magi Jerosolimam, inquisituri ubi esset nuper natus Rex Judæorum; aiebant enim à se in Arabia conspectam esse inusitatam stellam, ex qua intellexerant natum esse Regem Judæorum, dignum cui summi honores à se deferrentur; qua de causa, eum adoraturi venerant. Quod cùm audisset Herodes, homo crudelis & suspicax, timere cœpit ne seditionis semina hisce rumoribus spargerentur; nec minùs Jerosolimitæ omnes commoti sunt, oratione Magorum. Itaque Herodes convocatos, qui ex Pontificibus Maximis oriundi erant, aut ipsi id munus gesserant, vel Sacerdotalium classium principes erant, & Synedros quosque eruditionis famâ insignes, scisci-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. II.

1. CUm ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam,

2. dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum; vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum?

3. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo.

4. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

5. At illi dixerunt ei: in Bethlehem Judæ: Sic enim scriptum est per Prophetam:

6. Et tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.

7. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis:

8. & mittens illos in Bethlehem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cùm inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum.

9. Qui, cùm audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.

10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde;

11. & in-

Cap. II. (Lucas)

21. Et, postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquàm in utero conciperetur.

sciscitatus est, quonam in loco Judææ, ex vaticiniis Prophetarum, nasci oporteret Messiam. Responderunt verò illi oportere eum nasci Bethlehemi; sic enim prædictum à Michæa, (*Cap.* v. 2.) qui negabat Bethlehemum, oppidum Tribûs Judæ, spernendum esse, cùm ex eo orturus esset Rex, Populo Judæo imperaturus.

Hisce auditis, Herodes ad se clam vocavit Magos, ne fortè id quod animo agitabat innotesceret Judæis; & diligenter ab iis quæsivit tempus, à quo exorta erat stella, ex qua Magi intellexerant fore ut nasceretur Rex apud Judæos; quò eum sine tumultu, in ipsis incunabulis, exstingueret. Quod cùm dixissent, dimisit eos Bethlehemum jussos omnem diligentiam adhibere, ut invenirent puerum illum, cui stella regnum Judææ portendebat; dictitabat enim se eum inventum etiam, ut par erat, adoraturum. Illi ergo, à Rege dimissi, iverunt Bethlehemum; & cùm in itinere essent, ecce verò eadem illa stella, quam in Arabia viderant, iis cœpit illucere, & præire ad locum usque in quo erat Jesus. Quam cùm vidissent, non mediocri lætitiâ affecti sunt; ingressique domum, supra quam ignis ille cœlestis steterat, invenerunt

 pueru-

MATTHÆUS — Cap. II.

11. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

12. Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

LUCAS — Cap. II.

22. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ,

23. (Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται·)

24. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.

25. Καὶ ἰδοὺ ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ ᾧ ὄνομα Συμεὼν, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ· καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν.

26. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου.

27. Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν· καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ·

28. Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε·

29. Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ.

30. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,

31. Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν·

32. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

33. Καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ.

34. (Καὶ

---

puerulum cum Maria ejus matre, eúmque procumbentes adorarunt. Tum verò munera quæ attulerant ei obtulerunt, aurum, thus & myrrham.

Deinde eùm essent ad Herodem reversuri, ut significarent à se inventum esse puerum illum, de quo dixerant; in somnis divinitus moniti sunt, ne ad eum redirent. Quare ne fortè retraherentur ex itinere ad Herodem, non eadem viâ, quâ venerant, in patriam confestim redierunt.

Eodem tempore, exacti erant quadraginta dies, quibus puerpera sacris lege arcetur; quapropter, abeuntibus Magis in Arabiam, Josephus & Maria unà Jerosolimam iverunt, ut eum illic, pro more, coram Deo sisterent, rediment éntque solito quinque siclorum pretio; etenim ex Hebræorum Lege, omnes masculi primogeniti Deo sacri habentur, adeóque pretio Lege constituto redimendi sunt. Ex eadem Lege, pauperioribus puerperis impositum est par turturum, aut columbarum, offerendum purgationis causâ; quod est etiam à Maria ritè oblatum.

Erat

MATTHÆUS — Cap. II.

11. & intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

12. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

☞

LUCAS — Cap. II.

☞ 22. Et, postquàm impleti sunt dies purgationis ejus, secundùm legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino,

23. sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum, adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur;

24. & ut darent hostiam, secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Symeon, & homo iste justus & timoratus, exspectans consolationem Israel, & Spiritus Sanctus erat in eo:

26. & responsum acceperat à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.

27. Et venit in spiritu in templum. Et, cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundùm consuetudinem legis pro eo,

28. & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

29. Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundùm verbum tuum in pace;

30. quia viderunt oculi mei salutare tuum,

31. quod parasti ante faciem omnium populorum:

32. lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

33. Et erant pater ejus & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.

34. Et

Erat tunc temporis Jerosolimæ Symeon quidem, vir religiosus ac sanctis moribus, qui exspectabat Messiæ seu Regis promissi adventum, & prophetico Spiritu interdum afflabatur. Is à Spiritu Sancto acceperat, se eatenus producturum vitam, donec vidisset Regem illum à Deo mittendum, ad liberandos Judæos. Itaque, Spiritûs Sancti impulsu, ivit in Templum eodem tempore, quo Josephus & Maria ibant oblatum Deo puerulum Jesum, ex Legis instituto; eúmque illic excepit ulnis; & amplexatus Deo gratias in hanc sententiam agere cœpit: Nunc demum, ô Deus, beatum vitæ finem mihi instare significas, quandoquidem, prout pollicitus eras, conspiciendum mihi exhibuisti eum, per quem omnes populos servaturus es. Luce enim doctrinæ suæ hic puer collustrabit omnes gentes, neque exiguam gloriam pariet Judæis. Josephus verò & Maria mirabantur quæ sibi de Jesu prædicebantur; at Symeon iis etiam

MATTHÆUS.

CAP. II.

13. Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.

14. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

15 Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου·

16. Τότε Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.

LUCAS.

CAP. II.

34. Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ· Ἰδοὺ, οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον·

35. (Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία) ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί.

36. Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις, θυγάτηρ Φανουὴλ, ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ, ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς.

37. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν·

38 Καὶ αὕτη τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ.

CAP.

bene adprecatus est, prætereáque matrem pueri intuitus: Hic, inquit, multos Judæos ad sanctiorem vitam adducet, dum alii, eo frustra audito, deteriores evadent, multi enim ei credent, multi vehementer adversabuntur; atque hinc intelligere licebit quinam religione minimè fucatâ Deum antea coluerint, quinam verò pietatem simularint; nam ab hisce repudiabitur filius tuus, dum illi eum libentissimè excipient. Quo in conflictu dissentientium Judæorum, ea patietur, quæ haud minorem dolorem tibi creabunt, quàm si gladio ipsa transadigereris.

Erat etiam tunc temporis Jerosolimæ Anna quædam, Phanuelis filia, ex Aseritica tribu, quæ à Deo quandoque afflata vaticinabatur. Ea erat octoginta annos nata, & vidua jam à multis annis; quippe per septennium dumtaxat nupta cum viro, cui virgo collocata fuerat, nec secundas nuptias umquam ambiverat. Frequens versabatur in Templo, jejuniisque crebris ac precibus religiosissimè Deum colebat. Hæc ergo cùm eadem horâ in Templo esset, divino afflatu intellexit puerum Jesum esse exspectatum illum liberatorem Israëlitarum, narrabátque eum à se conspectum piis omnibus Jerosolimitis, qui Messiam exspectabant.

Interea dum abirent Magi, Josephúsque cum Maria esset Jerosolimæ, Josephus sibi est in

somnis

Cap. II.

13. Qui cùm recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.

14. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum:

15. & erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

16. Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis.

Cap. II.

34. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicetur:

35. & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

36. Et erat Auns prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus moltis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.

37. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens, nocte ac die.

38. Et hæc, ipsâ horâ superveoiens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omoibus, qui exspectabant redemtionem Israël.

Cap.

somnis visus audire Angelum Dei jubentem ipsum cum puerulo ejúsque matre, illico in Ægyptum, quæ dudum erat provincia Romana, fugere, & manere illic, donec divinitus in Judæam revocaretur; quia Herodes mox quæsiturus erat Jesum, ut eum occideret, ne fortè posteris suis regnum eriperet. Excitatus Josephus, absque mora, cum Maria ejúsque filio in Ægyptum se contulit; ubi mansit per aliquot menses, donec, mortuo Herode, ab Angelo in Judæam est revocatus; qua de re, multò potiori jure dicere possis quod Hoseas Propheta (C. XI. 1.) inducit Deum dicentem de populo Hebræo; *ex Ægypto se evocasse filium suum.* Cùm verò per aliquot dies Herodes exspectasset Magorum reditum Bethlehemo, circiter sex millibus passuum Jerosolimâ remoto, nec rediissent, tandem sibi ab iis verba data esse sensit; quod homo iracundus ægerrimè tulit. Suspicatus etiam eum puerum à Judæis occultari, & veritus ne quis ex rumore sparso, de Rege Judæorum nuper nato, occasionem arriperet rerum novarum; immissis militibus, occidit pueros omnes Bethlehemitas, qui à biennio nati erant; ne elaberetur puer ille, cui Magi regnum Judææ portendi dixerant. Diligenter enim exquisiverat tempus à quo stella orta erat, ex quo natum oporteret esse puerum, quicumque esset, in-

Cap. II.

17. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος·

18. Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.

19 Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδού, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ,

20 Λέγων. Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.

21. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ.

Cap.

tra proximè elapsum biennium colligebat. De hac cæde meritò dixeris, quod de antiquiore clade, in vicino tractu accepta, dixit Jeremias Propheta: (C. XXXI. 15.) *tumultus auditus est Ramæ, luctus, fletus & ejulatus multus. Rachela deflet liberos suos, nec solatium accipit, quia non amplius sunt*; etenim non multùm distat Rama Bethlehemo, & in hujus oppidi agro fuit sepulcrum Rachelæ.

Non

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. II.

17. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam prophetam, dicentem:

18. Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto.

20. dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

21. Qui conſurgens accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Iſraël.

Cap.

Non multò pòſt, mortuus eſt Herodes; quod ubi contigit, Angelus Joſephum in ſomnis, prout pollicitus erat, monuit tempus jam eſſe redeundi in Palæſtinam, in qua tutò vivere poterat, cùm mortuus eſſet Herodes, qui vitæ Jeſu antea inſidiabatur. Itaque excitatus, unà cum uxore, ejúſque filio, in Palæſtinam profectus eſt.

MATTHÆUS.

Cap. II.

22. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας.

23. Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέθ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

MARCUS.

LUCAS.

Cap. II.

39. Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν Ναζαρέθ.

Cap.

JOANNES.

Caput V.

Secundus Christi annus. Regnante Archelao, redit Josephus in Judæam, & Nazaretham Galilææ iterum se confert.

Dum Josephus ex Ægypto in Palæstinam iret, audivit Archelaum, Herodis filium, pro successore patris, adeóque Rege Judææ se gerere, qua de causa veritus est in eam redire; at

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. II.		CAP. II.	
22. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Judæa, pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ,		39. Et, ut perfecerunt omnia, secundùm legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth.	
23. & veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazarenus vocabitur.		CAP.	

at iterum monitus ab Angelo, in somnis, non ampliùs cunctatus est, sed ivit in Galilæam, & quidem Nazaretham, in qua antea vixerat. Qui tractus jussus est ab Augusto parêre, non Archelao, sed Herodi Antipæ, ex ultimo testamento ejus patris Herodis Magni. Hoc modo impletum est vaticinium, quod circumfertur apud Judæos, atque ex quo vulgò existimant Messiam debuisse vocari Nazarenum.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
✿	✿	CAP. II. 40. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. 41. Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλὴμ, τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα. 42. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς· 43. Καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς, ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. 44. Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν, ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς. 45. Καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ζητοῦντες αὐτόν. 46. Καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς, εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον, ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς. 47. Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. 48 Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε· Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. 49. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; 50. Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα, ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς. 51. Καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν, καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρὲθ καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. 52. Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. CAP.	✿

CAPUT VI.

Annus Christi duodecimus. Pueritia ejus atque adolescentia.

NAZARETHÆ puer adolevit, augebatúrque in dies & animi constantiâ, & singulari sapientiâ; Deus enim eum omnis generis dotibus cumulabat. Cùm autem Josephus & Maria, qui parentes ejus habebantur, quotannis Jerosolimam irent, Pascha illic celebraturi, prout Lex Mosaica postulat: cùmque attigisset annum ætatis duodecimum, illuc cum iis profectus est. Exactis verò diebus festis, Josephus & Maria Nazaretham discesserunt, unà cum multis aliis qui eodem contendebant; existimabántque Jesum esse in comitatu, apud consanguineum quempiam aut notum. At manserat Jerosolimæ, nec eum abesse senserunt, nisi confecto diei unius itinere; quo tempore, puero inter notos frustra quæsito, reversi sunt Jerosolimam ut eum investigarent. Jam per triduum eum quæsiverant, cùm tandem in atrio exteriore Templi invenerunt, sedentem inter Doctores, eósque audientem, interrogantémque & eorum quæsitis

MATTHÆUS. | MARCUS. | LUCAS. | JOANNES.

Cap. II.

40. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientiâ: & gratia Dei erat in illo.

41. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ.

42. Et, cùm factus esset annorum duodecim, adscendentibus illis Jerosolymam, secundùm consuetudinem diei festi,

43. consummatísque diebus: cùm redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, & non cognoverunt parentes ejus.

44. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.

45. Et, non invenientes, regressi sunt in Jerusalem, requirentes eum.

46. Et factum est, post triduum, invenerunt illum in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis ejus.

48. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis: nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.

51. Et descendit cum eis, & venit Nazareth; & erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.

52. Et Jesus proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.

Cap.

quæsitis respondentem. Quicumque autem aderant obstupescebant ob quæstiones & responsa pueri, in quibus summa elucebat sapientia. Mirati verò sunt etiam Josephus & Maria eum ita se se subduxisse, atque in Templo à se inveniri, & mater quidem ejus: fili, inquit, cur nos ità reliquisti? ego & pater tuus anxii te per hoc triduum quærebamus, nec exiguum dolorem nobis creasti. At Jesus, qui jam eâ ætate ex revelatione divina norat quo munere adultior defuncturus esset, his verbis respondit: non erat cur anxiè me quæreretis, aut cur miraremini me hic seorsim à vobis mansisse. Scire enim dudum vos oportuit brevi adfore tempus, quo negotiis à Patre demandatis intentum me domi ampliùs non habebitis. Verùm illi minime intellexerunt Patrem Cœlestem, & Evangelii nuntiationem ab eo significari. Attamen illico iis Nazaretham redeuntibus comitem se præbuit, & quemadmodum antea solebat deinceps paruit: Mater verò ejus quæcumque dicebat ac faciebat puer diligenter observabat, ac memoriæ mandabat. Interea unà cum statura Jesu, mirum in modum augebatur ejus sapientia, gratúsque erat Deo, & laudabatur ab hominibus qui eum norant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. III.	Cap. I.	Cap. III.	
	1. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.	1. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος,	
1. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας,	4. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.	2. Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν, ἐν τῇ ἐρήμῳ.	
		3. Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.	
2. Καὶ λέγων· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.			
3. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος.	2. Ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου	4. Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,	
Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.	3. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.	Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.	
		5. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· 6. Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.	
4. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.	6. Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.		
5. Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου· 6. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.	5. Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.	7. Ἔλεγεν	

Caput VII.

Joannis Baptistæ præconium, de pœnitentiâ, & regno cœlorum, anno ætatis Christi vigesimo nono.

Anno decimo quinto Proconsularis Imperii Tiberii Cæsaris, cùm Procuratoris nomine Judææ præesset Pontius Pilatus, & laberetur vigesimus octavus annus, ex quo Herodes Antipas erat Tetrarcha Galilææ, Philippus verò frater ejus Ituraæ & Trachonitidis, Lysanias denique Abilenes; Pontificatu Maximo apud Judæos fungente Caiaphâ, Annæ Pontificis Maximi genero, cumquo auctoritatem suam particebatur; Joannes Zachariæ filius, in desertis locis versans, jussus est à Deo ad Judæos suo nomine ire, eósque ad sanctiorem vitam vocare, eò quòd regnum cœleste Messiæ immineret. Eo autem munere defungi cœpit circa Jordanem, in Magno Campo, eósque qui ipsum audituri veniebant in Jordane abluebat; quo ritu significabat pristinæ vitæ sordibus, seu vitiis eos purgari oportere, si vellent peccatorum veniam à Deo consequi, & regni cœlestis Messiæ participes fieri, quod & disertis verbis prædicabat. Prædictum autem hoc fuerat, ne quis temerè factum credat, à Prophetis Malachia atque Esaïa.

Apud

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. I.	CAP. III.	
	1. INITIUM Evangelii Jesu Christi, filii Dei.	1. ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris (procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarchâ autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarchâ Ituræx, & Trachonitidis regionis, & Lysaniâ Abilenæ Tetrarchâ,	
CAP. III.			
1. IN diebus autem illis, venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ,	4. Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans Baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum.	2. sub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha) factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto: 3. & venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,	
2. & dicens: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum.			
3. Hic est enim qoi dictus est per Isaiam prophetam, dicentem:	2. Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te:	4. sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ:	
Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.	3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.	Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus: 5. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas: 6. & videbit omnis caro salutare Dei.	
4. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus erant locustæ, & mel silvestre. 5. Tunc exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, 6. Et baptizabantur ab eo in Jordane confitentes peccata sua.	6. Et erat Joannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ejus; & locustas & mel silvestre edebat. 5. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jerosolymitæ universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua.	7. Dice-	

Apud priorem enim ita loquitur Deus: (C. III, 1.) *Mitto Angelum meum & parabit viam ante me.* Is enim Angelus est Joannes, *Baptista* à munere baptizandi, seu abluendi dictus; idémque describitur, hisce verbis Esaïæ: (C. XL, 3.) *Vox est clamantis in deserto: parate viam Domini, complanate ejus calles. Omnis vallis impleatur & omnis mons ac collis deprimatur. Quæ curva sunt fiant recta, asperæ verò viæ planæ. Videbit omnis caro salutem Dei.* Quibus verbis vir describitur, cujus munus in eo situm futurum erat, ut animos hominum, ad excipiendum Messiam, pararet.

Joannes autem, veterum Prophetarum more, præsertim si dura nuntiarent, vestitus erat, tunicâ villis cameli contextâ, cingulóque coriaceo cinctus, & durissimam vitam agebat, cùm se sustentaret sæpe solis locustis, & melle sylvestri. Cùm nuntiaret pœnas à Deo de Judæis, vitiis mancipatis, brevi sumendas, nisi ad meliorem frugem redirent; ingens concursus ad eum fiebat; cùm ex reliqua Judæa, tum etiam ipsâ Jerosolimâ, hominum qui ingenuè profitebantur se ob vitia sua dignos esse qui Deo pœnas darent; sed se præteritorum pœnitere, atque in posterum castigatiùs velle vivere; quod Joanni confirmabant, solenni ablutionis ritu ab eo suscepto.

MATTHÆUS.

Cap. III.

7. Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

8. Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.

9. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

10 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

MARCUS.

Cap. I.

LUCAS.

Cap. III.

7. Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ·

Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

8. Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

9 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

10. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγοντες· Τί οὖν ποιήσομεν;

11. Ἀποκριθεὶς δὲ, λέγει αὐτοῖς· Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι· καὶ ὁ ἔχων βρώματα, ὁμοίως ποιείτω.

12. Ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι· καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Διδάσκαλε, τί ποιήσομεν;

13. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν, πράσσετε.

14. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες· Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε· καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν.

JOANNES.

Inter ceteram autem turbam, quæ ad eum confluebat, multi etiam erant ex Sadducæorum ac Pharisæorum genere; quorum priores negant alteram esse post hanc vitam, posteriores, qui eam à se sperari aiunt, fictâ religione ut plurimùm plebem fallunt. Hos ergo cum ille videret ad se venientes, ita eos alloquebatur: O homines, quorum nequitia merito conferatur cum lethifero serpentium veneno, toto cœlo erratis, si existimatis vos, suscepto dumtaxat à me baptismo, immunes fore pœnarum improbis Judæis à Deo imminentium, quamquam meliores non evaditis. Neque ego vos hoc docui, neque quisquam alius qui sapiat. Si ablutionem hanc meam vobis utilem esse velitis, oportet ut ita in posterum vitam instituatis, ut ex moribus liqueat vos ad saniorem mentem seriò rediisse. Quâ mutatione vitæ, Deo accepti fietis, non genere ex Abrahamo ducto, quemadmodum putatis; quasi Deus ejus prosapiæ, quibuscumque tandem sit moribus, propitius esse necesse habeat. Deus, si velit, possit ex quavis gente sibi populum eligere, in quem Abrahami religionem ac probitatem imitantem, con-

ferat

MATTHÆUS.

Cap. III.

7. Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira?

8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

9. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham; dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

10. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

MARCUS.

Cap. I.

LUCAS.

Cap. III.

7. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?

8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

9. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

11. Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det non habenti, &, qui habet escas, similiter faciat.

12. Venerunt autem & Publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister quid faciemus?

13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod constitutum est vobis, faciatis.

14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

JOANNES.

ferat beneficia omnia Abrahami soboli promissa; & jam advenit tempus, quo cœlestes pœnæ imminent Judæis, quas minimè effugient quicumque pergent vitiis suis indulgere.

Tum audientium turba à Joanne quæsivit quid sibi esset faciendum, ut eas pœnas vitaret. Cui ille reposuit ante omnia liberaliores esse oportere erga egenos, eósque juvandos iis quibus locupletiores necessariò ipsi non uterentur. Quin etiam Judæi redemtores vectigalium ac tributorum, genus hominum divitiarum cupidum, iniquum atque immite, ad eum veniebant baptismum ejus suscepturi, & ab eo quærebant quid sibi faciendum esset. Ille verò respondebat, nihil esse illis exigendum, præter ea quæ edictis imperantium parentibus erant imposita. Milites quoque, ex gente Judæa, aut Judaïcæ Religioni addicti, interrogarunt Joannem de vitiis, quæ sibi potissimùm vitanda censeret; responditque non esse iis ab ullo injustum quidquam, terrore injecto, extorquendum, aut fraude quemquam circumveniendum; sed ex stipendiorum quæstu necessaria sibi comparanda, atque in iis adquiescendum.

Caput

MATTHÆUS. Cap. III.

13. Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

14. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;

15. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τότε ἀφίησιν αὐτόν.

16. Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ, ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.

17. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

MARCUS. Cap. I.

9. Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην.

10. Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν.

11. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν· Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

LUCAS. Cap. III.

21. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος, καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανὸν,

22. Καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐπ' αὐτόν· καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν· Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα.

23. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος,

JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. IV.

1. Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

2. Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.

3. Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

4. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· Γέγραπται· Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.

MARCUS.

12. Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.

13. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

LUCAS. Cap. IV.

1. Ἰησοῦς δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον,

2. Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασε.

3. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ ἵνα γένηται ἄρτος.

4. Καὶ ἀπεκρίθη Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, λέγων· Γέγραπται, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι Θεοῦ.

9. Καὶ

Caput VIII.

Initium eorum quæ gessit Christus, anno ætatis trigesimo. Baptismus ejus & tentatio.

Cum Joannes Judæos ad se venientes ablueret, Jesus etiam ex Galilæa ad eum ivit, suscipiendi baptismi causâ. Quem cùm peteret, negabat Joannes, qui Judæos omnes promiscuè abluebat, posse se adduci ut eum ablueret, à quo ipse ablui deberet; quippe multò sanctiore, & qui se docere posset quî vitia sua emendaret. Quod afflatu prophetico ab eo dicebatur, nam Jesum non norat. At Jesus reposuit sibi certum esse ea omnia tacere, quæ religionis causâ meritò à Judæis fiebant, ideóque velle se ablui; quamvis non indigeret ablutione, quâ significabatur purgatio vitiorum; quo audito, Joannes non ampliùs dubitavit an eum esset abluturus. Cùm verò Jesus ablutus ex aqua egressus esset, & genua flexisset ut Deum oraret, tum discedentibus subitò utrimque nubibus cœlum veluti aperiri visum est, atque ex summo æthere descendit Spiritus Sanctus, instar columbæ, in flammula conspicua, quæ insedit capiti Jesu, auditáque est vox è cœlo Dei dicentis: Tu es Filius meus, quem singulari amo-

RE

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. III.	CAP. I.	CAP. III.	
13. Tunc venit Jesus à Galilæa in Jordanem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.	9. Et factum est: in diebus illis venit Jesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Joanne in Jordane.	21. Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus,	
14. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te deben baptizari, & tu venis ad me?	☞	☞	
15. Respondens antem Jesus, dixit ei: Sine modò: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.			
16. Baptizatus antem Jesus confestim adscendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.	10. Et statim adscendens de aqua, vidit coelos apertos, & Spiritum tamquam columbam descendentem, & manentem in ipso.	& Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum, 22. & descendit Spiritus Sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum;	
17. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.	11. Et vox facta est de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.	& vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi.	
☞	☞	23. Et ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta. *	
CAP. IV.		CAP. IV.	
1. TUnc Jesus ductus est in desertum à Spiritu,	12. Et statim Spiritus expulit eum in desertum;	1. JEsus autem, plenus Spiritu Sancto, regressus est à Jordane: & agebatur à Spiritu in desertum	
☞	13. & erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus:	2. diebus quadraginta,	
ut tentaretur à Diabolo.	& tentabatur à Satana,	& tentabatur à Diabolo.	
2. Et cùm jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. 3. Et accedens tentator dixit ei: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. 4. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.	☞	☞ Et nihil manducavit in diebus illis: & consummatis illis, esuriit. 3. Dixit autem illi Diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. 4. Et respondit ad illum Jesus: Scriptum est: Quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.	
		9. Et	

RE PROSEQUOR. Hoc autem tempore, Jesus natus erat circiter triginta annos; quâ ætate, cœpit munere suo fungi, ut mox dicemus.

À Joanne ergo baptizatus cùm fuisset, continuò Spiritûs Sancti adflatu à Jordane in solitudinem Arabiæ vicinam, ad ortum ejus fluvii, profectus est; ut tentatione Cacodæmonis spretâ, firmaretur atque insignior fieret ejus constantia. Illic per quadraginta dies mansit, absque ullo cibo; quot diebus Moses in monte Sinaï olim moratus etiam erat jejunus, ut legem à Deo acciperet. Memoriæ quidem proditum non est quid Jesu contigerit, per totos quadraginta dies in solitudine versanti; sed dumtaxat sub finem ejus temporis cœpisse eum esurire, divinâ potentiâ hominem humanæ naturæ infirmitati tandem permittente. Tunc ad eum accessit Cacodæmon, consiliorum omnium Dei adversarius; qui dixit, quandoquidem esuriebat, si filius Dei erat, & imperio paterno naturæ legibus superior, oportere dumtaxat eum jubere lapides fieri panes, quibus urgentem famen sedaret. Respondit verò ei Jesus, à Mose scriptum esse: (*Deut. VIII, 3.*) *non pane solo vivet homo, sed quavis re quæ ex Dei ore egredietur*, hoc est, quam Deus loco panis esse jusserit; ideóque minimè opus esse, ut lapides in panes converterentur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. IV.	CAP. I.	CAP. IV.	
5. Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. 6. Καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ· Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. 7. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πάλιν γέγραπται· Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. 8. Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου		9. Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω. 10. Γέγραπται γάρ· Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε. 11. Καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. 12. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι εἴρηται· Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. 5. Καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης	
καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. 9. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. 10. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. 11. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος,		ἐν στιγμῇ χρόνου. 6. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος· Σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν· ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν. 7. Σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σου πάντα. 8. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. 13. Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ.	
καὶ ἰδοὺ, ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.	13. καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.		

Tunc Cacodæmon duxit eum Jerosolimam, atque imposuit loricæ tecti Templi, jussitque eum, si Dei Filius esset, se præcipitem dejicere; nihil enim mali passurum ex lapsu, quandoquidem de eo scriptum erat à Psalte: (*Ps. XCI, 11.*) *Angelis suis Deus in mandatis de te dabit, ut te custodiant. In manus suas tollent te, ne quando impingas pedem tuum ad lapidem.* Jesus verò, scripsit etiam, inquit, Moses: (*Deut. VI, 16.*) *ne tentes Dominum Deum tuum*; quasi, scilicet, de ejus bonitate ac potentia dubitares. His auditis, Cacodæmon alio tentationis genere Jesum aggressurus, eum subduxit in altissimum montem; è cujus summo jugo, brevi momento, ei ostendit amplissimos terrarum tractus, quaquaversùm porrectos, atque opes multorum

MATTHÆUS.

Cap. IV.

5. Tunc adsumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi,
6. & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

7. At illi Jesus: Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.
8. Iterum adsumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

9. & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.
10. Tunc dixit ei Jesus: Vade Satana; scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

11. Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

MARCUS.

Cap. I.

erátque cum bestiis, & Angeli ministrabant illi.

LUCAS.

Cap. IV.

9. Et duxit illum in Jerusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum;
10. scriptum est enim quòd Angelis suis mandavit de te, ut conservent te:
11. & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
12. Et respondens Jesus, ait illi: Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.
5. Et duxit illum Diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia Regna orbis terræ in momento temporis,
6. Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa:
7. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.
8. Et respondens Jesus dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.
13. Et consummatâ omni tentatione, Diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

JOANNES.

---

torum populorum; quibus omnibus se eum donaturum esse dixit, si procumbens se se adoraret, quasi Deum; se enim eorum esse dominum, & dare ea posse cuicumque velit. At Jesus, abi, inquit, à me, tu qui Dei adversarius es, scripsit enim meritò idem Moses: (*Deut. X, 20.*) *Adorato Dominum Deum tuum, atque eum solum colito.* Quo responso accepto, cùm Cacodæmon intelligeret se frustra esse, ab eo, ad certum tempus; secessit, versabatúrque Jesus in eo monte cum feris; sed Angeli Dei cibum ad eum attulerunt, omnibus ejus imperiis obsequi parati.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
☞	☞		☞

JOANNES. Cap. I.

1. ΕΝ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.
2. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.
3. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν.
4. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων.
5. Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.
6. Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης.
7. Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ.
8. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.
9. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.
10. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.
11. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.
12. Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ·
13. Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.
14. Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς) πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.

CAPUT IX.

Divina Sapientia, à qua omnia condita sunt, in Jesu habitat, quamquam à Judæis repudiatur. Testimonia Joannis de Jesu.

NONNULLI, qui Philosophiæ Ethnicæ studium conjunxerunt, cum Judaïcæ aut Christianæ Religionis professione, multa de Ratione, de Vita, de Lumine, deque Unigenito Dei Filio, docere cœperunt, & quasi maximi momenti dogmata discipulis suis inculcarunt. Ea, cùm neque omnia falsa sint, neque omnia vera, ne sine discrimine repudientur aut admittantur, quænam cum Jesu-Christi doctrina consentiant paucis ostendam, antequàm historiam ejus ministerii narrare incipiam. Verum est ante conditum mundum Rationem fuisse, etenim Ratio tunc in Deo erat, imò verò ipse Deus, quandoquidem sine Ratione Deus esse non potest; erat, inquam, Ratio in Deo ante conditam rerum universitatem, nam quidquid est in rerum natura summâ Ratione factum est; neque quidquam potest proferri, quod sine Ratione sit creatum. Antea penès eam Rationem solam, erat omnibus numeris absoluta cognitio viæ, quâ ad æternam Vitam hominibus pervenire licet; eâque unâ cognitione illustrati, si modò ejus participes fierent, quasi splendidissimo Lumine præeunte, ad eam Vitam poterant contendere. Hoc verò Lumen postea in terras delatum, inter homines, viæ qua ad Vitam perveniant ignaros, à multis annis lucet; sed in ignorantiæ tenebris errare malunt plerique, quàm eo Lumine uti.

Joannes

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES

CAP. I.

1. IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
2. Hoc erat in principio apud Deum.
3. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est.
4. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum:
5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes.
7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.
8. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.
9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum.
10. In mundo erat, & mundus eum non cognovit.
11. In propria venit, & sui eum non receperunt.
12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine ejus,
13. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo, nati sunt.
14. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre: plenum gratiæ & veritatis.

Joannes propterea quidem à Deo ad Judæos missus fuit, ut eos doceret quis esset is in quo id Lumen consederat, exhibitóque palam testimonio, omnes adduceret ad fidem ei habendam. Neque enim Joannes in se habebat hoc Lumen, aut idcò venerat, ut homines ejus participes faceret; sed dumtaxat ut ei, cui id Lumen inerat, auctoritatem, testimonio suo, apud Judæos pareret. In hoc demum homine solo consederat Lumen, eo nomine præstantissimo sensu solum dignum, & quod nunc inter homines fulget; ut quicumque hoc uno voluerit uti, eo prælucente, ad vitam æternam deducatur. Versatus quidem est aliquamdiu, inter homines, is in quo erat id Lumen; at ii, quamvis à Ratione divina, quæ in eo homine habitabat, creati primùm sint, eum à fallacibus Doctoribus minimè secreverunt. Imò verò vixit inter suos, qui soli populus & filii Dei vocabantur; sed Dei sui doctrinam non agnoverunt. At quicumque doctrinam divinitus revelatam sunt amplexi, propterea in populum Dei adsciti, ejus filii, quamvis Abrahami posteri non essent, facti sunt. Neque prosapiâ, neque connubio, neque proselytismo Hebræi, eâ tamen appellatione à Deo, quia ei sic visum est, cohonestati sunt. Ratio illa, quam apud Deum ab initio, imò verò Deum ipsum fuisse, in qua Vitam, in qua verum Lumen hominum esse contendimus, non semper, ut dicebamus, oculos nostros fugit; sed per hominem, cui inerat, conspicua facta est, atque apud nos aliquamdiu commorata. Rationis divinæ, numquam antea conspectæ, majestatem ipsi vidimus, se se in eo homine prodentem, ut decebat eum, qui filius Dei est, non quales nos sumus, sed peculiari, eique soli proprio modo. Æterna illa Ratio per illum nostris oculis se subjecit, misericordémque & benignam se se nobis præbuit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. I.
			15. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, λέγων· Οὗτος ἦν ὃν εἶπον· Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.
			16. Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. 17. Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.
			18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. 19. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν· Σὺ τίς εἶ;
		Cap. III. 15. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός,	☞
	Cap. I. 7. Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων·	☞	20. Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν· Ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.
		☞	21. Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν· Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει· Οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη· Οὔ.
			22. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς· τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ; 23. Ἔφη· Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης. 24. Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι, ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων· 25. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;
Cap. III. 11. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν·	8. Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι. ☞	16. Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης, ἅπασι λέγων· Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς. ☞	26. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων· Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· ☞

Huic homini testimonium clarâ voce & palam perhibuit Joannes, cùm professus est eum esse quem hisce verbis descripserat: qui post me venturus est major me erit. Ex cognitione autem rerum cœlestium, quâ Divina Ratio plenissimè illustravit eum hominem, nos omnes hausimus quidquid scimus. Hinc accepimus Deum eâ erga nos esse misericordiâ ac benignitate, ut pro summa gratia, quâ nos apud se valere voluit, & maximis beneficiis quæ ejus erga nos amorem sequuntur, nihil præter gratum animum à nobis postulet. Nam cùm Moses Leges olim promulgarit, quibus operosissimos ritus Hebræis imposuit, denuntiatâ morte nisi accuratissime eos observarent; Jesus, qui verus est Messias, & in quo Divina Ratio consedit, ad nos nuntium attulit de misericordiâ & benignitate Dei; quibus & præterita omnia peccata nobis ignoscuntur, & intolerabile Mosaicarum legum jugum detrahitur. Antea eam Dei voluntatem nemo plenè intellexerat, sed is, quem diximus, Unigenitus Dei Filius, singulari amore à Patre dilectus, ejus rei ad nos nuntius à Deo missus est.

Sic autem Joannes judicium suum protulit de Jesu, postquàm ab ipso fuerat in Jordanis aquis ablutus. Jerosolimæ principes, cum viderent Judæam totam ad Joannem concurrere, miserunt ad eum legatos Sacerdotes & Levitas, quoniam ipse ex Sacerdotali erat genere; ut eum interrogarent, de munere quod susceperat, & auctoritate quâ eo defungebatur. Qui cùm

Joan-

MATTHÆUS.

C A P. III.

11. Ego quidem baptizo vos in aqua

in pœnitentiam:

MARCUS.

C A P. I.

Et prædicabat, dicens:

8. Ego baptizavi vos aquâ:

LUCAS.

C A P. III.

15. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis, de Joanoe, ne fortè ipse esset Christus:

16. respondit Joannes, dicens omnibus: Ego quidem aquâ baptizo vos:

JOANNES.

C A P. I.

15. Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat diceos: Hic erat, quem dixi: qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.

16. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

17. Quia Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Jesum Christum facta est.

18. Deum nemo vidit umquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.

19. Et hoc est testimonium Joannis, quando miseruot Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, nt ioterrogarent eum: Tu quis es?

20. Et confessus est, & non negavit: & confessus est: Quia oon sum ego Christus.

21. Et interrogaverunt eum: Qoid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.

22. Dixeruot ergo ei: Quis es, nt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso?

23. Ait: Ego vox clamantis io deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.

24. Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis.

25. Et interrogaveruot eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

26. Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua:

Joannem adiissent & mandata exposuissent, multi qui suspicabantur eum esse Christum, exspectabant ejus responsum, non sine quadam animi anxietate. At ille aperte negavit, & quidem coram omnibus, se esse Messiam. Quæsiverunt ergo Jerosolimitarum legati, quasi dubitassent an esset Zachariæ Sacerdotis filius, aut insidias illi struentes, num esset Elias, quem putabant Judæi è cœlo in terras descensurum, antequàm veniret Messias. Pariter inficiatus est Joannes. Tertiò interrogarunt, an esset alius è veteribus Prophetis; quod ille etiam negavit. At illi, quid igitur, inquiunt, vis nos respondere Jerosolimitarum proceribus, qui nos ad te miserunt? Si ex aliena sententia nolis de te judicium ferri, dic ipse quemnam te dici velis? Ego verò, inquit Joannes, aio me eum esse, quem Esaias Propheta hisce verbis descripsit: (Cap. XL. 3.) *vox est clamantis in deserto, complanate viam Domini.* Cùm autem legati essent è Pharisæorum secta, quæ Majorum instituta & opiniones acriter tuetur, nec patitur quidquam novi proferri, rogarunt Joannem ut diceret, quâ auctoritate instituisset ablutionem, qua utebatur non erga Proselytos ex aliis gentibus, quod solebat fieri, sed erga ipsos Judæos; cum neque Messias, neque Elias, neque alius Propheta esset, qui novos mores condere posset. Tum verò Joannes reposuit se abluere dumtaxat aquâ, nec ulla cœlestia dona baptismo illo suo conferre in ablutos, sed eos tantùm docere animum vitiorum sordibus esse purgandum, si Deo accepti

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
Cap. III.	Cap. I.	Cap. III.	Cap. I.
			μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· 27. Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.
ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. 12. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.	7. Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. 8. αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.	ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. 71. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. 18. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν.	
			28. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων. 29. Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. 30. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον· Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν. 31. Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. 32. Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων· Ὅτι τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. 33. Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

accepti esse vellent. Verùm jam esse apud Judæos virum, iis ignotum, qui quidem post se ad eos, nomine Dei, venturus erat, sed ampliore multò potestate instructus, majoreque dignitate à Deo ornatus foret; & cui ipse Joannes dignus non erat qui vilissima præstaret servuli ministeria, quale est calceos domum redeunti exuere è pedibus. Hunc autem discipulis suis non baptismum dumtaxat aquæ, sicut ipse faciebat, collaturum; sed & Spiritum Sanctum, sub imagine ignis, in eos demissurum. Quemadmodum verò fruges demessæ triturantur in areis, ita ut granum in horrea recondendum separetur à gluma, quæ incendi solet, atque absumi: ita eum virum bonos quosque in Judæa gente separaturum brevi à malis, & posteriores gravissimas pœnas ei daturos; dum priores amplissimis præmiis fruerentur. Hæc & alia similia, de Messia mox venturo, docuit Joannes Judæos; atque hoc quidem testimonium perhibuit Jesu Bethabaræ, ad ripam Jordanis, ubi tunc temporis ad se accedentes abluebat.

Interea Jesus ex monte, in quo postremùm à Cacodæmone tentatus fuerat, & quidem frustra, ut antea diximus, ad Joannem rediit; à quo conspectus postridie ejus diei, quo ei testimonium exhibuerat apud Jerosolimitarum legatos, novis laudibus illico est ab eo ornatus; ita ut significaret eumdem illum esse, de quo pridie egerat cum legatis. Hic est, inquit, agnus ille vitii omnis expers, qui se quasi victimam Deo offeret, ad expianda hominum peccata.

Hic

MATTHÆUS.

Cap. III.

qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare:

ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.

12. Cujus ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inexstinguibili.

MARCUS.

Cap. I.

7. Venit fortior me post me: cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus;

ille verò baptizabit vos in Spiritu Sancto.

LUCAS.

Cap. III.

veniet autem fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus:

ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.

17. Cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili.

18. Multa quidem & alia exhortans evangelizabat populo.

JOANNES.

Cap. I.

medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis.

27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est;

cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti.

28. Hæc [illegible] fa-cta sunt, trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

29. Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

30. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.

31. Et ego nesciebam eum: sed, ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

32. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de Cœlo, & mansit super eum.

33. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto.

Hic est, quem dicebam esse me potiorem, majoréque dignitate à Deo ornatum. Hunc ego quidem antea non noram, quamvis cœpissem abluere pœnitentes, & docere regnum cœli mox adfuturum, ut Judæis innotesceret meâ prædicatione. Intellexi autem eum esse, cùm vidi in eum ablutum à me descendere Spiritum Sanctum, instar columbæ, & ei aliquamdiu insidere; divinitus enim monitus fui, cùm missus sum ad pœnitentes aquâ abluendos, ab eo, in quem ita viderem Spiritum delapsum, Spiritu Sancto discipulos similiter donatum iri. Quem cùm viderim huic viro insidentem, hunc esse Filium Dei palam testor.

Postero die, cùm idem Joannes esset cum duobus discipulis suis, conspicatus iterum Jesum non procul ambulantem; ecce, inquit, agnum Dei, de quo hesterno die dicebam.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. I.

34. Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

35. Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

36. Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.

37 Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

38. Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς

39 Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ Ῥαββί (ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, Διδάσκαλε,) ποῦ μένεις;

40. Λέγει αὐτοῖς· Ἔρχεσθε καὶ ἴδετε. Ἦλθον καὶ εἶδον ποῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα δὲ ἦν ὡς δεκάτη.

41. Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ.

42 Εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός·

43. Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν Ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος.

44. Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ Ἀκολούθει μοι.

45. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδά, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου.

46. Εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσήφ, τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ.

47. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναήλ· Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος Ἔρχου καὶ ἴδε.

Caput X.

Andreæ & Petro piscatoribus Bethsaidensibus Jesus primùm innotescit. Philippum Betsaidensem vocat, qui Philippus Nathanaeli eum patefacit, cum quo Jesus colloquitur. Nuptiæ Canenses.

Iterato Joannis testimonio de Jesu audito, duo discipuli, qui ei adstabant, illico Jesum sunt sequuti; quos cùm à tergo venientes animadvertisset, conversus interrogavit eos, qua de causa se ita adsectarentur? Tum illi, vellemus, inquiunt, Magister (quo nomine Legis periti solent apud Judæos salutari) scire ubi habites. Respondit Jesus scituros, si secum domum venire vellent. Itaque iverunt, & ad vesperam usque cum illo manserunt; supererant enim dumtaxat circiter duæ horæ, ad solis occasum. Alter autem ex illis erat Andreas, Simonis, qui postea Petrus dictus est, frater.

Is autem cum fratrem, antequàm quidquam de Jesu inaudisset, postea convenisset, dixit à se inventum esse Messiam, narravitque quæ antea diximus. Tum eum deduxit ad Jesum, qui

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. I.
			34. Et ego vidi, & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.
			35. Altera die iterum stabat Joannes, & ex discipulis ejus duo;
			36. &, respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei.
			37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Jesum.
			38. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas?
			39. Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima.
			40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant à Joanne, & sequuti fuerant eum.
			41. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus.
			42. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus.
			43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum, & dicit ei Jesus: Sequere me.
			44. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andreæ & Petri.
			45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph à Nazareth.
			46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide.
			47. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est.

eum intuitus: diceris, inquit, Simon Jonæ filius; at posthac vocaberis Cephas, hoc est; *Petrus*, seu *lapis*. Quâ nominis mutatione significabat, Hebræorum more, mutationem instituti vitæ, quæ in Simone brevi erat futura.

Sequente verò die, Jesus statuit ire in Galilæam; & cùm incidisset in Philippum Bethsaïdensem, popularem Andreæ & Petri, jussit eum se se adsectari, discipulum suum futurum. Quod ille facturum se pollicitus est, nec multò pòst incidens in Nathanaëlem, eum monuit tandem desideratum illum Messiam, de quo tam multa Moses & ceteri Prophetæ, à se conspectum esse; Jesum, nempe, Nazarenum, Josephi filium; prout vocitabatur ab iis, qui arcanam ejus generationem ignorabant. At Nathanaël, potéstne, inquit, egregium quidquam Nazarethâ venire? Philippus verò Nathanaëlem jussit secum adire Jesum; ut per se de eo judicaret.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES

Cap. I.

48. Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

49. Λέγει αὐτῷ Ναθαναήλ· Πόθεν με γινώσκεις; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.

50. Ἀπεκρίθη Ναθαναήλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ῥαββί, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

51. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι εἶπόν σοι, Εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψει.

52. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

Cap. II.

1. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ.

2. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

3. Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν· Οἶνον οὐκ ἔχουσι.

4. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

5. Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις· Ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε.

6. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἕξ, κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

7. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

8. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. Καὶ ἤνεγκαν.

9. Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον (καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ,) φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος,

---

Paruit illico Nathanaël Philippo, atque hanc laudem à Jesu, ad eum accedens, tulit; quòd esset eâ animi affectione, quæ deceret non fucatum Israelitam, hoc est, unius veri Dei ex animo cultorem, nec ullâ fraude inquinatus. Tum Nathanaël quæsivit unde Jesu notus esset, qui tam benignè de se sentiebat. Jesus verò reposuit se eum vidisse, sub ficu quiescentem, antequàm à Philippo vocaretur; unde intelligere poterat Jesum esse Prophetam, cùm sciret quod à nemine resciri potuerat. Itaque Nathanaël exclamavit nequaquam errasse Philippum, qui dixerat eum esse Filium Dei, seu Regem illum Israëlis, qui à piis Judæis usque adeò expetebatur. At Jesus, mihi, inquit, credis quia dixi te à me conspectum esse sub ficu; atqui multò majora ac mirabiliora posthac videbis. Cœlestes ipsi Angeli, Dei ministri, quasi internuntii Dei ad me, quamquam à quolibet è vulgo externâ specie minimè differo, veluti reserato cœlo, descendent, & à me ad Deum redibunt.

Tertio pòst die, cum Jesus jam in Galilæam pervenisset, essetque Canæ, quod est Galilææ oppi-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. I. 48. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus: & dixit ei: Priusquàm te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. 49. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. 50. Respondit Jesus & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: majus his videbis. 51. Et dicit ei: Amen, amen, dico vobis, videbitis Cœlum apertum, & Angelos Dei adscendentes, & descendentes supra Filium hominis. **CAP. II.** 1. ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Jesu ibi. 2. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus, ad nuptias. 3. Et, deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, & tibi est, Mulier? Nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. 7. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. 8. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte Architriclino; & tulerunt. 9. Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat Sponsum Architriclinus,

oppidum, unà cum matre Maria & aliquot discipulis, qui jam eum ut Magistrum adsectari cœperant, vocatus est cum iis ad nuptias. Contigit autem in iis nuptiis vinum deficere; quod cùm animadvertisset Maria, quæ aliàs viderat Filium edentem miracula, quæ memoriæ prodita non sunt, cœpit veluti ab eo postulare ut miraculo quopiam vino indigentibus subveniret, monuit enim eum sponsis vinum deesse. At Jesus Mariæ respondit quidem, non esse cur de eo, quod ab ipso fieri par erat, se moneret; nec dum adesse tempus, quo palam à se miracula edi oporteret; attamen se ei obsequi, hoc in negotio, paratum esse ostendit. Itaque Maria eos qui convivis ministrabant ad se vocatos jussit ad Jesum ire, eique parêre. Erant autem iis in ædibus, in quibus celebrabantur nuptiæ, sex Hydriæ lapideæ, quæ aquâ, ablutionum Judaicarum causâ, impleri solebant; & quarum singulæ continebant duos vel tres Metretas, aut Coros, quæ mensuræ aquâ plenæ continent plus quàm septingentas sexaginta libras Romanas. Jussit vero Jesus eas Hydrias aquâ impleri, quod ministri illico exsequuti sunt, iis ad summam oram impletis. Quo peracto, mandavit ut liquorem, quem continebant, haustum ferrent ad Architriclinum, seu Convivii curatorem; qui liquorem ad se allatum degustans,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. II.

10. Καὶ λέγει αὐτῷ· Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι· καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι.

11. Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

12. Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ, αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας.

PRIMUM PASCHA

Post Christi Baptismum.

13. Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς.

14. Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστεράς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

15. Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας· καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε.

16. Καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν· Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου.

17. Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐστίν· Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

18. Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς;

19. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

---

stans, nec sciens unde allatus esset (neque enim dixerant ii qui ex Hydriis hauserant) sponsum adit; aitque morem esse ut præstantissimum vinum priùs adfundatur, dein non ita generosum præbeatur, postquàm convivæ ebrii saporem vini non ampliùs secernunt; ipsum verò optimæ notæ vinum ad finem convivii præpostere servasse.

Hoc fuit miraculorum Jesu, quæ palam edidit, initium quod factum Canæ; unde ejus discipuli collegerunt eum à Deo missum, eique propterea, non ut vulgari Magistro, sed ut Prophetæ crediderunt. Canâ deinde se Capernaümum, oppidum situm ad Genesareticum lacum, contulit; cum matre, cognatisque & discipulis; sed paucos dies eo in oppido, tunc temporis, est commoratus.

Caput XI.

Jesus Jerosolimam it ad Pascha. Mercatores Templo ejicit, castigatque eos, quibus factum illud suum displicebat, prædictâ resurrectione suâ. Credunt illi multi, sed se ipse Judæis non credit. Colloquitur cum Nicodemo.

Superiora Mense Martio, labente XVI. Tiberii anno, initio facto à Proconsulari ejus Imperio, contigerunt; nam instabat paullò pòst Pascha, quod eo anno ex cyclo, quo Judæi utun-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. II.

10. & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: &, cùm inebriati fuerint: tunc id, quod deterius est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.

11. Hoc fecit initium signorum Jesus, in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

12. Post hæc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.

PRIMUM PASCHA

Post Christi Baptismum.

13. Et prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam.

14. Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & numularios sedentes,

15. &, cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & mensas subvertit.

16. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.

17. Recordati sunt verò discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domûs tuæ comedit me.

18. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

19. Respondit Jesus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

utuntur, incidebat in IV. Calendas Apriles. Jesus autem, instante Paschate, Jerosolimam est profectus. Eò cùm venisset, Templum ingressus, invenit in exteriore Atrio sedentes mercatores victimarum & numularios, vendentésque illic, & de rebus pecuniariis agentes in loco soli divino cultui consecrato; quod sine indignatione videre non potuit. Itaque facto flagello ex funiculis, cœpit eos ictibus expellere ex Templo, & numulariorum quidem mensas evertit atque effudit nummos, columbarum verò mercatores jussit columbarum caveas, illic prostantes, auferre; & cavete, inquit, ne Templum Patris mei in Tabernam posthac mutetis. Quod cùm eum facientem viderent discipuli, qui aderant, in mentem revocarunt locum illum Psaltæ, qui multò meliùs in Jesum quàm in eum quadrabat: (*Ps.* LXIX, 10.) *Studium Ædis tuæ me obrodit.* At alii Judæi in Templo versantes negabant factum hoc ejus posse, nisi propheticâ auctoritate, defendi; quam potestatem aiebant tum demum se credituros Jesum à Deo accepisse, cùm miraculum quodpiam ab eo editum vidissent. Jesus verò, hoc, inquit, miraculum à me accipietis; diruto, scilicet, hoc Templo, id intra triduum excitabo.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
			Cap. II.
			20. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;
			21. Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.
			22. Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς· καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.
			23. Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.
			24. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας·
			25. Καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.
			Cap. III.
			1. ἮΝ δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων.
			2. Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ῥαββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ᾽ αὐτοῦ.
			3. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.
			4. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος· Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι;
			5. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Judæi illi reposuerunt se non capere quî posset triduo excitari Templum, in quo ædificando absumti fuerant quadraginta sex anni; ex quo Herodes Magnus id instaurare cœperat. At Jesus de Templo corporis sui loquebatur; quod intellexerunt tandem ejus discipuli, memores hujus dicti, postquàm è mortuis resurrexisset; quâ resurrectione, adducti sunt ut minimè dubitarent de iis quæ de Messia prædicta fuerant, déque promissis Magistri, quorum partem tam insignem impletam esse videbant. Miracula tamen, festis Azymorum diebus, nonnulla à Jesu Jerosolimæ facta sunt; quæ fidem ejus doctrinæ fecerunt, apud multos qui eorum testes fuerunt. Verùm Jesus non fidebat Judæis, nec se eis aperiebat, quia noverat nondum satis firmam esse eorum fidem, ut se se tutò iis crederet. Intelligebat enim quis esset singulorum animus, neque ullo eam in rem teste indigebat, cùm arcana animi sensa ei essent perspecta.

Erat tunc temporis Jerosolimæ Nicodemus, è Pharisæorum secta, Magni Synedrii Adsessor. Is cùm vir pius esset, sciretque miracula quæ à Jesu erant edita, tamen non ausus est palam & interdiu eum convenire, ne à collegis, quorum superba ac contumacia ingenia noverat, malè haberetur. Itaque noctu venit, atque his verbis eum aggressus est: Magister, minimè

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. II.

20. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem dixit Jesus.

23. Cùm autem esset Jerosolymis, in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes,

25. & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

Cap. III.

1. Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, Princeps Judæorum.

2. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

3. Respondit Jesus, & dixit ei: Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei.

4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?

5. Respondit Jesus: Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in Regnum Dei.

---

minimè dubito quin à Deo ad nos missus fueris; nemo enim miracula, quæ facis, edere queat, nisi potestate à Deo acceptâ. Hac præmissâ præfatione, interrogaturus erat Jesum, quid à se fieri oporteret, ut felicitatis regni Dei, quod instare audiebat, particeps fieret; at Jesus intellectâ ejus mente, eam interrogationem occupavit; &, profectò, inquit sermonem ejus interpellans, nisi quis denuo nascatur, non fiet particeps bonorum quibus in regno Dei pii fruentur. Nicodemus verò figuratam Jesu orationem minimè adsequutus; cùm Jesus intelligeret opinionum ac morum eam mutationem, quâ homines veluti denuo nasci videri queant; pueriliter quæsivit, qui fieri quiret, ut senex iterum nasceretur, an in uterum matris regredi posset, ac denuo illinc erumpere? Respondit Jesus, reverâ oportere homines bonorum cœlestium regni Dei participes futuros, non tantùm propter susceptum baptisma, posse dici, more Judaico, denuo natos; sed etiam, ad animum quod attinet, prorsus immutatos esse, ita ut opinionibus & moribus novi homines videantur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. III.

6 Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκός, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστι.

7 Μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

8. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος.

9 Ἀπεκρίθη Νικόδημος καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

10 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

11. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

12. Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

13 Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

14 Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου·

15. Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

16. Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

17. Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

18 Ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

19. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

Quicumque enim propter corporeum dumtaxat ritum denuo nasci dicebantur, eos corpoream tantum mutationem passos, nec meliores esse quàm antea; at qui animo essent mutati, atque ad rectius sentiendum, vivendumque adducti, eos posse spirituales, hoc est, novos homines dici, ac proinde regni Dei cives esse. Nec mirum aut dubium videri debere Nicodemo, quod dixerat homines denuo nasci oportere, & quidem animo; quamvis hæc sub oculos minime cadant, nec quomodo fiant vulgo notum sit; in rebus enim corporeis, nonnullas esse, de quibus minime dubitare licet, quæ sunt tamen inconspicuæ, & de quibus multa ignorantur; qualis est ventus, qui ubi oriatur ac desinat ignotum est. Similiter homines animo denuo vere nasci posse, quamvis res oculos fugiat, & quomodo fiat ignoretur.

Verum ne hæc quidem intellexit Nicodemus; ideoque Jesus, mirum est, inquit, à Legis peritos apud Judæos, talia non intelligi, ac propterea quæ dico in dubium revocari. Attamen scito me nihil proferre, cujus veritas non sit mihi perspecta, quamvis vulgò Judæi dictis meis fidem detrahant. Si autem loquenti de iis, quæ fiunt in terris, adeòque in hominibus, minime creditis, minus certe credetis, si cœpero vobis narrare quæ fiunt in cœlo; nemo enim novit quæ illic agantur, præter eum qui à Deo ad homines missus est, quem solum Deus arcanorum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. III

6. Quod natum est ex carne, caro est: &, quod natum est ex spiritu, spiritus est.

7. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.

8. Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat: sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.

9. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

11. Amen, amen, dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?

13. Et nemo adscendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo, filius hominis, qui est in Cœlo.

14. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis;

15. ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

16. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

18. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

19. Hoc est autem judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem; erant enim eorum mala opera.

norum suorum participem facit, cùm quæ fiunt in terris sint hominum oculis subjecta. Quemadmodum verò Moses in solitudinibus Arabicis serpentem æneum in perticam sustulit, adspiciendum ab omnibus, qui curari cupiebant à morsu Chersydrorum: ita etiam oportet eum hominem in stipitem tolli, ut eos, qui ei crediderint, exitio ereptos, æternâ donet beatitudine. Eo enim amore Deus homines prosequitur, ut velit filium suum unigenitum mortem obire, eum in finem ut ad æternam felicitatem deducat eos qui ipsi credent, qui alioquin æternùm perirent; nam Deus minime misit filium suum, ad homines, eum in finem ut pœnas de iis sumat, quas vitiis suis sibi meritò contraxerunt: sed contrà ut iis suppliciis eos liberet, nisi pertinaciâ suâ ipsi obstent. Quicumque ei credet minimè plectetur, quicumque verò ei fidem negarit, ipse se sponte suâ pœnis subjiciet, quandoquidem noluerit unigenito Dei filio cum pœnis erepturo credere. Propterea autem homines pœnas dabunt, quòd cùm à Deo revelata fuerit sanctissima doctrina; quæ illis præluceret, ut sempiternæ salutis viam inire possent; ipsi tamen maluerint pertinaciter exitiales sententias; quibus omnis virtutis cognitio exstinguitur, tueri, quia ipsorum vitiis patrocinabantur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. III.

20. Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ.
21. Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.
22. Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν· καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν καὶ ἐβάπτιζεν.
23. Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν, ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ· καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.
24. Οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης.
25. Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ.
26. Καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην καὶ εἶπον αὐτῷ· Ῥαββί, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε, οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.
27. Ἀπεκρίθη Ἰωάννης καὶ εἶπεν· Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.
28. Αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρεῖτε ὅτι εἶπον· Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου.
29. Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου· αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.
30. Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.
31. Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστί.

Quisquis enim vitiis indulgere cupit, necesse est eum odio habere doctrinam, quæ eum à vitiis ad sanctiorem vitam revocat; neque ei vult adsentiri, ne vitia illa sua, quibus nuntium remittere non cupit, omnibus manifesta fiant, eùmque infament apud optimos quosque. Quisquis verò non fucato animo virtutem sectatur, facilè adsentitur sanctiori doctrinæ, quia nullius peccati sibi conscius est, quo retecto queat infamari; quippe qui Dei præceptis, quatenus sibi innotuerunt, semper paruit, aut certè parere in posterum constituit.

CAPUT XII.

Jesus Jerosolimâ abit in alium Judææ tractum, in quo baptismo pœnitentes excipiebat, dum Joannes Baptista similia faceret in Samaria ad Jordanem, ubi insigne testimonium Jesu perhibet. Paullò pòst in carcerem ab Herode, Galilææ Tetrarcha, conjicitur.

Postquam festi dies Paschatis exacti essent, Jesus, unà cum nonnullis discipulis, in alium Judææ tractum se se contulit; in quo aliquamdiu commoratus est, & Judæos ad se venientes, Discipulorum suorum operâ, baptizavit, quemadmodum Joannes facere solebat. Joannes verò ipse in tractu Samariæ vicino Jordani, non procul Scythopoli & Salimis, apud Ænonem, ubi propter aquæ copiam commorabatur, abluebat pœnitentiam agentes, prout instituerat; nondum enim conjectus fuerat in carcerem, cùm Jesus Evangelium cœpit nuntiare. Eo tempore, orta est disceptatio de ablutione, quâ utebantur Jesus & Joannes, inter Pharisæos & nonnullos ex discipulis Joannis; qui nolebant Jesum magistro suo æquiparari, prout

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. III.

20. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus:

21. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus; quia in Deo sunt facta.

22. Post hæc venit Jesus, & discipuli ejus, in terram Judæam: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.

23. Erat autem & Joannes baptizans in Ænnon, juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic; & veniebant, & baptizabantur:

24. nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.

25. Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis, de Purificatione.

26. Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

27. Respondit Joannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de Cœlo.

28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.

29. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.

30. Illum oportet crescere, me autem minui.

31. Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de Cœlo venit, super omnes est;

prout fiebat à Pharisæis, qui neutri credebant. Itaque discipuli illi Joannis ad Magistrum se se contulerunt; ut veluti apud eum quererentur, quasi Jesus ablutione suâ homines ad se quoque alliceret, & ne ad Joannem venirent impediret. Qui fit ergo, inquiunt, Magister, ut is qui tibi adfuit trans Jordanem, & cui tam luculentum præbuisti testimonium, ipse etiam homines abluat, & longè plurimos ad se alliciat? Annon vides numerum discipulorum tuorum, atque existimationem tuam sic posse minui? Joannes verò negavit viro religioso licere sibi majorem adsumere potestatem, quàm reverâ à Deo accepit; & vos, inquit, probè nostis, ac testes mihi esse potestis me ingenuè professum me nequaquam esse Messiam, sed tantùm à Deo præmissum esse, ut Judæorum animos, ad eum excipiendum, pararem. Sponsus sibi sponsam collocatam solus habet, & si quis adest ejus amicus, blanditiásque sponsi audit, vehementer lætatur eum potiri solum sponsa, quæ ipsi placeat, nedum ut invidiâ ullâ tangatur. Simili affectu commoveor; cùm audio eum, cui testimonium perhibui, alacriter munere sibi soli demandato fungi, & plurimos ad eum concurrere. Scio quidem fore ut ejus existimatio atque auctoritas augeantur, dum ipse in dies minoris ab hominibus fiam. Verùm cujus cœlestes sunt natales, quique divinam potestatem accepit, is supra omnium mortalium sortem est positus; at qui natus est eodem modo ac ceteri homines, is ex terra ortum ducit, ideóque ea

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. III.

32. Καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ· καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.
33. Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν.
34. Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα.
35. Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.
36. Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

MATTHÆUS. Cap. XIV.

3. Ἡρώδης

κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

4. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.

☞

5. Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

☞

MARCUS. Cap. VI.

17. Ἡρώδης,

ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν.
18. Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρώδῃ· Ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου.

☞

19. Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι· καὶ οὐκ ἠδύνατο.
20. Ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν· καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε.

☜

☞

LUCAS. Cap. III.

19. Ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης, * ☜
20. προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.
19. * ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ,

☜

καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρώδης.

☜

☞

JOANNES. Cap. IV.

☞ 1. Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει, ἢ Ἰωάννης,
2. (Καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.)

tantùm profert quæ à terræ hujus incolis dici poſſunt & ſolent. Qui, inquam, cœlo ortum ſuum debet is alios omnes homines infra ſe poſitos deſpiciat licet. Quæ ille vidit atque audivit, apud Patrem Cœleſtem, commemorat; nec minùs ea vera ac certa ſunt, quia à paucis admittuntur, ut par eſſet. Quiſquis autem doctrinam ejus amplectitur, eadem opera profitetur ſe verum eſſe exiſtimare quidquid à Deo proficiſcitur. Vir enim ille, quem Deus ſingulari inſtructum poteſtate ad homines miſit, non tam animi ſui ſenſa, cum loquitur, quàm divina oracula fundit; quippe qui eſt à Spiritu Divino perpetuò & per omnia afflatus. Inuſitato amore eum proſequitur Pater Cœleſtis, ideòque longè ampliſſimam poteſtatem ei dedit, ut omnia poſſit quæ velit. Quiſquis filio Dei credet, æternam vitam conſequetur; qui è contrario excludetur, ut Deo meritas pœnas det, quiſquis illum repudiaverit.

Non multò pòſt, cùm Joannes eſſet in ditione Herodis Tetrarchæ Galilææ, ceteris ſuis ſceleribus homo tyrannicæ indolis hoc adjecit, ut ſanctiſſimum virum in carcerem Machæruntinum immeritò conjiceret; quia auſus erat nuptias, contra Moſis Legem contractas, reprehendere. Duxerat quippe Herodes uxorem fratris Philippi Herodiadem, Ariſtobuli utriuſque fratris filiam, vivente fratre Herodiadis viro; quod illicitum eſſe ex Lege liberè prædicabat Joannes, qui & alia hominis ſcelera minimè diſſimulabat. Itaque Herodias Joanni ſummope-
re

MATTHÆUS.

Cap. XIV.

3. Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui;

4. dicebat enim illi, Joannes: Non licet tibi habere eam.

5. Et, volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.

MARCUS.

Cap. IV.

17. Ipse enim Herodes misit: ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.

18. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

19. Herodias autem insidiabatur illi; & volebat occidere eum, nec poterat;

20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

LUCAS.

Cap. III.

19. Herodes autem, Tetrarcha, *

20. adjecit & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere,

19. * cùm corriperetur ab illo de Herodiade, uxore fratris sui,

& de omnibus malis quæ fecit Herodes,

JOANNES.

Cap. III.

32. & quod vidit, & audivit, hoc testatur, & testimonium ejus nemo accipit.

33. Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.

34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.

35. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu ejus.

36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam; sed ira Dei manet super eum.

Cap. IV.

1. UT ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi quòd Jesus plures discipulos facit & baptizat, quam Joannes.

2. (quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.)

---

re infensa, illi insidiabatur, quærebátque occasionem, quâ eum è medio tolleret, sed nondum nancisci potuerat; quia Herodi ipsi perspecta erat Joannis innocentia, eúmque verebatur. Quin & interdum sermones ejus non illibenter audiebat, nec pauca fecerat ab eo monitus, viri auctoritate adductus. Attamen ut sunt tyrannorum ingenia ad sævitiam proniora, Herodiadis iræ gratificatus, ea in re, esset, nisi sibi à populo Judæo metuisset, qui Joannem Prophetam esse existimabat.

CAPUT XIII.

Jesus auditis Pharisæorum consiliis & Joannem conjectum esse in carcerem, Judæâ relictâ, Galilæam petit per Samariam; quo in itinere, ad Sicharam urbem colloquitur cum Samaritide, & totum oppidum, ut sibi fidem haberet, adducit.

Cum aliquamdiu Jesus in Judæa abluisset pœnitentes, qui ad se accedebant, tanta eorum confluebat ad eum multitudo, ut rei fama pervenerit ad Pharisæos; qui cùm audirent multò plures ad Jesum ire, ut doctrinam ejus acciperent, útque ab eo abluerentur, quàm ad Joannem, consilium ceperunt de extinguenda nova hac secta, quam oriri in ipsa Judæa videbant,

&

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. IV.

12. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

JOANNES. Cap. IV.

3. Ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

4. Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας.

5. Ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

6. Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ· ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

7. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ· λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι πιεῖν.

8. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.

9. Λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις· Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.

10. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ· Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι·

11. Δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν.

12. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;

13. Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;

14. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν.

15. Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

16. Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή· Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.

& contrariam auctoritati suæ censebant. Quod cùm intellexisset Jesus, qui tamen non ipse, sed per discipulos suos baptizabat, accepissetque circa idem tempus Joannem ab Herode proditum esse Herodiadi, relictâ Judæâ, in Galilæam reversus est; cùm nihil sibi ab Herode timeret, quia Joannis discipulus haberi non poterat.

Ut autem ex Judæa pedestri itinere rectà iret in Galilæam, necesse erat eum transire per Samariam; per quam iter cùm faceret, pervenit Sicharam, quæ olim Sichem, vel Sichima dicebatur, & condita est non procul ab agris, quibus Jacobus olim Josephum filium donaverat. Ad id oppidum puteus erat, qui Jacobi dicebatur, ad quem Jesus ex itinere fessus sedit, circa meridiem. Eâ diei horâ, contigit mulierem Samaritidem venire ad puteum, aquæ hauriendæ causâ; à qua Jesus petiit aquam, quam biberet, dum ejus discipuli abessent; quippe qui ingressi erant oppidum, ad cibum emendum. Mulier verò intelligens Jesum esse Judæum, mirata est eum potum à se petiisse; quæsivitque qui, Judæus cùm esset, à Samaritide aquam pete-

re

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. IV.			CAP. IV.
12. Cùm autem audisset Jesus quòd Joannes traditus esset, secessit in Galilæam: ✪	✪	✪	3. reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam.

JOANNES. CAP. IV. (continued)

4. Oportebat autem eum transire per Samariam,

5. venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo.

6. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo, fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere:

8. (discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.)

9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Judæus cùm sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana; non enim coütuntur Judæi Samaritanis?

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?

12. Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

13. Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:

14. sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ, salientis in vitam æternam.

15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam; ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

---

re sustineret; neque enim beneficium ullum Judæi à Samaritis petere solent, quòd eorum consortione minimè utantur. Tum reposuit Jesus, si intelligeret opportunitatem quæ tunc temporis sibi à Deo offerebatur, & quis à se peteret aquam, ipsam potiùs petituram, & aquam vivam accepturam. Mulier verò minimè intelligens de quo aquæ genere loqueretur Jesus, Domine, inquit, vas nullum habes quo aquam haurias ex hoc puteo, qui profundus est; qui ergo mihi aquam vivam petenti suppeditare posses? Num major est tua potentia, quàm Jacobi, à quo ortum ducimus; qui puteum hunc effodit, deditque Josephi posteris, & ipse, cum tota familia ac pecudibus, ejus aquam bibit; cùm nullam aliam, in hoc terrarum tractu, reperire posset aquam vivam. At Jesus, quisquis, inquit, biberit hujus putei aquam, non eò seciùs paullò pòst sitiet, & necesse habebit iterum bibere. Quisquis verò biberit aquam, quam ego ei dedero, is numquam postea ullâ siti tentabitur; sed in ipso æternùm scaturiet fons aquæ, quâ fiet ut numquam ullam sentiat sitim.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

CAP. IV.

17. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.

18. Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ καὶ εἶπεν· Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Καλῶς εἶπας, Ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω.

19 Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.

20 Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.

21. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

22. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Γύναι, πίστευσόν μοι ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

23. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

24. Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.

25. Πνεῦμα ὁ Θεός· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

26. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα.

27. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.

28. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε· Τί ζητεῖς; ἤ, τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;

29 Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνή, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις·

Tum mulier cœpit à Jesu petere eam aquam, ne in posterum sitiret, cogeretúrque venire haustum ad puteum. Jesus verò eam jussit redire in oppidum, atque ad se ipsius virum adducere. At illa negavit sibi esse virum. Quo responso audito, vere, inquit Jesus, negavisti te virum habere; nam quinque habuisti, is verò, cum quo nunc consuevisti, non est vir tuus, cui legitimis nuptiis collocata sis. Ingenuè rem confessa es. Mulier mirata unde Jesus, quem peregrinum esse videbat, arcanum illud nosset; video, inquit, Domine, ex hoc tuo responso te esse Prophetam, cui Deus arcana aliis ignota revelat. Sed Judæus cùm sis, dic mihi cur contendant Judæi Jerosolimæ tantùm sacra esse facienda Deo, cùm antiquissimi Patriarchæ in hoc monte Garizitano sacra ei fecerint? Tum verò Jesus, ô mulier, inquit, crede mihi mox adfuturum tempus, quo homines neque in hoc monte, neque Jerosolimæ, meritò censebunt sibi Patri Cœlesti sacra esse facienda. Sed ad dissidium Judæorum & Samaritarum quod attinet, vos Samaritæ colitis Deum cujus præcepta omnia non sunt vobis nota, nos verò divinas omnes leges novimus; atque à nobis primùm profluxit salutaris doctrina de ratione, quâ Deus est colendus, unde ad vos pars aliqua cognitionis Dei derivata est. Verùm, ut

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. IV.

16. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habes virum:

18. quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti.

19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu.

20. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.

21. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.

22. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est.

23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24 Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

25. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, (qui dicitur Christus) cùm ergo venerit ille, nobis adnuntiabit omnia.

26. Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum.

27. Et continuò venerunt discipuli ejus, & mirabantur, qui cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?

28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus:

ut dixi, instat tempus, & jam cœpit; quo Deo accepti cultores Patrem Cœlestem colent, non corporeis victimis uno in loco mactandis, sed spirituali cultu, & religione minimè fucatâ. Deus enim ejusmodi cultores amat; non eos qui externo dumtaxat sacrorum cultu defunguntur. Deus est mens pura, ideóque mente potissimùm vult coli, & religione cui nullus insit fucus. Hæc cum dixisset Jesus remotissima ab iis, quæ vulgò Judæi ac Samaritæ docebant, nec mulier quidquam reponendum haberet, quod ad rem faceret, respondit venturum aliquando Messiam, à quo omnia Judæorum & Samaritarum dissidia essent componenda, & illustrandum quidquid obscurum etiamnum erat in Religionis negotio. Jesus verò, quod nondum solebat apud Judæos facere, se Messiam esse ei privatim professus est.

Inter hæc, discipuli Jesu ex oppido redierunt, mirabanturque eum colloqui cum muliere Samaritide, quamquam nesciebant quos sermones cum eâ habuisset; nec tamen ausi sunt ab eo petere quinam fuissent, aut quid à muliere postulasset. Hæc verò, relictâ ad puteum hydriâ, in urbem rediit, oppidanósque hortata est, ut secum, ad puteum Jacobi, egrederentur,

tur,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

JOANNES

CAP. IV.

30. Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;

31. Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν.

32. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί, λέγοντες· Ῥαββί, φάγε.

33. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

34. Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους· Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν;

35. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον.

36. Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδού, λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη.

37. Καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων.

38. Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινός, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων.

39. Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε.

40. Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικός, μαρτυρούσης· Ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα.

41. Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας.

42. Καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ.

43. Τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον· Ὅτι οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστός.

---

tur, viserentque virum qui arcana ipsius vitæ, quæ à nemine homine accipere potuerat, ei dixerat, ac dispicerent annon fortè esset Messias, qui à Samaritis & Judæis exspectabatur.

Oppidani ejus verbis permoti egressi sunt, dum discipuli, cibo ex urbe allato, Jesum orabant ut eo fessum corpus reficeret. Verùm respondit sibi alium esse cibum, quo multò magis afficiebatur, sed quem nesciebant. At illi à se invicem quærebant, num quis alius cibum ad Magistrum attulisset; neque enim intelligebant cibum ab eo vocari aliud, quàm quod vulgò ita dici solet. Jesus verò, hominum errore animadverso, cibus, inquit, quo animus meus maximè afficitur atque alitur, in eo situs est ut mandata à Patre Cœlesti accepta quàm primùm & quàm accuratissimè exsequar. Soletis, cùm hordeum seritis, solari spem atque exspectationem vestram, hisce verbis quæ in proverbium abierunt, de rebus citò futuris: *quatuor exactis mensibus, messis erit*; at spiritualis mea messis multò propior est, cujus agros jam candentes esse, adeóque illico metendos diceretis, si rem intelligeretis. Jam enim parati sunt multorum hominum animi excipiendæ meæ doctrinæ. Quisquis has segetes metet, seu homines

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. IV.

29. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque fecis Numquid ipse est Christus?

30. Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

33. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?

34. Dicit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.

35. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.

36. Et qui metit, mercedem accepit, & congregat fructum in vitam æternam; ut, & qui seminat, simul gaudeat & qui metit:

37. in hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

38. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum intruistis.

39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci.

40. Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies.

41. Et multò plures crediderunt in eum, propter sermonem ejus.

42. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audivimus, & scimus quia hic est verè Salvator mundi.

---

homines adducet ad fidem mihi habendam, is maximam mercedem accipiet; neque enim fruges sibi collegerit ad caducam hancce vitam sustentandam, sed id fecerit quo sempiternam vitam consequetur; eritque cur & qui sementem eam spiritualem severit, & qui segetes messuerit summopere lætentur. Hac demum de re, verè dicere possumus, quod proverbio fertur: *alius sevit, alius messuit.* Vos enim mittam messum eas segetes, quas minimè severitis; hoc est, ad homines hortandos ut mihi fidem habeant, quorum animos antea pietate minimè imbueritis. Alii hanc in rem adlaboraverint, sed vos alieni laboris fructus colligetis; cùm eos, quos lectio Prophetarum ad virtutem formaverat, ad fidem mihi habendam adduxeritis.

Multi verò Sichimitarum, auditâ mulieris oratione, crediderunt Jesum esse aut Messiam, aut certè Prophetam. Itaque oppido egressi Jesum orarunt, ut aliquamdiu apud se commoraretur; eorúmque precibus adductus est ut, contra morem Judæorum, qui à Samaritis abhorrent, per biduum familiariter cum iis versaretur. Itaque Jesu, majore otio, audito, ejus sermonibus crediderunt multò plures Sichimitæ, quàm qui crediderant, propter ea quæ à

 muliere

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. IV.
			44. Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ☜
		CAP. IV.	
		14. Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ᾽ ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ. ☜	
	CAP. I.		
	14. Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ 15. Καὶ λέγων Ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρός, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ☞		
		15. Καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων. 16. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρέθ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε, κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. 17. Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον· 18 Πνεῦμα Κυρίου ἐπ᾽ ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει 19 Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. 20. Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ. 21. Ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς· Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη, ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. 22. Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ;	

muliere audiverant; dictitabántque se non ampliùs, propter ejus narrationem, credere Jesum esse Messiam, qui liberaturus esset omnes Deum verum colentes; sed propter sermones, quos ipsi ab eo audiverant. Post biduum verò Jesus in Galilæam, quò tendebat, ire perrexit.

CAPUT XIV.

Jesus it in Galilæam, ubi non sine successu prædicat Evangelium, sed malè habetur à Nazarenis popularibus suis. Quare Nazarethâ migrat & curat filium cujuspiam Ministri Herodis Tetrarchæ, Capernaumi decumbentem.

Jesus itaque, Divini Spiritûs afflatu plenus, reversus est in Galilæam, postquàm Joannes Machæruntem in custodiam missus fuisset, & ingentem sui famam per omnia finitima loca excitavit: dum docet Judæos, per Synagogas oppidorum in quibus commorabatur, tandem adventare tempus quo Messiæ Regnum Cœleste patefaciendum esset; itaque par esse ut Judæi, mutatis moribus, ad sanctiorem vitam in posterum converterentur, credere̅ntque læto nuntio, quòd

MATTHÆUS. | MARCUS. | LUCAS. | JOANNES.

JOANNES. Cap. IV.

43. Post duos autem dies exiit unde, & abiit in Galilæam.

LUCAS. Cap. IV.

14. Et regressus est Jesus in virtute Spiritûs in Galilæam, & fama exiit per universam regionem de illo.

MARCUS. Cap. I.

14. Postquàm autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium Regni Dei,

15. & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquavit Regnum Dei: pœnitemini, & credite Evangelio.

LUCAS.

15. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

16. Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit, secundùm consuetudinem suam, die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere.

17. Et traditus est illi Liber Isaiæ prophetæ. Et, ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat:

18. Spiritus Domini super me: propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde:

19. prædicare captivis remissionem, & cæcis visum: dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

20. Et, cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum.

21. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.

22. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Joseph?

---

quod à se ad eos ea de re afferretur, si cuperent bonorum ejus regni esse participes. Hæc docens in Synagogis Galilææ, ab omnibus propemodum laudabatur. Dum autem ejus oræ urbes obiret, ivit etiam Nazaretham, ubi educatus fuerat, &, pro consuetudine sua, die Sabbathi ingressus est Synagogam, surrexitque lecturus quidpiam in Prophetis, prout fieri solebat apud Judæos. Itaque Synagogæ Minister ei porrexit volumen Esaiæ Prophetæ, quo revoluto incidit in locum, in quo hæc verba exstant: (C. LXI, 1.) *Spiritus Domini est super me, nam unxit me, ut evangelizem pauperibus; misit me, ut medear contritis corde, ut nuntiem captivis dimissionem, & cæcis visûs recuperationem; ut confractos emittam in libertatem; ut nuntiem annum Domini acceptum.* Quæ verba cùm legisset, convolvit volumen, restituítque Ministro, & adsedit; omnium qui in Synagoga erant oculis ad se conversis. Tum cœpit eos docere hoc Esaiæ vaticinium, iis inspectantibus, esse impletum. Omnes verò eum summis laudibus ferebant, mirabantúrque ejus orationem singulari gratiâ conditam, & quærebant à se invicem, annon esset filius Josephi? unde autem homini à pauperculis parentibus educato, quique in eorum ædibus adoleverat, tanta parta esset eruditio? Ad miracula verò quod attinet, quæ ab eo alibi edita audiverant, eis fidem detrahebant, quòd similia apud ipsos ab eo patrari nequaquam vidissent.

Quod

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. IV.	CAP. IV.

LUCAS. CAP. IV.

23. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ Καπερναούμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου.

24. Εἶπε δέ· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ.

25. Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραήλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

26 Καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, πρὸς γυναῖκα χήραν.

27. Καὶ πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου, ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

28. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ, ἀκούοντες ταῦτα.

29. Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτόν.

30. Αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο.

JOANNES. CAP. IV.

44. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει.

☞ 45. Ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ Γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες ἃ ἐποίησεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν.

46. Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. Καὶ ἦν τις βασιλικός, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ.

47. Οὗτος ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτόν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα καταβῇ καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν.

48. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτόν· Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

Quod cùm intelligeret Jesus: scio, inquit, vos mihi objicere hoc proverbium: *Medice, cura te ipsum*; hoc est, si velim Propheta haberi in hac urbe, in qua altus atque educatus fui, oportere in hac etiam patria mea à me miracula edi, qualia à me alibi & Capernaümi præsertim facta dicuntur. At scitote nullum umquam Prophetam popularibus suis acceptum fuisse, aut ab iis eo, quo par erat, honore habitum; & perpaucos esse qui digni sint, in quorum gratiam fiant miracula. Multæ sine dubio erant viduæ pauperes, apud Judæos, temporibus Eliæ, quando per quadraginta duos menses nulla fuit pluvia, maximáque fames per totam Palæstinam est grassata. Attamen ad solam Sareptanam viduam, in Sidoniorum agro vitam agentem, missus est Elias. Multi etiam Judæorum leprâ laborabant, cùm viveret Elisæus, attamen solus Neeman Syrus ab eo est curatus.

Cùm Nazareni ex hac Jesu oratione intelligerent, se illi videri parum religiosos, quippe qui Prophetam spernerent, ac proinde indignos qui ullum ipsius miraculum viderent; in magnam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. IV.	
		23. Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.	
		24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.	CAP. IV. 44. ipse enim Jesus testimonium perhibuit quòd Propheta in sua patria honorem non habet.
		25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex; cùm facta esset fames magna in omni terra:	
		26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.	
		27. Et multi leprosi erant in Israël, sub Elisæo propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.	
		28. Et repleti sunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes:	
		29. & surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem: & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.	
		30. Ipse autem, transiens per medium illorum, ibat. ☞	
			45. Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Jerosolymis in die festo; & ipsi enim venerant ad diem festum.
			46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.
			47. Hic, cùm audisset quia Jesus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium ejus, incipiebat enim mori.
			48. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

gnam universi iram eruperunt, atque è vestigio consurgentes, Jesum duxerunt ad crepidinem montis, cui imposita est Nazaretha, ut eum illinc præcipitem darent. Verùm, divinâ virtute, inconspicuus illis factus, ex eorum manibus elapsus est, nec sciverunt quid eo factum esset. Ille verò in alias Galilææ partes se contulit, in quibus benigniùs est exceptus, quòd multi iis in locis essent, qui præterito Paschate viderant miracula Jerosolimæ ab eo edita.

Cùm autem esset Canæ, ubi hoc ipso anno aquam in vinum mutarat, convenit eum quidam Herodis Tetrarchæ administer; qui filium habebat decumbentem Capernaümi, & audiverat Jesum ex Judæa in Galilæam rediisse; rogavitque ut Capernaümum se conferret, curaturus filium suum lethali morbo laborantem. Quod cupiebant etiam alii Judæi, ceteroqui vix illi credituri. Itaque Jesus, nisi, inquit, miracula, spectantibus vobis edidero, aliis qui viderunt credere non vultis; nec doctrinæ meæ, aut testimonii Joannis, quæ maximi apud vos esse debebant ponderis, ullam rationem habetis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES — Cap. IV.

49. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικός· Κύριε, κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου.

50. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πορεύου· ὁ υἱός σου ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν αὐτῷ Ἰησοῦς, καὶ ἐπορεύετο.

51. Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἀπήγγειλαν, λέγοντες· Ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ.

52. Ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν, ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε· καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

53. Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ· καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη.

54. Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

MATTHÆUS — Cap. IV.

13. Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρέθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.

14. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος.

15. Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν.

16. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

MARCUS — Cap. I.

21. Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγήν, ἐδίδασκε.

22. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

LUCAS — Cap. IV.

31. Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι.

32. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ.

At Herodis ille minister eum vehementer urgebat, ut iret Capernaümum, antequàm filius suus animam efflasset. Jesus verò jussit hominem abire Capernaümum, & filium curatum esse affirmavit. Quod affirmanti Jesu adcredidit, & Capernaümum plenus bonâ spe profectus est; nec procul erat ab urbe, cùm illi occurrunt servi nuntiantes filium convaluisse. Quæsivit pater, quâ horâ puer meliùs habuisset; responderunt servi, circa septimam eum desiisse febri laborare, unde intellexit eadem horâ curatum fuisse, quâ valetudinem recuperasse eum dixerat Jesus. Quare vir ille, universáque ejus familia non ampliùs dubitarunt quin Jesus à Deo, ad populum Judæum, esset missus. Hoc autem alterum fuit miraculum, quod in Galilæa edidit eo anno, postquàm ex Judæa rediisset; nam primum ediderat Nazarethæ, cùm è popularium suorum manibus elapsus erat, quemadmodum diximus.

CAPUT XV.

Jesus Capernaümi habitat. Docet illic Galilæos, quibus pleniùs inculcat necessitatem pœnitentiæ, quòd appropinquaret regnum cœlorum. A Dæmone obsessum, & socrum Petri febre laborantem, tum multos

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. IV. 49. Dicit ad eum Regulus: Domine, descende priusquàm moriatur filius meus. 50. Dicit ei Jesus, Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat. 51. Jam autem, eo descendente, servi occurrerunt ei, & nuntiaverunt, dicentes quia filius ejus viveret. 52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit: & dixerunt ei: quia heri horâ septimâ reliquit eum febris. 53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit; & credidit ipse, & domus ejus tota. 54. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset à Judæa in Galilæam.
CAP. IV. 13. Et relictâ civitate Nazareth, venit & habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim; 14. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: 15. Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium, 16. Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.			
	CAP. I. 21. Et ingrediuntur Capharnaum; &, statim Sabbatis ingressus in Synagogam, docebat eos; 22. & stupebant super doctrina ejus: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.	CAP. IV. 31. Et descendit in Capharnaum, civitatem Galilææ ibíque docebat illos Sabbathis. 32. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius.	

tos alios ægros curat, & illic & alibi per Galilæam, at vetat Dæmonas dicere ipsum esse Christum. Petrum, Andream, Joannem & Jacobum sibi perpetuò adfuturos adsciscit, pergitque docere Evangelium & curare ægros per totam Galilæam.

JESUS, relictâ denuo Nazarethâ, nuspiam diutiùs commoratus est, quàm Capernaümi; quæ sita est in finibus Tribuum Zabulonis & Nephthalis, ad Genesareticum lacum. Quâ ejus commoratione factum, ut multò veriùs dici posset de eo loco, quàm olim ab Esaïa Propheta alia de causa, (C.IX. 1:) *Tractus Zabulonis & tractus Nephthalis, ad viam maris, secùs Jordanem, Galilæa Gentium, populus positus in caligine vidit lucem magnam; & considentibus in regione & tenebris umbræ mortis lumen exortum est.* Ignorantiam enim exitialem multorum Galilæorum pepulit lux divina doctrinæ Jesu, inter eos diu versati. Singulis enim ille Sabbathis, Capernaümensem Synagogam ingressus, publicè populum docebat, eúmque in admirationem sui rapiebat. Nec loquebatur quemadmodum vulgò Legis periti, qui ex Majorum traditione, doctrinam suam habere se profitebantur, & eorum auctoritate pondus dictis suis addebant; sed quasi divinâ potestate à Patre Cœlesti instructus omnia proferebat, ut à Deo ipso accepta:

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. IV.

17. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Cap. VIII.

14. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν·

15. Καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός· καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

16. Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν·

MARCUS. Cap. I.

23. Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε,

24. Λέγων· Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

25. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς λέγων· Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.

26. Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ.

27. Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς, λέγοντας· Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

28. Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.

29. Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

30. Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα, καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς.

31. Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτήν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

22 Ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους.

33. Καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν.

34 Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις, καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν.

LUCAS. Cap. IV.

33. Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ,

34. Λέγων· Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

35. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ῥῖψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.

36. Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας, καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· Τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται;

37. Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου.

38. Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος. ἡ πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς.

39. Καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ· καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς.

40. Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς, ἐθεράπευσεν αὐτούς.

41. Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν.

Ab hoc demum tempore, cùm Joannes carcere detineretur, cœpit vehementiùs urgere morum emendationem apud Judæos, & accuratiùs nuntiare instare Regnum Cœleste Messiæ.

Aliquando autem cùm esset in Capernaïmensi Synagoga, adductus est ad eum vir à Cacodæmone obsessus, qui Cacodæmon ore hominis obsessi usus magnâ voce clamare cœpit: abscede à nobis, quid tibi est nobiscum negotii, ô Jesu Nazarene? An venisti, ut nos perderes? Sat novimus te esse sanctissimum illum virum, quem Deus ad liberandos Judæos missurus erat. At Jesus nondum volens hoc de se in Judæa propalari, nec eo suffragio indigens, jussit Cacodæmonem tacere, atque ex homine illico excedere. Paruit Cacodæmon, emissâ priùs voce magnâ, ac homine humi graviter afflicto, & contorto, sed tamen minimè læso. Tum verò omnes summâ admiratione perculsi à se invicem quærere, quæ tandem esset nova hæc Jesu doctrina, quam Deus confirmabat, tantâ in eum potestate collatâ, ut pro imperio Cacodæmonas ex obsessorum corporibus ejiceret? Itaque ejus fama per finitimos omnes tractus latè spargebatur.

Habi-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. IV.	CAP. I.	CAP. IV.	
17. Exinde cœpit Jesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropioquavit enim regnum cœlorum.	☜		
☞	23. Et erat in Synagoga eorum homo in Spiritu immundo: & exclamavit.	33. Et in Synagoga erat homo habens Dæmonium immundum, & exclamavit	
	☞	voce magnâ,	
	24. Dicens: Quid nobis, & tibi, Jesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio qui sis: Sanctus Dei.	34. dicens: Sine, quid nobis, & tibi, Jesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te quis sis: Sanctus Dei.	
	25. Et comminatus est ei Jesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine.	35. & increpavit illum Jesus, dicens: Obmutesce; & exi ab eo.	
	26. Et discerpens eum Spiritus immundus, & exclamans voce magnâ, exiit ab eo.	Et, cùm projecisset illum Dæmonium in medium, exiit ab illo,	
	☞	nihilque illum nocuit.	
	27. Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina hæc nova? Quia in potestate etiam Spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.	36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis Spiritibus, & exeunt?	
	28. Et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilææ.	37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.	
CAP. VIII.	29. Et protinus egredientes de Synagoga, venerunt in domum Simonis	38. Surgens autem Jesus de Synagoga, introivit in domum Simonis:	
14. Et cùm venisset Jesus in domum Petri, ☞	& Andreæ, cum Jacobo & Joanne.	☜	
vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem:	30. Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa;	Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea.	
	☞	39. Et, stans super illam, imperavit febri;	
15. & tetigit manum ejus, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.	31. & accedens elevavit eam, apprehensâ manu ejus. Et continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis.	☜ & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis.	
16. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos Dæmonia habentes:	32. Vespere autem facto, cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes malè habentes: & Dæmonia habentes:	40. Cùm autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum:	
☞	33. & erat omnis civitas congregata ad januam.	☜	
	34. Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus,	at ille, singulis manus imponens, curabat eos.	
& ejiciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curavit. ☞	& Dæmonia multa ejiciebat, & non sinebat ea loqui quoniam sciebant eum.	41. Exibant autem Dæmonia à multis, ☜	

Habitabant tunc ea in urbe, unis in ædibus, Petrus, Andreas, Jacobus & Joannes, piscatores, societate inter se initâ; & Petri quidem socrus illic decumbebat, febre gravissimâ laborans. Igitur cùm Petrus & Andreas noti jam essent Jesu, cum ex Synagoga rectâ duxerunt domum suam, ut mulierem curaret. Jesus verò ad eam se contulit, & inveniens in lecto jacentem, ad lectum accessit, jussitque febrim cessare, & mulierem manu comprehensam surgere; quæ se curatam sentiens illico surrexit, cœpitque, recuperatis è vestigio viribus, Jesu & aliis ministrare, in iis in quibus ejus operâ indigebant.

Postquàm jam sol occidisset, cùm alii omnes urbis ægri, quocumque laborarent morbo, tum etiam à Cacodæmonibus obsessi, ad ostium domûs, ad quod tota urbs confluxit, allati sunt; quos omnes ille, impositis manibus, curabat.

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
CAP. VIII.	CAP. I.	CAP. IV.	
	☞	κράζοντα καὶ λέγοντα· Ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι.	
17. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.	☞	☞	
☞	35. Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς, ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο. 36 Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.	42. Γενομένης δὲ ἡμέρας, ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον, ☞	
	☞	καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ.	
	37. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι πάντες ζητοῦσί σε.	☞	
	☞	καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν.	
	38. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.	43 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι.	
	39 Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.	44 Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλιλαίας. ☞	
CAP. IV.		CAP. V.	
	☞	1. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ.	
18. Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν. (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.)	16. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ· (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.)	2. Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα.	
☞	☞	3 Ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους. 4. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. 5. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων, εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.	

At Dæmonia, quæ munus à Deo ei demandatum norant, organis obſeſſorum utentia, clarâ voce clamabant eum eſſe Meſſiam, ſeu Filium Dei; verùm ille graviter increpita non patiebatur diutiùs loqui. Hiſce curationibus quodam modo etiam impletum eſt vaticinium Eſaiæ: (*Cap.* LIII, 4.) *ipſe infirmitates noſtras accepit, ac morbos noſtros portavit*; cùm morbos ab ægris auferret, eorum miſertus.

Deinde ſummo mane, antequàm dies illuceſceret, ſed appetente aurorâ, egreſſus eſt Capernaümo in locum ſolum, ut ſemotus à moleſtia hominum ad eum confluentium Deum oraret. At Petrus ejúſque ſocii, ut & promiſcua turba, eum illuc ſequuti, cùm inveniſſent, queſti ſunt quòd ſe ab iis ſubduxiſſet, & quæſtioni fuiſſet, nec pati volebant eum ampliùs à ſe diſcedere. Verùm dixit ſibi hoc eſſe in mandatis datum, ut per omnia vicina oppida, pérque pagos finitimos nuntiaret brevi adſuturum Regnum Dei; per Meſſiam, nempe, regnaturi. Itaque per totam Galilæam oppidatim, in ſingularum urbium Synagogis, Evangelium nuntiabat, & Caco-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. VIII.	Cap. I.	Cap. IV.	
	☞	elamantia & diceutia: Quia tu es filins Dei: & increpans non finebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. ☞	
17. ut sdimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse iufirmitates nostras accepit & morbos nostros tulit. ☞	☞		
	35. Et diluculo valdè surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat.	42. Facta sutem die, egressus ibat in desertum locum, ☞	
	36. Et prosequutus est eum Simon, & qui cum illo erant: ☞	& turbæ requirebant eum, & veneruut usque ad ipsum: ☞	
	37. & cùm invenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. ☞	& detinebant illum, ue discederet ab eis:	
	38. Et ait illis: Eamus iu proximos vicos & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.	43. quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare Regnum Dei; quia ideò missus sum.	
	39. Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & Dæmouia ejiciens.	44. Er erat prædicans in Synagogis Galilææ. ☞	
		Cap. V.	
☞	☞	1. Factum est autem, cùm turbæ irruerent in eum ut sndirent verbum Dei,	
Cap. IV.			
18. Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres, Simunem, qui vocatur Petrns, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, erant enim piscatores.	16. Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare, erant enim piscatores.	& ipse stabat secus stagnum Genesareth, 2. & vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatores autem descenderant, & lavabant retia.	
☞	☞	3. Adscendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum: & sedens docebat de navicula turbas. 4. Ut cessavit antem loqui, dixit ad Simunem: Duc in altum, & laxate retia vestra iu capturam. 5. Et respondens Simou, dixit illi: Præceptor, per tutam uuctem, laborantes uihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.	

& Cacodæmonas præsertim, ex hominibus quos insederant, ejiciebat; unde colligere proclive erat nihil eum magicis artibus, quarum auctores sunt Cacodæmones, facere, sed tantùm potestate à Deo accepta uti.

Cùm aliquando in lacûs Genesarethici ripa staret, confluerétque ad eum populus doctrinam ejus auditurus, vidit ripæ applicitas duas piscatorias naviculas; in quarum altera erant Petrus & Andreas, in altera verò Jacobus & Joannes, cum Zebedæo patre. Hi, ut diximus, erant socii, retiáque sua in aquam ad ripam demittebant, ut ea luto fœdata abluerent. Petiit verò Jesus à Petro ut se naviculâ exciperet, eámque aliquatenus à ripa amoveret, ut plures eum docentem faciliùs audirent, néve ipse à multitudine opprimeretur. Quo peracto, sedens in scapha cœpit ad multitudinem, è ripa audientem, verba facere. Postquàm verò desiit populum docere, jussit Petrum altum petere, & retia demittere, ad capiendos pisces; at Petrus, per totam quidem noctem, inquit, frustra laboravimus, in demittendis retibus, neque ullum piscem

MATTHÆUS.
Cap. IV.

19. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

20. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

21. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.

22. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

23. Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

24. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

25. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

MARCUS.
Cap. I.

17. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

18. Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

19. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα.

20. Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.

LUCAS.
Cap. V.

6. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ· διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν.

7. Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά.

8. Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε·

9. Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον·

10. * Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.

10. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι. *

11. Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

JOANNES.

Anni Primi Præconii Christi FINIS.

piscem cepimus; verùm, te jubente, Magister, rem iterum experiemur. Demissum illico rete tantâ copiâ piscium est refertum, ut nonnullis in locis frangeretur; qua de causa, socios alterius naviculæ ad se vocarunt, ut propere auxilium sibi ferrent. Qui continuò remigantes adfuerunt, extractóque rete ambo navigiola tanto numero piscium impleta sunt, ut propemodùm submergerentur. Tùm verò Petrus, tam insigni animadverso miraculo, ad pedes Jesu accidit, nec se dignum sentiens qui adesset tanto viro, veritus ne fortè quid faceret quod ei displiceret, ejúsve iram moveret, eum orabat ut à se abiret, quippe homine vitio non uno contaminato. Summo enim timore correptus est, ut & omnes qui in eadem navicula erant, cùm viderunt se, jussui Jesu obsequuros, tantam subito copiam piscium cepisse, cùm per totam noctem frustra piscati essent. At Jesus Andreæ & Petro: bono animo, inquit, estote, & mei discipuli facti non piscium, sed hominum piscatores continnò evadetis. Illi verò ad terram appulsi & naviculâ egressi, omissis retibus, illico Jesum sequuti sunt, accesseruntque unà cum illo ad naviculam Jacobi & Joannis; qui non animadverterant miraculum, quia nesciebant jussu Jesu rete in lacum demissum fuisse. Itaque piscibus in vasa conditis, operam dabant

bant

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. IV.	Cap. I.	Cap. V.	
		6. Et, cùm hoc fecissent, cõnciuserunt piscium multitudinem copiusam, rumpebatur autem rete eorum. 7. Et aduueruut sociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eus. Et venerunt, & impleveruut ambas naviculas, ita ut penè mergerentur. 8. Qnod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi à me, quia humu peccator sum, Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illu erant, in captura piscium, quam ceperant.	
19. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.	17. & dixit eis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.	10. * Et ait ad Simonem Jesus: Noli timere, ex hoc jam humiueseris capiens.	
20. At illi continuò, relictis retibua, sequnti sunt eum.	18. Et protiuus, relictis retibus, sequuti sunt eum.		
21. Et procedens inde vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joanuem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit eos.	19. Et progressus inde pusillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus; & ipsos componentes retia iu navi.	1u. Similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui eraut socil Simonis. *	
22. Illi autem statim, relictis retibus & patre, sequuti sunt eum.	2u. Et statim vocavit illos. Et, relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenariis, sequuti sunt eum.	11. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus, sequuti sunt eum.	
23. Et circuibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eurum, & prædicaus evangelium regni: & sanans omuem languurem & omnem infirmitatem in populu. 24. Et abiit opiniu ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè babentes, variis languuribus & tormentis cumprehensos, & qui dæmunia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos: 25. & sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Jerosulymis, & de Judæa, & de trans Jordanem.			

Anni Primi Præconii Christi F I N I S.

bant reficiendo reti, quod, ut diximus nonnihil fractum fuerat, pondere piscium. Verùm hos quoque jussit Jesus, discipulorum nomine, se adsectari; atque illico relictâ nave, ac in ea Zebedæo patre, cum hominibus nonnullis, quos mercede conduxerant ut se in piscando adjuvarent, Jesum sunt sequuti, utraque naviculâ ripæ adplicitâ. Cum hisce discipulis Jesus perrexit Galilæam peragrare, sermonésque facere ad populum de rebus divinis, in Synagogis oppidorum quæ ingrediebatur, & curare omnes ægros qui ad se afferebantur, jubendo eos bene valere. Itaque ejus fama non per Galilæam dumtaxat, sed per universam Cœlen Syriam sparsa est; quo factum ut ægri omnes ad eum ferrentur, aut veherentur; ne iis quidem exceptis, qui morbis medicorum artem superantibus laborabant, quales erant à Cacodæmonibus infessi, qui semel singulis mensibus furebant, paralytici, aliique quos non difficiliùs curabat, quàm levioribus morbis affectos. Quæ miracula ei ingentem copiam discipulorum conciliabant ex Galilæa, Decapolitano tractu, Judæa, Jerosolimáque ipsa, & Peræa, qui ei frequentes aderant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. VIII.	CAP. I.	CAP. V.	
		12. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων,	
2. Καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.	40. Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ· Ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.	καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων· Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.	
3. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.	41. Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Θέλω, καθαρίσθητι.	13. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπών· Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.	
	42. Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.		
	43. Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν.		
4. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλὰ ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.	44. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.	14. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.	
	45. Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον,	15. Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ· καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν.	
	καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.		
	ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν, ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν,	16. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις,	
CAP. IX.		καὶ προσευχόμενος.	
1. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.	CAP. II.		
	1. Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι.		
		17. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ Νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς	

CAPUT XVI.

Secundus Ministerii Christi annus. Jesus leprosum purgat; vitat hominum frequentiam; redit Capernaümum, quò ingens multitudo eum visura confluit; remittit peccata Paralytico, quem curat, ringentibus Legis peritis, sed admirantibus aliis.

Cum in urbe quadam Galilææ esset Evangelium nuntiaturus, ut solebat, ad eum vir leprosus venit, & ad ejus pedes provolutus, Domine, inquit, si velis, possis me à lepra purgare; quod ut facias, te etiam atque etiam oro. Jesus verò, misericordiâ commotus, extensâ manu hominem tetigit, &, volo, inquit, purgator. Quæ verba vix protulerat, cùm jam lepra ab homine abscesserat, cute ejus pristinum colorem recuperante. Cúmque illic maneret, Jesus severioribus verbis jussit eum illico à se abire, & vetuit ne cuiquam aperiret rationem, quâ erat curatus; ac auctor ei fuit ut se quàmprimùm Jerosolymam conferret, sisterétque adspiciendum Sacerdoti, judicaturo purgatúsne verè esset, necne, útque adderet dona quæ, ex Mosaica lege, offeruntur à purgando, ut certis ritibus adhibitis palam fiat hominem mundum videri. Quo pacto vitabatur invidia Sacerdotum, quorum erat cognoscere de lepra, & mundos

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. VIII.	CAP. I.	CAP. V.	
		12. Et factum est, cùm esset io ona civitatum,	
2. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.	40. Et veoit ad eum leprosus, deprecans eum & genu flexu dixit ei: Si vis, potes me muodare.	& ecce vir plenus lepra, & videns Jesum & procidens io faciem rogavit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.	
3. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare; & coofestim mundata est lepra ejus.	41. Jesus autem, misertus ejus, extendit manom suam, & tangens eum, ait illi: Volo, mundare.	13. Et, extendens manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare.	
	42. Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.	Et confestim lepra discessit ab illo.	
	43. Et comminatus est ei, statimque ejecit illom.		
4. Et ait illi Jesus: Vide, nemini dixeris; sed vade, osteode te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis.	44. Et dicit ei: Vide oemini dixeris: sed vade, ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.	14. Et ipse præcepit illi ut oemioi diceret; sed vade, osteode te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.	
	45. At ille, egressus, cœpit prædicare & diffamare sermonem,		
	& conveniebant ad eum undique;	15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & cooveniebant turbæ multæ ut audirent, & curarentur ab iofirmitatibus suis.	
	ita ut jam non posset manifestè introire in civitatem, sed foris in desertis iocis esset;	16. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.	
CAP. IX.			
1. ET adscendens in naviculam, transfretavit, & venit io civitatem suam,			
	CAP. II.		
	1. ET iterum iotravit Capharnaum post dies: 2, & auditum est quòd in domo esset,		
		17. Et factum est io una dierum, & ipse sedebat doceos. Et erant Pharisæi sedentes, & legis Doctores, qui veneraot ex omni castello Galilææ, & Judææ, & Jerusalem: & virtus Domioi erat ad sanandum eoi:	

dos pronuntiare quos mundos haberi oporteret. Alioqui calumniari potuissent Jesum in partem sacerdotalis muneris invadere, & fortè minimè curatum pronuntiassent hominem, quem mundum alioqui judicaturi erant. At homo curatus, vel præ lætitia, vel quòd existimaret grati non esse animi aliquamdiu tantum beneficium dissimulare, rem ubique promulgavit, & benefactoris sui famam quàm latissimè sparsit. Quæ tanta erat, ut undique ad eum conflueret ingens hominum multitudo, cùm ejus audiendi causâ, tum etiam ut ab eo curarentur. Igitur sine molesto ad se concursu, non poterat ampliùs palam ullam urbem ingredi; quamobrem in sola loca, ut orationi operam dare posset, secedebat.

Cùm aliquamdiu abfuisset Capernaümo, in Peræa moratus, conscenso navigio in eam urbem in qua plurimùm commorabatur, iterum se contulit; & vix domum, in qua diversari solebat; pervenerat, cùm rumor de ejus adventu ubique sparsus erat. Itaque ad audiendum docentem, prout solebat, concurrerunt Pharisæi & Legis periti, qui Capernaümum venerant ex Galilæa, & Judæa, ne Jerosolimâ quidem exceptâ, atque apud eum sedebant in vestibulo domûs. Curabat verò Jesus, potentiâ à Deo acceptâ, omnes ægros, qui ad eum confugiebant.

MATTHÆUS. Cap. IX.	MARCUS. Cap. II.	LUCAS. Cap. V.	JOANNES.
	2. Καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοί, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν· καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.		
	3. Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτόν, παραλυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων.	18. Καὶ ἰδού, ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παραλελυμένος· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ·	
	4. Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν, καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον, ἐφ᾽ ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο.	19. Καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν, διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ.	
2. Καὶ ἰδού, προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον· καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε τῷ παραλυτικῷ· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.	5. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.	20. Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.	
3. Καὶ ἰδού, τινὲς τῶν Γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτος βλασφημεῖ.	6. Ἦσαν δέ τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.	21. Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες· Τίς ἐστιν οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός;	
	7. Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;		
4. Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν· Ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;	8. Καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;	22. Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;	
5. Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν· Ἔγειραι καὶ περιπάτει;	9. Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν· Ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει;	23. Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν· Ἔγειραι καὶ περιπάτει;	
6. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.	10. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας· (λέγει τῷ παραλυτικῷ.) 11. Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.	24. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ) Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.	
7. Καὶ ἐγερθείς, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.	12. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράββατον, ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων,	25. Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ᾽ ᾧ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεόν.	
8. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις.	ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν.	26. Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν.	

Qua de causa, tantus concursus ad eum factus est, ut vestibulum multitudinem minimè caperet. Eo in loco verba faciebat, cùm ecce homines in lectulo bajulantes paralyticum conati sunt, submotâ turbâ, eum coram Jesu ægrum deponere, ut ejus curationem ab eo peterent. Quod cùm frustra tentassent, plerisque nolentibus discedere, adscenderunt in solarium domûs, atque hinc in tectum vestibuli, sublato illuc ægro, unà cum lectulo suo. Deinde, tegulis & asseribus demtis, funibus demiserunt lectulum, ægrumque in eo jacentem, in medium vestibulum, coram Jesu. Ex quo facto intelligens Jesus quàm eximiam opinionem homines concepissent de divina potentia, quâ miracula edebat, & quàm certò ab ejus benignitate curationem ægri exspectarent, conversus ad Paralyticum: bono, inquit, animo esto, fili, nam tibi peccatorum tuorum hæc pœna remittitur. Quæ verba cùm audivissent Pharisæi & Legis periti, qui illic aderant, judicatunt Jesum parum religiosa in Numen verba protulisse, cùm nemo possit pœnas peccatorum remittere, præter Deum. At Jesus, qui à Spiritu Divino, in se habitante, intellexit eorum cogitationes; quare, inquit, sinistrum judicium de eo quod

MATTHÆUS.

Cap. IX.

2. Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

3. Ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.

☞

4. Et cùm vidisset Jesus cogitationes eorum,

☞

dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

5. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge, & ambula?

6. Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

7. Et surrexit, & abiit in domum suam.

☞

8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

MARCUS.

Cap. II.

& convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam: & loquebatur eis verbum.

3. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

☞

4. Et, cùm non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum ubi erat, & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat.

☜

5. Cùm autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

6. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis.

7. Quid hic sic loquitur? Blasphemat: Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

8. Quo statim cognito Jesus, spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

9. Quid est facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

10. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico:)

11. Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

12. Et statim surrexit ille & , sublato grabato, abiit coram omnibus,

☞

ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum

☜

LUCAS.

Cap. V.

☜

18. & ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus:

& quærebant eum inferre, & ponere ante eum.

19. Et, non invenientes quâ parte illum inferrent præ turba, adscenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum;

☜

20. quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua.

21. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

22. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum,

☜

respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?

23. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, & ambula?

24. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico:

Tibi dico, surge, & tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

25. Et confestim, consurgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum.

26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum.

☜

JOANNES.

---

quod dixi apud animos vestros fertis? Non opus est majore potestate dicenti: remissa tibi est peccatorum hæc pœna; quàm dicenti; surge, tolle grabatum tuum, & incede. Ut autem sciatis me, qui vobis homuncio videor, accepisse potestatem remittendarum pœnarum peccati in terris; heus tu, ait ad paralyticum conversus, surge, tolle in humeros lectulum tuum & domum abi. Ille verò, omnibus inspectantibus, è vestigio paruit; Deóque palam, ob tantum acceptum beneficium, gratias egit, nec dissimulavit à quo fuisset curatus. Similiter & universa multitudo, quæ hoc miraculum viderat, in maximam admirationem rapta, Deum laudabat; quòd homini concessisset potestatem, ut verbo morbos curaret; negabátque se quidquam simile vidisse, & simul timore quodam religioso percellebatur, quòd præter omnem exspectationem tantum miraculum vidisset.

MATTHÆUS. Cap. IX.

9. Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον· καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

10. Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδού, πολλοὶ τελῶναι ἐλθόντες, συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

11. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν;

12. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. 13. * Οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

13. Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν· Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν. *

14. Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες· Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι;

MARCUS. Cap. II.

λέγοντας· Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

13. Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς.

14. Καὶ παράγων εἶδε Λευῒν τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον καὶ λέγει αὐτῷ. Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ἦσαν γὰρ πολλοί, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

16. Καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει;

17. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

18. Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι;

LUCAS. Cap. V.

καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες· Ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον.

27. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευῒν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. 28. Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

29. Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευῒς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολύς, καὶ ἄλλων οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι·

30. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες· Διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε;

31. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτούς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

32. Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

33. Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι * ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, πυκνά, καὶ δεήσεις ποιοῦνται * οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσι;

JOANNES.

Caput XVII.

Matthæi vocatio. Cur Christus & Discipuli versarentur cum Publicanis, nec jejunarent, instar Pharisæorum & Joannis Discipulorum.

Deinde Jesus domo egressus ad lacum ivit, sequente magnâ hominum multitudine, quam docebat quomodo mores instituendi essent. Postea cùm urbe exiret, vidit publicanum, cui nomen erat Levi, seu Matthæo, sedentem in telonio, quem jussit discipulum suum fieri & se adsectari; quod ille è vestigio, rebus relictis, fecit. At paullò pòst, domi suæ splendidum convivium adornavit, quo Jesum & discipulos ejus excepit; simúlque multos publicanos, aliósque id genus homines vitæ parum castigatæ. Quod cùm animadverterent Pharisæi nonnulli, & Legis Doctores; quæsiverunt à Discipulis Jesu, qui fieret ut cùm ipsi, tum eorum Magister, qui videbantur sanctiorem vitam profiteri, sustinerent convivari cum vectigalium, tributorúmque exactoribus, & ejusmodi aliis hominibus, quos norant moribus esse non satis emendatis, nullámque munditiei, quam Lex postulat, rationem habere. Quod cùm audiret Jesus, minimè exspectatâ Discipulorum responsione, eadem de causa, inquit, cum ejusmodi homi-

MATTHÆUS. Cap. IX.	MARCUS. Cap. II.	LUCAS. Cap. V.	JOANNES.
	dicentes: Quia numquam sic vidimus.		
		Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.	
	13. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos.		
9. Et, cùm transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomiue. Et ait illi: Sequere me. Et	14. Et cùm præteriret, vidit Levi Alphæi, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et	27. Et post hæc exiit, & vidit Publicanum, nomine Levi, sedentem ad telonium; & ait illi: Sequere me. 28. Et,	
		relictis omnibus,	
surgens sequutus est eum.	surgens sequutus est eum.	surgens sequutus est eum.	
10. Et factum est, discumbente eo in domu, ecce multi Publicani & peccatores veuientes, discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus.	15. Et factum est, cùm accumberet in domo illius, multi Publicani & peccatores simul discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus:	29. Et fecit ei convivium magnum Levi, in domo sua: & erat turba multa Publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes.	
	erant enim multi, qui & sequebantur eum.		
11. Et videntes Pharisæi,	16. Et Scribæ & Pharisæi videntes	30. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ eorum,	
	quia manducaret cum Publicanis & peccatoribus,		
dicebant discipulis ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat Magister vester?	dicebant discipulis ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester?	dicentes ad discipulos ejus: Quare cum Publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?	
12. At Jesus audiens, ait: Non est npus valentibus medico, sed malè habentibus.	17. Hoc audito, Jesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent.	31. Et respondens Jesus dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.	
13. * Non enim veni vocare justos, sed peccatores.	Non enim veni vocare justos, sed peccatores.	32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.	
13. Euntes autem discite qnid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. *			
	18. Et erant discipuli Joannis & Pharisæi jejunantes:		
14. Tnnc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos & Pharisæi: jejunamns frequenter:	& veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Joannis & Pharisæorum jejunant,	33. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Joannis jejunant, * similiter & Pharisæorum: frequenter,	
		& obsecrationes faciunt, *	
tui autem discipuli, nnn jejunant?	discipuli autem tui non jejunant?	tui autem edunt & bibunt?	

hominibus versamur, propter quam medici invisunt non sanos, sed ægros; ut eos, nimirum, ad saniorem mentem transducamus, quemadmodum illi ægros curant. Missus sum non ut piè viventes ad mutandos mores horter, sed eos quorum mores emendatione ind.gent. Benefaciendi studio ductus ita me erga eos gero, quam virtutem externis Religionis officiis, quæ vos maximi facitis, multò sibi acceptiorem esse significavit Deus, apud Hoseam Prophetam, hisce verbis: (C. VI; 6.) *Malo beneficentiam, quàm sacrificium*; quæ vos diligenter expendere satius esset, quàm aliena facta carpere.

Cùm verò & Pharisæi & Joannis discipuli frequenter, precum causâ, jejunarent, quod non solebant facere discipuli Jesu; Jesum illi adierunt, dixerúntque se sæpe, ut precibus operam darent, jejunare, at discipulos ejus jejunia ejusmodi nulla observare; cujus rei rationem non satis intelligebant, cùm mollioris vitæ doctorem se minimè profiteretur; quamobrem eum orabant, ut se doceret discriminis illius causam.

Respon-

MATTHÆUS

Cap. IX.

15. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος;

ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν.

16. Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου,

καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

17. Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινούς,

καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται.

MARCUS

Cap. II.

19. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν.

20. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

21. Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ,

καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

22. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται·

ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

LUCAS

Cap. V.

34. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;

35. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

36. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς· Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ.

37. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

38. Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον,

καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται.

39. Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ· Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

JOANNES

Respondit Jesus, his similitudinibus. Quemadmodum sponsi amici, ad nuptias vocati, minimè jejunant, dum versantur cum sponso; sed jejunium, si quod servandum videatur, in aliud tempus differunt: ita dum discipuli secum in terris essent, nolle se iis jejunium ullum imponere; sed postquàm illis ademtus esset, tum demum fore tempus jejunandi. Addidit sibi rationes esse, cur ab iis nihil austerius nunc exigeret, ex eorum indole petitas, quæ nondum satis firma erat ad severiora præcepta ferenda. Et, sicut, inquit, ad resarciendam vestem nimium tritam, nemo adsumentum addit ex novo panno; quod lacerat detritum, nec colore cum eo satis consentit; quibus fieret & laceratio deterior quàm antea, & fœdior ipsa vestis facies: ita, austeriore ratione vivendi impositâ, nolo alienare animos infirmiores discipulorum meorum; quod fieret,

si

MATTHÆUS. Cap. IX.	MARCUS. Cap. II.	LUCAS. Cap. V.	JOANNES.
15. Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus?	19. Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii ouptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare.	34. Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?	
Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabuot. ☞	20. Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsos: & tunc jejunabunt in illis diebus. ☞	35. Venient autem dies: cùm ablatus fuerit ab illis sponsos, tunc jejunabunt in illis diebus.	
16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tolist enim plenitudinem ejus à vestimento, ☞	21. Nemo adsumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert sopplementum novum à veteri, ☞	36 Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à oovo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & novum rumpit, & veteri oon convenit commissura à novo.	
& pejor scissura fit.	& major scissura fit:	☜	
17. Neque mittunt vinum oovum in utres veteres, alioquin rumpentur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt.	22. & oemo mittit vinum novum in utres veteres: alioqoin dirumpet vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt:	37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioqoin rumpet vinom novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt.	
Sed vinum novum in utres novos mittunt,	sed vinum novum in utres novos mitti debet.	38. Sed vinum novum in utres novos mittendum est,	
& ambo conservantur.	☜ ☞	& utraque conservantur.	
		39. Et nemo bibens vetus statim vult novum; dicit enim; Vetus melius est.	

si talia ab iis exigerem, nedum ut eos ad saniorem vitam adducerem. Quemadmodum etiam si quis vinum novum in utres jam usu tritos condiderit, effringuntur utres, vinúmque effunditur; qua de causa, novis utribus novum inditur vinum, ut utraque conserventur: sic exspecto, donec confirmati sint Discipulorum animi, ut ab iis graviora postulem, ne intempestivâ severitate & doctrina mea irrita fiat, & homines, eâ repudiatâ, exitium sibi creent. Adde quòd dudum adsueti consuetudini cuipiam, non illico ab ea ad contrariam transduci possunt: ut qui vetus vinum bibunt novum vix possunt ferre, eique præferunt id cui jam sunt per aliquot menses adsueti. Quamobrem nec dum possunt discipuli mei, qui me à brevi tempore adsectari cœperunt, pristinum vivendi institutum prorsus mutare.

PASCHA SECUNDUM
Post CHRISTI Baptismum.

CAP. V.

1. ΜΕτὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα.

2. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα.

3. Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν.

4. Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ· ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος, ὑγιὴς ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι.

5. Ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ, τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

6. Τοῦτον ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς κατακείμενον, καὶ γνοὺς ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ· Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;

7. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν· Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.

8. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.

9. Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει. ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

10. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ· Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράββατον.

11. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς· Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.

CAPUT XVIII.

Paralyticus Jerosolimæ curatus, & lectulum Sabbatho auferre jussus. Fremitus Judæorum propterea, & sermones Christi de se & Patre suo, déque veritate doctrinæ suæ, cui testimonium præbebant Joannes & Scriptura.

POSTEA, cùm advenisset tempus Paschatis, quod eo anno incidebat in XVI. Calendas Majas; Jesus ivit, pro more suo, Jerosolimam, ut festum ex Legis instituto celebraret. Erat autem in ea urbe piscina, quæ Probatica dicebatur; circa quam erat ædificium, quod quinque porticibus constabat. In hisce jacebant omnis generis ægri, quos à medicis curari posse nulla spes erat, quales sunt cæci, claudi, paralytici, exspectantes donec aqua piscinæ turbaretur; quò se in eam conjicerent, ut valetudinem, usumve membrorum recuperarent. Constans enim erat fama, certo anni tempore, Angelum, è cœlo in piscinam delapsum, ejus aquam turbare, & qui primus in aquam turbatam insiliret, eum curari, quocumque tandem morbo laboraret. Eò cùm Jesus venisset, vidit inter ceteros ægros paralyticum in lectulo jacentem,

PASCHA SECUNDUM
Post Christi Baptismum.

Cap. V.

1: Post hæc erat festus dies Judæorum, & adscendit Jesus Jerosolymam.
2. Est autem Jerosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.
3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.
4. Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam, & movebatur aqua: & qui prior descendisset in piscinam, post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.
5. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.
6. Hunc cùm vidisset Jesus jacentem, & cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?
7. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut, cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.
8. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula:
9. & statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo.
10. Dicebant ergo Judæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.
11. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

centem, qui à triginta octo annis cum morbo conflictabatur. Hoc cùm intellexisset Jesus, ab eo quæsivit annon cuperet firmitatem artuum adipisci. Respondit verò æger se quidem vehementer cupere, sed neminem sibi esse qui se conjiceret in piscinam, statim ac turbata erat aqua; in quam dum repere nitebatur, occupabatur ab aliis vegetioribus, adeóque se frustra hactenus illic fuisse. At Jesus hominis misertus, utque potentiam à Patre acceptam ostenderet; surge, inquit, tolle in humeros lectulum tuum, & abito. Quod æger, simul ac Jesus loquebatur, receptis viribus, illico exsequutus est. Erat autem dies Sabbathi. Qua de causa, nonnulli Judæi, qui abeuntem hominem lectulúmque bajulantem videbant, eum monuerunt diem esse Sabbathi, ac proinde ei id onus bajulare atque aliò transferre non licuisse. Ille verò reposuit se minimè dubitasse lectulum tollere, eúmque anferre è porticu piscinæ Probaticæ; auctore eo, à quo verbo sanatus fuerat, qui se jusserat sublato lectulo abire; cùm sine dubio Propheta esset, nec rem illicitam suadere posset, cùm tam insigne miraculum Deus in ejus gratiam edidisset.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. V.

12. Ἠρώτησαν οὖν αὐτόν· Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι· Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει;

13. Ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν, ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.

14. Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τι σοι γένηται.

15. Ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.

16. Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ.

17 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

18 Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.

19. Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

20. Ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱόν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε.

21. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.

22. Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ.

23. Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱόν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱόν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.

At illi indignabundi quæsiverunt quis esset qui die Sabbathi opus servile fieri ab eo, Legémque adeò violari jussisset. Verùm ægro ignotum erat nomen Jesu, & frustra circumtulit oculos, ut eum illis ostenderet; nam Jesus per mediam turbam, quæ illic erat, continuò se subduxerat. Postea verò cùm in illum in Templo incidisset, hominem monuit, quandoquidem valetudinem à Deo recepisset, tempus esse de moribus emendandis seriò cogitandi; ne ingrato animo excepto tanto beneficio, graviores quàm antea pœnas Deo daret. Quibus verbis auditis, Jesum agnovit, & nomen ejus sciscitatus ivit ad eos qui quæsiverant à quo jussus esset lectulum ferre die Sabbathi, dixitque se à Jesu Nazareno curatum fuisse. Illi verò Jesu, quasi violatori Sabbathi, irati, dignum esse qui capite pœnas lueret censebant, quærebántque rationem quâ id supplicium de eo sumere possent; cùm non auderent iræ suæ satisfacere, quia à Romanis demta erant Synedriis Judaicis capitalia judicia.

At Jesus, spretâ eorum irâ, Pater meus Cœlestis, inquit, quovis die nullâ ratione habitâ Sabbathi, innumera facit, in gratiam hominum; quem ego si imitatus fuero, nihil est cur indignemini. Quo dicto magis exacerbati sunt in eum Judæi, non tantum quòd Sabbathi ferias,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. V.

12. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qoi dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?

13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, oesciebat quis esset. Jesus enim declinavit à turba.

14. Postea iovenit eum Jesus io templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, jam noli peccare, oe deterius tibi aliquid contingat.

15. Abiit ille homò, & nuntiavit Judæis, quia Jesus esset qui fecit eum sanum.

16. Propterea persequebantur Jodæi Jesum, quia hæc faciebat io Sabbato.

17. Jesus aotem respondit eis: Pater meus usque modò operatur, & ego operor.

18. Propterea ergò magis quærebant eum Judæi interficere, quia non solùm solvebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Jesus, & dixit eis:

19. Amen, amen, dico vobis, non potest Filius à se facere quidquam, oisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque eoim ille fecerit; hæc & Filius similiter facit.

20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremioi.

21. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat; sic & filius quos vult vivificat.

22. Neque enim Pater jodicat quemquam: sed omoe judicium dedit Filio,

23. ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, oon honorificat Patrem, qui misit illum.

rias, ut putabant, sibi observandas negaret; sed etiam quòd parum religiosè loqui videretur, quia Deum vocaverat non *patrem nostrum*, ut solebant Judæi, sed patrem suum, cui se veluti æquare videbatur; cùm præsertim diceret se eum, Sabbatho multa agentem, imitari. Jesus verò, profectò, inquit, Filio suâ ipsius sponte nihil agere licet, sed imitatur Patrem, ejúsque exemplo diei Sabbathi in conferendis beneficiis nullam rationem habet. Pater enim Filium usque adeò amat, ut ei potestatem concesserit faciendi quæcumque facit; at majora hisce posthac ei largietur, quæ vos miremini; nam quemadmodum Pater non modò ægros sanavit, sed & quos voluit è mortuis excitavit: ita & Filius iis, quibus videbitur, vitam restituet. Nec potestatem tantùm bene faciendi hominibus fecit Filio, sed etiam judicandi de humano genere; nam Pater ipse de nemine per se judicabit, sed hoc munus in Filium transtulit. Itaque quicumque colunt Patrem, ab iis etiam Filium coli par est, quippe humani generis judicem futurum. Quisquis verò non colet Filium, ne Patrem quidem colet; à quo Filius, ut coleretur ab hominibus, missus est.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. V.

24. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν.

25. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.

26. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ.

27. Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.

28. Μὴ θαυμάζετε τοῦτο· ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

29. Καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

30. Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐδέν. καθὼς ἀκούω κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός.

31. Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

32. Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

33. Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ.

34. Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω· ἀλλὰ ταῦτα λέγω ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.

35. Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι, πρὸς ὥραν, ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ.

Certò scitote eum qui mihi parebit, & credet Deo qui me misit, per me homines alloquenti, sine dubio æternam vitam consequuturum; nec ullas pœnas laturum, sed à morte revocatum continuò in beatæ immortalitatis conditionem transiturum. Quod ne in dubium revocare possitis, brevi mortuos compellabit Filius Dei, iique, voce ejus auditâ, excitabuntur. Quemadmodum enim Pater quibuscumque vult vitam largitur: ita & Filio potestatem fecit quemcumque velit è mortuis revocandi. Dedit illi etiam facultatem damnandi eos qui sibi minimè crediderint; quia tantâ dignitate à Deo auctus, tamen se se quasi hominem è vulgo gerit, ut ejus mandata exsequatur. Ne hæc vobis incredibilia videantur, nam aderit aliquando tempus, quamquam seriùs, quo non aliquot tantùm sed omnes omnino mortui è sepulcris ab eo excitabuntur & vocem ejus audient. Quicumque verò virtutem coluerint, atque in ea animi affectione mortui fuerint, illi post resurrectionem beata immortalitate fruentur; at quoscumque vitiis mancipatos mors oppresserit, ii resurgent tantùm ut ad merita supplicia damnentur.

Sponte

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. V. 24. Amen, amen, dico vnbis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium oon venit, sed transit à morte in vitam. 25. Amen, amen, dico vobis, quia venit hora, & ouoc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, & qui audierint, vivent. 26. Sicut enim Pater habet vitam io semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semet-ipso: 27. & potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est. 28. Nolite mirari hoc; quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: 29. & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii. 30. Non possum ego à meipso facere quidquam Sicut audio, judico, & judicium meum justum est; quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. 31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. 32. Alius est, qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. 33. Vos misistis ad Joannem: & testimonium perhibuit veritati. 34. Ego autem non ab homioe testimonium accipio: sed hæc dico, ut vos salvi sitis. 35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluistis, ad horam, exsultare in luce ejus.

Sponte meâ hac in re nihil faciam, sed ex legibus à Patre acceptis judicium de hominibus feram, ac proinde neminem injustè damnabo; neque enim, hac in re, vel minimùm discedam ab iis, quæ in mandatis mihi dederit Deus, qui me ad vos misit.

Si postularem à vobis ut crederetis me à Deo missum, nulla alia de ratione, nisi quia ipse affirmo, rectè faceretis, qui meo ipsius de me testimonio fidem negaretis. Est alius, apud vos, qui testimonium mihi perhibet; quod non diffiteor fide esse dignissimum, & quod vobis ignotum non est, cùm miseritis legatos ad Joannem Baptistam, coram quibus veritatem apertè professus est; sed testimonio nullius hominis indigeo, neque hoc memoro, nisi ut vos eripiam periculo, in quo incredulitate vestrâ versamini. Ille fuit instar lucernæ, quæ aliquamdiu luxit, ut ignorantiæ vestræ tenebras discuteret, & vos quidem eâ delectari, sed brevissimo tempore, visi estis.

Habeo

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. V.

36. Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτὰ, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε.

37. Καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ. οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε.

38. Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.

39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.

40. Καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε.

41. Δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω·

42. Ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς.

43. Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε.

44. Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε;

45. Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε.

46. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.

47. Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε;

Habeo teſtimonium multò majoris ponderis, quàm laudes Joannis. Miracula, quæ, poteſtate à Patre acceptâ, edidi, ſunt veluti teſtimonium quod Deus ipſe mihi præbet, & ex quo intelligere licet me ab eo miſſum fuiſſe. Itaque Deus teſtis eſt, quo nitor; verùm nec voci ejus umquam eſtis obſequuti, nec quæ ei accepta ſint ſatis noſtis. Liquet enim vos ejus revelationem nequaquam in animum demiſſam ſeriò expendiſſe; cùm non credatis ei quem miſit. In Scripturæ ſenſum curioſiùs vos inquirere profitemini, quòd ex ea exiſtimetis vos intellecturos quæ ſit via, quâ ad æternam beatitudinem pervenire poſſitis. Atqui illa teſtimonium mihi perhibet, nec tamen vultis fieri diſcipuli mei, ut vitam ſempiternam conſequamini. Non hæc eò dico, quòd famæ apud quemquam mortalium cupidus ſim: ſed ut vos commonefaciam pravæ affectionis, quam in vobis video; intelligo enim vos amore Dei, quidquid fingatis, prorſus eſſe vacuos. Ego poteſtate à Deo acceptâ ad vos venire me dixi, quod ex miraculis à me editis vobis liquere poteſt, nec tamen mihi creditis. Verùm alii venient, quibus nulla mandata divinitus accepta præ ſe ferentibus, nec ſibi miraculis fidem facientibus, ſed pro imperio omnia gerentibus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. V.

36. Ego autem habéo testimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater ut perficiam, ea ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me quia Pater misit me.

37. Et, qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem ejus umquam audistis, neque speciem ejus vidistis:

38. & verbum ejus non habetis in vobis manens; quia, quem misit ille, huic vos non creditis.

39. Scrutamini Scripturas, quis vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me:

40. & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.

41. Claritatem ab hominibus non accipio.

42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?

45. Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi; de me enim ille scripsit.

47. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis?

---

rentibus decipiendos vos prabebitis. Facile autem est intellectu cur mihi fidem habere non sustineatis; cùm gloriam atque existimationem vobis apud populares tantùm vestros quæratis, nec quid verum sit, aut quid de vobis sentiat Deus multùm curetis, sed quæ famam apud vestros vobis parere possunt, maximi faciatis. Ne tamen putetis me accusatorem vestrum fore, apud Patrem Cœlestem; Moses ipse, à cujus doctrina pendetis, reos vos peraget, quia ex ejus præscipto de iis quæ doceo minimè judicaveritis. At illi non creditis, quamquam simulatis, si enim ei fidem haberetis, mihi quoque crederetis; cùm ea scripserit quæ, si vera sint, verè etiam me à Deo missum esse necesse est. Si autem ne Mosi quidem, cujus vos discipulos esse profitemini, creditis; quî fidem verbis meis, dum me odistis, habere possetis?

MATTHÆUS. Cap. XII.	MARCUS. Cap. II.	LUCAS. Cap. VI.	JOANNES.
1. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας,	23. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.	1. Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας,	
καὶ ἐσθίειν.		καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς χερσί.	
2. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες, εἶπον αὐτῷ. Ἰδοὺ, οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ.	24. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ· Ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν ὃ οὐκ ἔξεστι;	2. Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς· Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;	
3. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ;	25. Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ;	3. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ὄντες;	
4. Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ,	26 Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ,	4 Ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ,	
	ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως,		
καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις;	καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι;	καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ. οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς;	
5. Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; 6. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε.			
	27. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον.	5. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς.	
7. Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν· Ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους.			
8 Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.	28. Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.	Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.	
9. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν,		6. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ	
ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.	Cap. III. 1. Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν.	εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ διδάσκειν	
10. Καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος τὴν χεῖρα ἔχων ξηράν.	καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα	καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά.	

Caput XIX.

Jesus defendit discipulos suos vellentes spicas, eásque comedentes, die Sabbathi. Simili die curat Paralyticum, quod licitum esse ostendit. Tum discedit ad lacum Genesarethicum, quò ad eum multi confluunt, cùm sani, tum ægri qui ab eo curantur.

Exactis diebus festis, Jesus in Galilæam iterum profectus est; & cùm ambularet primo die Sabbathi, qui Azymorum dies sequebatur (secundo verò in numero septem Sabbathorum, numerandorum ad Pentecosten) per segetes fermè maturas, Discipuli ejus esurientes cœperunt vellere spicas, iisque manu fricatis vesci. Quod cùm animadvertissent Pharisæi nonnulli, monuerunt Jesum id à discipulis ejus fieri, quod nefas erat die Sabbathi; nimirum, cibum parari, quem comederent. Jesus verò discipulorum suorum factum excusavit, exemplo Davidis, qui unà cum iis quos ducebat esuriens & victibus destitutus, ingressus est domum Abiatharis, qui Pontifex Maximus postea fuit, eóque volente comedit ipse, aliísque divisit panes qui Deo fuerant appositi, quos ex Lege à solis Sacerdotibus comedi fas est. Præterea, inquiebat, an non legistis apud Mosem, oportere Sabbathis Deo sacra fieri, adeóque ejus dici

MATTHÆUS. Cap. XII.	MARCUS. Cap. II.	LUCAS. Cap. VI.	JOANNES.
1. IN illo tempore abiit Jesus per sata Sabbato: discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas,	23. Et factum est iterum cum Dominus Sabbatis ambularet per sata, & discipuli ejus cœperunt progredi, & vellere spicas.	1. FActum est autem in Sabbato secundoprimo, cùm transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas,	
& manducare.		& manducabant confricantes manibus.	
2. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbatis.	24. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt Sabbatis quod non licet?	2. Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in Sabbatis?	
3. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant?	25. Et ait illis: Numquam legistis quid fecerit David; quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant?	3. Et respondens Jesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cùm esurisset ipse, & qui cum illo erant:	
4. Quomodo intravit in domum Dei,	26. Quomodo introivit in domum Dei	4. quomodo intravit in domum Dei,	
	sub Abiathar Principe Sacerdotum,		
& panes propositionis comedit, quos non licebat edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus?	& panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare, nisi Sacerdotibus; & dedit eis qui cum eo erant?	& panes propositionis sumsit, & manducavit, & dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare, nisi tantùm Sacerdotibus.	
5. Aut non legistis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbatum violant, & sine crimine sunt. 6. Dico autem vobis, quia templo major est hic.			
	27. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum.	5. Et dicebat illis:	
7. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: numquam condemnassetis innocentes.			
8. Dominus enim est Filius hominis etiam Sabbati.	28. Itaque Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati.	Quia Dominus est Filius hominis etiam Sabbati.	
9. Et cùm inde transisset,			
	Cap. III.	6. Factum est autem & in alio Sabbato	
venit in Synagogam eorum,	1. ET introivit iterum in Synagogam,	ut intraret in Synagogam,	
		& doceret.	
10. & ecce homo manum habens aridam,	& erat illic homo habens manum aridam.	Et erat ibi homo, & manus ejus dextra erat arida;	

dici ferias à Sacerdotibus violari, quos tamen propterea vituperandos nemo dixerit? Scilicet, necessitas, cùm nulli alii victus suppeterent, Davidem excusavit, quemadmodum necessarius Templi usus facit ut insontes habeantur Sacerdotes. Similiter urgens fames Discipulos meos ad sibi parandas spicas adegit, si me sequi vellent, qui multò præstantior sum Templo, & quem sequi multò pluris eorum interest, quàm Sacerdotum munera sacra in Templo obire. Præterea an nescitis Sabbathi ferias in usum hominum esse institutas, non verò ut eas homines vel periculo vitæ suæ observarent, quasi propterea essent creati? Si legissetis atque in animum demisissetis hæc verba Dei, apud Prophetam: *Malo beneficentiam, quàm sacrificium; (Hos. VI, 6.)* intellexissetis eum ritus omnes, etiam qui sanctissimi à vobis habentur, postponere virtutibus, quibus humana societas juvatur; adeóque maluissetis innoxios judicare discipulos meos ferias Sabbathi, necessitatis causâ, negligentes, quàm æquitatem erga eos violare, dum iniquum de iis judicium fertis.

Cùm illinc abiisset, alio die Sabbathi, docendi causâ, ingressus est Synagogam loci, in quo tunc temporis morabatur, ubi erat vir quidam dextrâ manu paralyticus.

MATTHÆUS. Cap. XII.	MARCUS. Cap. III.	LUCAS. Cap. VI.	JOANNES.
	2. Καὶ παρετήρουν αὐτὸν εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.	7. Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει· ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ.	
	3. Καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον.	8. Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν· καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη.	
καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. 11. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἓν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; 12. Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν.			
	4. Καὶ λέγει αὐτοῖς. Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Οἱ δὲ ἐσιώπων.	9. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι. Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι;	
	5. Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν,	10. Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς,	
13. Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ. Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη.	λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.	εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.	
14. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν.	6. Καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, εὐθέως, μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι.	11. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας· καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ.	
15. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί,	7. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησαν αὐτῷ. καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, 8. Καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ πέραν		

Quamobrem Jesum observabant Legis periti, & Pharisæi nonnulli qui aderant; ut viderent an paralyticum esset curaturus, quò eum violati Sabbati insimularent. At ille perspiciens eorum animum, vocatum ad se Paralyticum jussit in media Synagoga stare; qui illico paruit. Tum verò homines, quos dixi, Jesum rogarunt an liceret cuipiam medicinam facere die Sabbathi, ut ex ejus responso eum incusarent. Verùm Jesus illorum malignitatem nihil veritus, annon, inquit, ex sententia doctorum, atque usu vestro, licet vel unam ovem in foveam delapsam inde extrahere, die Sabbathi? Quidni ergo benefacere licebit homini, qui tantò potior est pecude? Sed & alterum vos rogabo; licétne cuipiam benefacere die Sabbathi; vel, cùm benefacere nefas sit, licétne malefacere? Fásne est vitam cuipiam die Sabbathi servare; vel cùm hoc illicitum habeatur, an eripere per Legem licebit? Illi verò nihil reposuerunt, sed contumaci silentio nequitiam suam texerunt; cùm nec haberent quod responderent, nec vellent dictis ejus adsentiri.

At

MATTHÆUS. Cap. XII.	MARCUS. Cap. III.	LUCAS. Cap. VI.	JOANNES.
	2. Et observabant eum, si Sabbatis curaret, ut accusarent illum.	7. observabant autem Scribæ & Pharisæi, si in Sabbato curaret; ut invenirent unde accusarent eum.	
		8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum,	
	3. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.	& ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit.	
& interrogabant eum dicentes: Si licet Sabbatis curare, ut accusarent eum. 11. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, &, si ceciderit hæc Sabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? 12. Quantò magis melior est homo ove? Itaque licet Sabbatis benefacere.			
	4. Et dicit eis: Licet Sabbatis bene facere, an malè? Animam salvam facere, an perdere? At illi tacebant.	9. Ait autem ad illos Jesus interrogabo vos si licet Sabbatis benefacere, an malè? animam salvam facere, an perdere?	
13. Tunc ait homini: Extende manum tuam: & extendit, & restituta est sanitati sicut altera.	5. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.	10. Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit; & restituta est manus ejus:	
14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversùs eum, quomodo perderent eum.	6. Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant adversus eum, quomodo eum perderent.	11. ipsi autem repleti sunt insipientiâ; & colloquebantur ad invicem quidnam facerent Jesu.	
15. Jesus autem sciens recessit inde: & sequuti sunt eum multi,	7. Jesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Judæa sequuta est eum, 8. & ab Jerosolymis, & ab Idumæa, & trans Jorda-		

At Jesus circumlatis, non sine indignatione, oculis, propter hominum pertinaciam, qui silentio exspectabant quid esset facturus; clarâ voce jussit Paralyticum extendere dextram, quo facto, motum ac vires pristinas recuperavit. Eo miraculo conspecto, Pharisæi & Sadducæi, quos vulgò Herodianos vocant, quamvis sectarum contrariarum homines, illico è Synagoga egressi, furore pleni, quòd quæstionibus Jesu respondendum nihil habuissent, consilia agitabant de eo è medio tollendo, quasi violatore Sabbathi, aut certè gravi quopiam supplicio afficiendo.

Hoc cùm intellexisset Jesus, ex illo tractu profectus est ad loca Genesarethico lacui vicina, unà cum Discipulis. Sed venit etiam illuc ad eum ingens hominum multitudo, cùm ex Galilæa vicina, tum etiam ex Judæa, Jerosolimáque ipsa, ex Idumæa, Peræa, & Phœnicia circa Tyrum & Sidonem, propter miracula quæ edebat, & quorum fama per omnes illos tractus erat sparsa.

MATTHÆUS. — **MARCUS.** — **LUCAS.** — **JOANNES.**

MATTHÆUS. Cap. XII.

καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας.

☞

16. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν.

17. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος·

18. Ἰδοὺ, ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.

19. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει· οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

20. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν.

21. Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

☞

MARCUS. Cap. III.

τοῦ Ἰορδάνου· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν.

9. Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.

10. Πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν·

ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας.

11. Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα· Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

12. Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι.

☜

☞

13. Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος,

☞

καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν.

14. Καὶ ἐποίησε δώδεκα,

☞

ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν,

LUCAS. Cap. VI.

12. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.

13. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα,

προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

☜

καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα,

οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν

☜

JOANNES.

Tum jussit Discipulos, paratam habere scapham, ut ingruente in se multitudine eam conscenderet, ne elideretur; cùm enim ægros curaret, non modò quos alloquebatur, & quibus manus imponebat, sed eos etiam qui vestes ejus à tergo tangebant, innumeri ad eum accedere conabantur, ut vel ejus vestimenta attingerent. Quin & Cacodæmonibus obsessi, statim ac eum videbant, procidebant in genua, & clamabant, à Cacodæmonibus acti, eum esse Filium Dei, seu Messiam. At illico Jesus silentium eis imponebat; quòd nollet eo tempore ubique spargi se esse Messiam, & videri eam famam captare; ne homines, regni terrestris Messiæ, quod sibi finxerant, cupidi, undique ad se confluerent, ac tumultum excitarent, speciésque aliqua seditionis posset sibi objici ab inimicis. Quâ insigni Jesu prudentiâ, implebatur vaticinium Esaiæ Prophetæ, in quo sic describitur Messias: (*Cap.* XLII, 1.) *En servum meum, cui innixus sum, electum meum qui placuit animo meo, Spiritum meum ei indidi, & judicium gentibus edet. Non vociferabitur, non extollet vocem suam, neque audiendam in plateis præbebit. Calamum quassatum non confringet, neque linum fumans exstinguet, at judicium in veritatem proferet & legem ejus insulæ exspectabunt.* Quibus verbis, egregie describitur ingenium Jesu, ab omnibus tumultibus, seditionibúsque alienissimum, idémque misericors erga homines, in quibus

MATTHÆUS. Cap. XII.	MARCUS. Cap. III.	LUCAS. Cap. VI.	JOANNES.
	nem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.		
	9. Et dixit discipulis suis ut navicula sibi deserviret propter turbam, ne comprimerent eum.		
& curavit eos omnes.	10. Multos enim sanabat,		
☞	ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent quotquot habebant plagas.		
	11. Et Spiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes:		
16. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent;	12. Tu es Filius Dei: & vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum,		
17. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem:	☜		
18. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit.			
19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus:			
20. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium.			
21. Et in nomine ejus Gentes sperabunt.			
☞	☞	12. Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.	
	13. Et adscendens in montem	13. Et, cum dies factus esset,	
	vocavit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.	vocavit discipulos suos: ☜	
	14. Et fecit ut essent duodecim cum illo:	& elegit duodecim ex ipsis,	
	☞	quos & Apostolos nominavit:	
	& ut mitteret eos prædicare;	☜	

quibus erat aliqua etiamnum virtutis significatio, & omnium gentium salutis studiosum.

Caput XX.

Electio duodecim Apostolorum. Multitudo eorum qui præterea Jesum sequebantur, aut ab eo curabantur, tanta ut illi molesta esset.

Paulò pòst, Jesus abiit in montanum tractum, vicinum Genesarethico lacui, atque in montem quidem adscendit solus, ut Deum, absque ulla interpellatione, oraret, & totam noctem ea in re absumsit. Cùm verò illuxisset, rediit ad Discipulos, nonnullósque eorum nominatim ad se vocavit; è quibus duodecim elegit, qui sibi semper adessent, & quorum perpetua opera uteretur. Hosce nomine Hebraïco vocavit, quod vertitur voce Græcâ Apostolus, hoc est, *nuntius*, quòd eos regnum suum adesse nunciaturos missurus esset.

Quam-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. III.	CAP. VI.	
	15. Καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια.		
	16. Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον·	14. (Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον,	
	18. Καὶ Ἀνδρέαν, * ☞	καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ,	
	17. Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου· (καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς.)	Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, ☜	
	18. • καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου,	Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον· 15. Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου, •	
	καὶ Θαδδαῖον,	16. Ἰούδαν Ἰακώβου, •	
	καὶ Σίμωνα τὸν Κανανίτην,	15. * καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Ζηλωτήν·	
	19. Καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν· ☞	16. • καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης)	
		17. Καὶ καταβὰς μετ᾽ αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν·	
		18. Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ ἐθεραπεύοντο.	
		19. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ὅτι δύναμις παρ᾽ αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας. ☜	
	καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. 20. Καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν.		
CAP. V.	21. Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ᾽ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· Ὅτι ἐξέστη.		
1. Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· ☞	☜ ☞	20. Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε·	
2. Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων·			

Quamobrem iis postea fecit potestatem curandi morbos, & ejiciendi Dæmonia. Hæc autem sunt nomina duodecim Apostolorum: Simon, cui, ut diximus, Jesus indiderat nomen *Cephæ*, seu *Petro*, quàm primùm eum viderat; Andreas, ejus frater; Jacobus & Joannes Zebedæi filii, quos vocavit *Boanerges*, hoc est, *filios tonitru*; Philippus; Bartholomæus; Matthæus, qui & *Levi* dicebatur; Thomas, cui cognomen erat *Didymo*; Jacobus, Alphæi filius; Judas Jacobi filius, dictus & *Thaddæus*; Simon, cui cognomen fuit *Cananææ*, sive *Zelotæ*; & Judas *Iscariothes*, qui tandem Jesum prodidit.

Cùm hisce è monte descendit Jesus, in locum campestrem, ad quem convenerunt & reliqui ejus discipuli, confluxitque ingens multitudo hominum Jerosolimâ, atque ex reliqua Judæa, tractúque maritimo Phœniciæ, in quo sitæ sunt Tyrus & Sidon, ut audirent doctrinam Jesu, aut ægros ei curandos offerrent. Aderant & quicumque à Cacodæmonibus vexabantur, quos ille non secus ac ceteros curabat. Nec opus erat eum ad ægrum converti, eíque manus imponere, ut morbus curaretur; satis erat si æger vestem ejus attingeret, ita ut ex ejus corpore videretur veluti egredi potentia mirifica, quâ omnis generis morbi curabantur.

Cùm Jesus aliquamdiu in eo loco commoratus esset, unà cum Apostolis rediit Capernaümum,

MATTHÆUS.

Cap. V.

1. VIdens autem Jesus turbas adscendit in montem, & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus,

☞

2. & aperiens os suum docebat eos, dicens:

MARCUS.

Cap. III.

15. & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & ejiciendi Dæmonia.

16. Et imposuit Simoni nomen Petrus:

18. Et Andream ; *

☞

17. Et Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filii tonitrui:

18. * & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum:

19. Et Judam Iscariotem, qui & tradidit illum.

☞

20. Et veniunt ad domum. & convenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare.

21. Et, cùm audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem versus est.

☜

☞

LUCAS.

Cap. VI.

14. Simonem, quem cognominavit Petrum; & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem ;

☜

Philippum, & Bartholomæum,

15. Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, *

16. & Judam Jacobi, *

15. * & Simonem, qui vocatur Zelotes,

16. * & Judam Iscariotem, qui fuit proditor.

17. Et, descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima Tyri, & Sidonis,

18. qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et, qui vexabantur à Spiritibus immundis, curabantur.

19. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

☜

20. Et ipse, elevatis oculis in discipulos suos, dicebat:

JOANNES.

---

in ædes in quibus solebat divertere. Verùm illuc etiam tantus est concursus factus hominum cupientium doctrinam ejus audire, vel ægros suos ab eo curari, ut vix illi tempus sumendi cibi concederetur. Cùm usque adeò vexaretur, rumor sparsus est eum animi deliquium pati; quo factum ut cognati ejus nonnulli, qui Capernaümi sedes fixerant, eò properè se conferrent, ut illi adjumento essent.

Caput XXI.

Sermones à Jesu ad Discipulos, aliósque habiti è monte vicino Capernaümi; quibus continentur potissima capita Ethicæ Christianæ, Judaicâ multò præstantioris, præsertim in iis quæ spectant patientiam malorum & beneficentiam erga omnes.

Cum Jesus esset Capernaümo egressus, ad montes vicinos, sequerentúrque eum permulti homines, in collem adscendit, atque in eo sedit, circumstantibus Discipulis. Tum circumspiciens, cœpit eos docere ea quæ à Magistris Judæis accipere non potuerant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. V.		CAP. VI.	
3. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.		Μακάριοι οἱ πτωχοί. ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.	
4. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.		21. * Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε.	
5. Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.			
6. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.		Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε *	
7. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.			
8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.			
9. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.			
10. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.			
11. Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ.		22. Μακάριοί ἐστε ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.	
12. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε· ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν·		23 Χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ, ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.	
		24. Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις· ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν.	

Beati, inquit, censendi, non divites, iidémque opibus suis superbientes, quemadmodum apud Judæos, aliásque Gentes vulgò fieri solet, cùm bonorum cœlestium regni Messiæ nulla pars ad eos deventura sit; sed potiùs pauperes, & de se non nimia sentientes, quales vos estis, Regni enim Cœlestis participes eritis.

Cavete ne infelices putetis eos, qui in hacce vita cum variis calamitatibus conflictantur, quasi Deus iis indignaretur, minásque Legis in eos exsequeretur; nam, si modò Deum colere pergant, virtutique constanter adhæreant, pro miseriis hujus vitæ, quas exantlaverint, æternam alterius vitæ beatitudinem consequentur.

Felices judicandi homines mansueti, quia mansuetudine suâ grati erunt rerum potientibus; nec solum vertere cogentur, ut qui sunt indolis ferocioris & jugi impatientes.

Ne miseros existimate eos, quibus victus necessarius deest, propter sterilitatem prædiorum, vel quòd fructus eorum perierint pluviis immodicis, grandine, aliisve ejusmodi casibus, vel ab hostibus sint vastati; quasi hæc essent divinæ indignationis argumenta, quemadmodum putant multi Judæi. Si enim studiosi sint sanctimoniæ ac probitatis, Deus in altera vita animos eorum æternâ felicitate alet.

Pro beatis habendi sunt non qui opibus coacervandis nullum modum norunt, & sibi omnia servant; sed qui malis aliorum perculsi, eos, quoad possunt, sublevant; Deus enim eorum misertus, post mortem, omnis generis bonis eos cumulabit, dum alii avari atque immisericordis animi pœnas dabunt.

Felices censendi sunt, non qui munditiam corporis, qualis cærimonialibus Legibus Mosis præcipitur, diligentissimè sectantur, quasi Deo propterea acceptiores essent; sed qui animum habent pravis affectionibus purgatum, quos Deus non in Templum dumtaxat terrestre libens admittet, sed & in cœlestes beatitudinis sedes, in quibus præsentissimum se se præbet.

Eorum etiam sors beata judicanda est, qui pacis studiosi sunt, curántque, quantùm in ipsis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. V.		CAP. VI.	
3. Beati pauperes spiritu :		Beati pauperes,	
quia vestrum est Regnum Dei :		quoniam ipsorum est regnum cœlorum.	
5. Beati, qui lugent:		Beati, qui fletis, nunc	
quoniam ipsi consolabuntur.		quia ridebitis.	
4. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.			
6. Beati, qui esuriunt		21. Beati, qui esuritis; nunc	
& sitiunt justitiam : quoniam ipsi saturabuntur.		quia saturabimini.	
7. Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur.			
8. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.			
9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.			
10. Beati, qui persequutionem patiuntur, propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.			
11. Beati estis cùm		22. Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm separaverint vos, &	
maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me :		exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hominis.	
12. Gaudete, & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis : sic enim persequuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos.		23. Gaudete in illo die, & exsultate, ecce enim merces vestra multa est in Cœlo; secundùm hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.	
		24. Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.	

ipsis est, ut ubique obtineat, cùm ad opiniones, quod attinet, tum etiam in rebus ad hanc vitam pertinentibus; non qui libentissimè de rebus quibusvis litigantur, & se duces irrequietæ multitudini præbent ad res novandas, quemadmodum faciunt Pharisæi, litigiosum & seditiosum hominum genus, qui ideò à plebe suspiciuntur, & acceptissimi Deo esse judicantur. Pacis enim amantes se gerunt, quemadmodum Deus, qui propterea Deus pacis esse dicitur, ejúsque filios se esse ostendunt.

Ne beatos existimetis eos, qui rebus secundioribus, hac in vita, utuntur, quia nihil faciunt quod sibi iram eorum qui rerum potiuntur creare possit; nec veritatem, aut virtutem colunt, nisi quatenus cum terrestribus commodis consentiunt, quemadmodum faciunt Sadducæi. Illi potiùs beati sunt censendi, qui, quòd veritatem ac virtutem tueantur, ab hominibus malè habentur; hi enim erunt Regni Cœlestis cives, quo priores illi excludentur.

Felicem conditionem vestram judicate, cùm, quia doctrinam à me acceptam constanter tuebimini, vitámque ad ejus normam instituetis, homines vos odio habebunt, ejicient cœtibus suis, quasi indignos qui cum ceteris versemini, contumeliosis dictis lacerabunt, & quoad poterunt infamabunt. Cùm ita vos malè habebunt Judæi, tantùm abest ut æquo tristiores esse debeatis, ut contrà par sit vos lætari & gaudio efferri, eò enim majora præmia in cœlo à Deo accipietis. Sic & olim eorum Majores exceperunt Prophetas; quorum sortem, apud Deum, nemo miseram dixerit.

Contrà miseri censendi sunt divites, qui divitiis suis superbiunt, neque egenos, ut possunt, sublevant; nihil est enim quod ampliùs à Deo exspectent, solatium nullum præterea iis reliquum est.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. V.

13. Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.

14. Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη.

15. Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.

16. Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

17. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

18. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

19. Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

20. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Cap. VI.

25. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

26. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

Miseri sunt ciborum omnium copiâ abundantes, quorum pauperioribus nullam partem dividunt; nam posthac eas pœnas dabunt, quæ gravissimâ fame tolerabiliores non erunt. Infelices sunt, qui in hacce vita nullam prætermittunt se exhilarandi & ridendi occasionem, quòd omnia ex voto iis fluere videantur; erit enim aliquando tempus, quo summo mœrore conficientur. Non est quod invideatis sorti eorum, de quibus Judæi omnes honorificè loquuntur, quasi infelices sint ii quibus detrahunt; eorum enim Majores similiter laudabant Pseudoprophetas, dum veros Dei Prophetas calumniis infamabant.

Vos estis, ô quicumque meam doctrinam amplectimini, veluti salsi cineres, quibus agri fœcundantur, & quibus, si dematur ablutione quidquid habent salinum, nullâ re salsugo restitui potest, ideòque nulli ampliùs usui esse possunt ad fœcundandos agros, sed in viam publicam omnibus calcandi abjiciuntur. Sic & vos oportet factis & dictis totum humanum genus ad virtutem concitare, nec quisquam est in terris, apud Judæos aut alias gentes, qui vos emendare possit; ac proinde si officio desitis, in æternum inutiles fietis.

Estis instar lucis, quâ oportet totum terrarum orbem collustrari, adeòque ne quâ errorum aut vitiorum nebulâ obscuretur doctrina vestra, cavere vos par est. Non poteritis hominum oculos fugere, eritis enim instar urbis excelso monti impositæ, quam omnes procul vident. Ac sanè vos innotescere oportet, cùm eam ipsam in rem à Deo vocati sitis; quemadmodum lucerna eum in finem accenditur, ut omnibus, qui in ædibus versantur, illuceat, non ut ac-

censa

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

MATTHÆUS — Cap. V.

13. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultrà, nisi ut mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus.

14. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.

15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.

16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.

17. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere.

18. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, Iota unum, aut unus apex, non præteribit à lege, donec omnia fiant.

19. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

20. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra, plusquàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

LUCAS — Cap. VI.

25. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

26. Væ vobis, cùm benedixerint vobis homines; secundùm hæc enim faciebant Pseudoprophetis patres eorum.

---

censa modio integatur, ne quis ejus luce frui possit. Igitur ita lumine doctrinæ vestræ & sanctitatis morum hominibus illuceatis; ut quando vos ita loquentes atque ita viventes viderint, Patrem vestrum Cœlestem laudent, gratiásque ei agant, qui tales viros ad tenebras suas collustrandas miserit.

Cavete ne credatis; quia nonnulla dico Judæorum opinionibus minimè consentanea, me venisse eo animo ut doceam homines jam non opus esse ampliùs, ut virtutes quas Moses & ceteri Prophetæ olim excolendas proposuerunt, colere pergant. Imò verò à Deo missus sum, ut majores ac pleniores virtutes ab hominibus, ejus nomine, exigam. Profectò dum erunt cœlum & terra, ne minima quidem pars veræ virtutis, à Lege, aut Prophetis præcepta, umquam hominibus remittetur. Quisquis docuerit minimè observandum esse quodpiam eorum ejusmodi præceptum, quod minoris momenti videbitur, & exemplo suo aliis præiverit; ejus etiam minima habebitur ratio à Deo, cùm civium Regni Cœlestis censum aget. Contrà verò quicumque virtutes omnes, quavis occasione, diligentissimè excolendas docuerit, & ipse factis expresserit, is inter primores Regni Cœlestis cives erit. Vos enim moneo, tantùm abesse, ut ad minorem sanctitatem vocemini, quàm Judæi; ut nisi sanctimoniâ multùm superetis Pharisæos & Legis peritos, qui vulgò apud Judæos sanctissimi viri habentur, præmia Regni Cœlestis amissuri sitis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

C A P. V.

21. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις, ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.

22. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

23. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ·

24. Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.

25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ· μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.

26 Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.

27. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις.

28 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

29 Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

30. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

Scitis cùm Lex lata est Majoribus vestris, Deum vetuisse ne homicidium committeretur, eámque Legem esse supplicio capitis sancitam; verùm scitote non ejusmodi tantùm graviora delicta, in altera vita, Deo pœnas datura, sed & alia leviora & quæ vix peccata vulgò habentur, apud Judæos. Quisquis iracundiæ indulgebit & sine ratione cum aliis iracundè se gerere solebit, pœnas dabit, quas cum capitis supplicio, ad quod damnabant Minora Synedria, conferre possitis, eáque erit levissima pœnâ delictorum in proximum admissorum. Quisquis verò aliorum deridendorum & ludibrio habendorum pravâ consuetudine laborabit, is eas feret pœnas, in hoc suppliciorum genere, æquè graves, ac eæ sunt quæ á Magno Synedrio atrocissimis sceleribus infligi solebant. Quisquis denique gravioribus convitiis solebit alios incessere, is id supplicium Deo dabit, quod adsimilari queat gravissimo, apud homines, supplicio, quale est eorum, qui vivi comburuntur

Quotiescumque ad altare victimam ducetis, sponte à vobis offerendam, & memineritis quempiam esse, qui habeat quod queratur de vobis; relictâ, vel ad ipsum altare, victimâ, abite ut eum vobis reconcilietis, aut certè quidquid in vobis erit eum in finem facite. Deinde ad victimam vestram redite, tum demum religionem vestram gratam Deo fore putantes, cùm hominibus amicos vos exhibebitis. Cùm quis vobis litem jure intendit, si sapitis, quàm primùm cum eo depascimini, antequàm iratus summo jure vobiscum utatur; ne vocatos in jus à judice damnari curet, & per lictorem in carcerem duci; è quo, cùm semel in eo estis, non licet exire, si ita creditori videatur, nisi integrâ persolutâ summâ, quàm de-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. V.

21. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio.

22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.

23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te,

24. relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

25. Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro: & in carcerem mittaris.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

27. Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis.

28. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.

29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.

30. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

---

bere judicati fueritis. Sic & Deum, vobis pœnas intendentem propter peccata, maturâ mutatione morum flectite, ne de pertinacibus supplicium sumat, absque ulla misericordia, postquàm tempus vitæ suæ frustra præterlabi siverint.

Nostis Deum in Decalogo, audientibus Majoribus vestris, vetuisse ne adulterium committerent, quam legem postea capitis pœnâ sancivit, at nullas pœnas à Lege libidini intra animum consistenti impositas; qua de causa, multi Deum eâ offendi non putant. Ego verò vobis prædico quisquis oculos pascit, conspectu uxoris alienæ, ita ut eam concupiscat, nec quidquam desit, præter opportunam occasionem, committendi adulterii, eum jam animo esse adulterum, ac proinde pœnas daturum Deo, qui animum novit.

At dixerit fortè aliquis se non posse non videre, aut non adspicere libenter mulierem formosam, nec cupiditate quadam, veluti per oculos necessariò subeunte, non tangi, nisi sibi effodiat oculos. Verùm si oculi necessariò causam peccati præberent, præstaret vel oculum dextrum sibi effodere; satius enim esset membrum quodpiam, in hacce vita, amittere, quàm totum corpus post resurrectionem pœnas Deo dare. Similiter si manus dextra necessariò ad peccatum vos adduceret; esset potiùs, eadem de causa, abscindenda. Quæ eò non spectant, quasi oculos effodi, aut amputari sibi manum à quoquam velim; sed volo peccandi occasiones à vobis vitari, quacumque tandem re, jucundissima licèt & utilissima, sit vobis propterea carendum.

Jussit

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. V.		Cap. VI.	
31. Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον.			
32. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.			
33. Πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.			
34. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ.			
35. Μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.			
36. Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι.			
37. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ ναί, Οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.			
38. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος.			
39. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην·		29. Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην·	
40. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον·		καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.	
41. Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.			
42. Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.		30. Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σά, μὴ ἀπαίτει.	

Jussit Moses Majores vestros, si quis uxorem suam repudiare vellet, dari ab eo uxori dimissæ scriptum, quo eam repudiatam à viro constet; quâ lege potestatem facit uxori repudiatæ, quacumque de causa, alii nubendi; at ego vos moneo eum, qui repudiat uxorem aliâ de causa, nisi quia adulterium commisit, ei eadem operâ potestatem facere mœchandi; nec minùs mœchum haberi oportere virum, qui ita repudiatam ducit.

Accepistis Majores vestros vetitos fuisse, invocato Deo quasi promissorum teste, pejerare, jussosque, Divini Numinis causâ, præstare ea quæ jurati promiserant; at non sunt vetiti jurare quacumque de causa, nec pœnæ impositæ sunt iis, qui per alia jurantes fallerent. Verùm ego vos omnino veto jurare eo modo, quo soletis quotidie, levibus de rationibus, non tantùm adhibito nomine Dei, sed & aliarum rerum, quemadmodum mos obtinuit; & moneo quovis perjurio Divinum Numen lædi, quod in quovis jurejurando respicitur, licèt interdum obscuriùs. Cavete ergo ne juretis per Cœlum, aut ea formula jurandi usi existimetis absque Divini Numinis violatione vos posse fidem fallere; per Cœlum enim ideò juratis, quòd sit veluti solium Dei, ideòque ad Deum respicitis. Nolite jurare per Terram, aut pejerare postquàm ita jurastis; nam ideò ita juratis, quòd eam habeatis veluti pro scabello pedum Dei, Deusque ipse eo jurejurando continetur. Ne juretis, nec pejeretis per Jerosolimam, quia, nomine ejus urbis prolato in jurejurando, cogitatis eam urbem esse veluti sedem Regis Regum, quem ita testem advocatis. Abstinete à jurejurando per caput vestrum, nec umquam pejerate ea formula usi; nam per caput vestrum juratis, quòd id à Deo, non à vobis pendere

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. CAP. V.

31. Dictum est autem Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii.

32. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari; & qui dimissam duxerit, adulterat.

33. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non perjurabis: reddes autem Domino juramenta tua.

34. Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est:

35. neque per terram; quia scabellum est pedum ejus: neque per Jerosolymam, quia civitas est magni Regis.

36. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37. Sit autem sermo vester, Est, est: Non, non: quod autem his abundantius est à malo est.

38. Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

39. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

40. Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

41. Et, quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo.

42. Qui petit à te, da ei: & volenti mutuari à te, ne avertaris.

LUCAS. CAP. VI.

29. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram.

Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

30. Omni autem petenti à te tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

---

sciatis, cùm pilum ejus album aut nigrum facere nequeatis, ac proinde de Deo tunc cogitatis. Ab omnibus formis jurandi, in sermone quotidiano abstineatis, ne umquam ullâ formulâ quemquam fallatis. Quod vultis credi id simplici affirmatione, aut negatione adhibitâ, proferatis; sempérque præstetis re ipsâ quod promiseritis. Omnes formulæ jurandi ortæ sunt ex prava fallendi consuetudine, à qua, ut à jurejurando temerario, cavere vobis debetis.

Scitis ita edoctos esse Majores vestros, ut illis per Legem Mosis licuerit hominem, à quo læsi fuerant, in jus vocare, ut pœnas pro gravitate injuriæ, damníve illati daret. At ego vobis auctor sum minimè pœnas exigere de injuriis, si per vestram incolumitatem liceat, damnúmve vobis illatum ferre possitis, sine nimio vestro incommodo. Ferendo quidem injuriam, sæpe novæ, fateor, occasio præbetur; at præstat novæ injuriæ periculum subire, adeóque os, ut ita dicam, contumeliis præbere, quàm nimis citò & levi de causa hominem in jus vocare. Si quis partem exiguam facultatum vestrarum vobis eripere velit, lite injustâ vobis intentâ, satius est & eam & aliquantò ampliùs amittere, ut pacem redimatis, quàm litigari. Si quis à vobis exigat molestum quodpiam officium, & hoc & aliud difficilius ei præstate, potiùs quàm vim vi opponatis. Omnibus qui à vobis quidpiam petunt date, si modò eo indigeant; vos verò carere possitis. Si quis pauper velit mutuam à vobis accipere pecuniam, quamvis suspicari possitis eam amissum iri, cum omni usura; ne tamen eam negate, si illum sublevet, absque nimio vestro incommodo.

MATTHÆUS.

Cap. V.

43. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου.

44. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς

45. Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς. καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους

46 Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς. τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι;

47. Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον. τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν;

48. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι.

MARCUS.

LUCAS.

Cap. VI.

27. Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

28. Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν· καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.

32. Καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι.

33. Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι

34. Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.

35 Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.

36 Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί.

JOANNES.

Nostis Majoribus vestris præceptum esse ut amicè inter se, quippe ortos ex eadem prosapia, aut eorumdem sacrorum participes, agitarent; ceterorum verò omnium populorum consortionem familiariorem fugerent, quasi inimicorum ac immundorum; quin etiam ut numquam quosdam, à quibus diris imprecationibus appetiti fuerant, ullâ lege in æquum fœdus admitterent, & ut alios nonnullos Idololatras æterno bello persequerentur. Verùm à me discite amandos etiam hostes vestros, atque amicè cum iis, non secus ac cum circumcisis, esse vivendum; maledictis faustas adprecationes reddendas; injuriis atque odio beneficia & amorem reponenda; vexationibus & contumeliis, Religionis causâ, opponendas esse preces, quibus à Deo petatis ut vexatores ad saniorem mentem adducat, & omnis generis bonis cumulet.

Si sic vos geratis, Patrem vestrum Cœlestem imitabimini, ita ut meritò ejus filii dici possitis; ille enim malis, non minùs ac bonis, benefacit, communi sole & communibus pluviis omnis generis hominibus æquè concessis. Si verò solos vestri amantes mutuo amore prosequamini, quam propterea mercedem aut gratiam à Deo exspectare possetis? Certè pessimi quique, ut publicani, aliique idgenus homines, amantes sui redamant. Si eos tantùm, qui sunt ex eadem prosapia, aut eorumdem sacrorum participes amicè ac blandè appelletis; quid

amplius

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. V.		CAP. VI.	
43. Audiftis quia dictum eft: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veftros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro perfequentibus, & calumniantibus vos;		27. Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos veftros, benefacite his qui oderunt vos: 28. benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.	
45. ut fitis filii Patris veftri, qui in cœlis eft: qui folem fuum oriri facit fuper bonos & malos; & pluit fuper juftos & injuftos. 46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt?		32. Et, fi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eft gratia, nam & peccatores diligentes fe diligunt?	
47. Et, fi falutaveritis fratres veftros tantùm, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?			
		33. Et, fi benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis eft gratia, fiquidem & peccatores hoc faciunt? 34. Et, fi mutuum dederitis his, à quibus fperatis recipere, quæ gratia eft vobis, nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia? 35. Verumtamen diligite inimicos veftros: benefacite, & mutuum date, nihil inde fperantes, & erit merces veftra multa, & eritis filii Altiffimi; quia ipfe benignus eft fuper ingratos & malos.	
48. Eftote ergo vos perfecti, ficut & Pater vefter cœleftis perfectus eft.		36. Eftote ergo mifericordes, ficut & Pater vefter mifericors eft.	

---

ampliùs facitis, quàm inquinatiffimi quique? Profectò ipfi publicani ita fe gerunt. Si beneficia conferatis in eos folos, à quibus accepiftis, qui poffetis exfpectare vobis propterea à Deo gratiam habitum iri? Peffimi certè hominum idem jactare de fe poffunt. Si mutuam pecuniam detis iis dumtaxat, à quibus aliàs ipfi viciffim mutuam, aut fœnus accipere poteftis, quodnam propterea præmium à Deo fperare poffetis? Malis mali pecuniam mutuam dant, ut ejus fœnus accipiant, aut etiam fimiles fummas, fi illis fortè indigeant. Amicè vos gerite erga inimicos atque hoftes veftros; beneficia conferte & mutuam pecuniam date iis, à quibus neque fœnus, neque fimile officium exfpectare poteftis. Tum verò merces multa erit vobis, apud Deum, filiique, hoc eft, imitatores ejus meritò dicemini; nam beneficus eft etiam erga ingratos atque impios. Si igitur velitis perfecti haberi, eftote mifericordes ac benefici in eos à quibus nihil exfpectatis, & qui etiam de vobis funt malè meriti: quemadmodum Pater vefter Cœleftis beneficentiam omnibus numeris abfolutam exercere cenfetur, quia non bonis tantùm, fed etiam malis beneficum fe fe præbet.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VI.

1. Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

2. Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

3. Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου·

4. Ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

5. Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί· ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

6. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

7. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται.

8. Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.

9. Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· ΠΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

10. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Caput XXII.

Alii sermones è monte habiti de eleemosynis, de precibus, de jejuniis, de vero thesauro, de vitanda anxietate circa futura, de benignis judiciis, de prudentia in nuntiando Evangelio, de necessitate precum, de mutuo faciendo, de simulatoribus virtutis, déque iis qui verè boni sunt.

Beneficos vos oportere esse dixi, at cavete ne benefici sitis, dumtaxat ut spectemini ab hominibus, si quod præmium à Deo exspectatis. Si enim gloriam ac laudem hominum hîc quæratis, nullam mercedem à Patre Cœlesti accipietis. Tunc enim benefici estis, non quòd afficiamini miseriâ egenorum, aut Deo præcipienti libenter pareatis, sed ad famam captandam, quam contrariis planè artibus, si ita mos esset, adsequi conaremini. Igitur cùm pauperibus benefacere vultis, ne palam faciatis in Synagogis, aut in viis, quemadmodum faciunt simulatores virtutis, qui propemodum buccinâ significant se benefacturos; non quòd sint benefici, aut Deo libenter pareant, sed ut laudem ab hominibus consequantur; quam proinde solam mercedem liberalitatis suæ referent. Cùm liberales esse voletis erga pauperes, clam hoc faciatis; ita ut, quemadmodum proverbio fertur, sinistra vestra nesciat quid agat dextra, hoc est, ut res aliis omnibus ignota sit. Tum verò Deus, qui videt quid clam agatis,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. VI. 1. ATtendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. 2. Cùm ergo facis eleemosynam, noli tubâ canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua; 4. ut sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo. 5. Et cum oratis, non eritis, sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 6. Tu autem, cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo. 7. Orantes autem, nolite multùm loqui, sicut Ethnici; putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. 8. Nolite ergo assimilari eis; scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequàm petatis eum. 9. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. 10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.			

tis, & animi verè benefici amans est, aliquando, spectantibus Angelis & hominibus, præmio vos donabit.

Cùm Deum orabitis, ne imitemini religionis simulatores, qui in Synagogis & in compitis stantes solent orare, non quòd ullo vero orandi studio teneantur, sed tantùm ut homines judicent religiosos eos esse viros. Quando enim ita laudantur, accipiunt quidquid accepturi sunt propterea præmii. Vos verò, quando Deum ex animo orare voletis, in abditissima vestra penetralia vos conferte, & clausâ januâ Deum orate, qui arcanam religionem publico præmio aliquando afficiet.

Cùm precamini, ne sæpiùs eadem repetite, quasi meris repetitionibus quidquam impetraturi essetis; quod faciunt Ethnici, & Judæi nonnulli eos imitati, qui putant multitudine verborum, non affectione animi, impetrabiliores se apud Deum fore. Cavete ne eos imitemini, novit enim Deus ea quibus indigetis, antequàm ea petatis, paratúsque est piis dumtaxat ac religiosis animis ea largiri.

Hac autem formula, aut simili ad hanc exacta utamini Deum orantes: O Pater noster Cœlestis, omnes homines te sanctum esse ac reverendum agnoscant, regnaréque, atque imperare universæ rerum naturæ intelligant, ac tibi dicto audientes esse velint. Tibi pareant homines in terris, quemadmodum Angeli parent in cœlis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VI.

11. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

12. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

13. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

14. Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος·

15. Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

16. Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες· ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

17. Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι·

18. Ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

19. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι·

20. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν.

21. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν.

22. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται·

23. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον;

Da nobis quotidie, per reliquam vitam, ea quibus possimus sustentari. Ignosce delictis nostris erga te: quemadmodum ignoscimus peccatis aliorum hominum adversùs nos. Ne patere nos ab iis, qui virtutem nostram tentant, superari, sed in omnibus malis incolumem nostram virtutem servato. Es enim totius rerum naturæ Rex, quam potentiâ tuâ regis quemadmodum vis, & ita ut propterea intelligentes omnes creaturæ æternam laudem tibi debeant. Votorum hæc nostrorum summa est, quam à te nobis concedi optamus.

Dixi vos debere à Deo petere peccatorum vestrorum in ipsum veniam vobis concedi, quemadmodum hominum delictis adversùs vos ignoscitis; ut intelligatis vos à Deo tum demum veniam consequuturos, cùm eam aliis concesseritis; sin minùs, numquam placatum vobis iri Deum.

Cùm jejunia, religionis causâ, privatim agitatis, cavete ne, ut simulatores religionis solent, tristiores esse videamini. Squalidâ enim facie in publicum procedunt, ut omnes intelligant eos jejunare. At certe jejunii illius sui præmium nullum consequentur, nisi ab hominibus, quorum laudem quærunt. Vos verò cùm jejunatis, date operam, ne id à quoquam animadvertatur, & prodite quemadmodum soletis, capite uncto & vultu abluto, si ita vobis mos

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. VI. 11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. 12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. 13. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo. Amen. 14. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. 15. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittit vobis peccata vestra. 16. Cùm autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 17. Tu autem cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, 18. ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo. 19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. 20. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur; & ubi fures non effodiunt, nec furantur. 21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?			

mos est. Homines quidem nescient vos jejunare, at ignotum non erit Patri vestro, quem in penetralibus orandum dixi; & qui, quod clam facietis animadvertens, palam aliquando religionem vestram remunerabitur.

Ne divitias vobis quærite in terris, quas tineæ vel ærugo absumunt, quásve fures perfossis ædibus auferunt. Divitias vobis quærite in cœlo, ubi nihil simile timendum. Tum demum nihil erit cur divitiarum causâ anxii sitis; nam cùm ibi sit animus, ubi sunt divitiæ, si sint divitiæ vestræ in loco in quo eas tutò non esse intelligetis, animum vestrum ob terrestres divitias anxium esse necesse est.

Oculi sunt veluti faces, quæ illucent toti humano corpori; qui si nullâ sint livoris aut illiberalitatis nebulâ obsiti, totum corpus veluti splendebit. At si oculi sint invidi atque illiberales, tum verò totum corpus erit tenebricosum. Si autem quod per se ceteris membris illucet sit mera caligo, quantæ erunt reliquorum membrorum, quæ luce aliena indigent, tenebræ? Si cùm liberales esse vultis, seu liberalitatem, splendidissimum lumen omnium virtutum, ostentare, liquidum est vos esse avaros ac sordidos, nec vos quisquam ejus virtutis amans ferre possit; quàm intoleranda erunt vitia ipsa vestra?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VI.

24. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.

25. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;

26. Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν;

27. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

18. Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει·

29 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐδὲ Σαλομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο, ὡς ἓν τούτων·

30. Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι;

31. Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες· Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα;

32. Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων.

33 Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν * βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

34 Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

Nullus servus poteſt ſimul duobus heris ſervire æquè alacriter; alterum enim neceſſariò præfert alteri, ejúſque juſſa exſequitur, neglectis alterius, quem tanti non facit, imperiis. Ita nec vos ſimul ſervire Deo poteſtis & cupiditati coacervandarum divitiarum. Igitur ut ſoli Deo ex animo ſerviatis, abjicienda eſt vobis anxia divitiarum terreſtrium cura, quâ fit ut divina præcepta violetis. Non eſt enim timendum ne, dum iis præceptis paretis, vobis deſit victus, aut veſtitus neceſſarius; nam Deus, qui vobis & vitam & corpus dedit, idem largietur ea quibus vitam ſuſtentare poſſitis, & corpus tegere contra cœli inclementiam; cùm hiſce multò potiora ſint vita & corpus, nec qui majora largitus eſt minora negaturus ſit. Conſiderate aves, quæ nullas in futurum copias ſibi comparant, nec eo ſeciùs à Providentia Divina accipiunt unde alantur. At vos multò pluris facit Deus, quàm aves; ideóque non eſt cur timeatis, dum officiis à Deo vobis impoſitis fungimini, ne vobis neceſſaria deſint. Si Deus velit vos interire certo tempore, nemo veſtrûm, maximâ anxietate, vitam producere vel minimo temporis ſpatio queat. Ideóque uſque adeò anxii, vitæ conſervandæ causâ, eſſe non debetis, ut ullum Dei præceptum propterea negligatis; cùm & eam conſervare poſſit, abſque veſtra cura, & de ejus conſervatione nimis anxiis eripere quotieſcumque libet. Nulla etiam ratio eſt, cur timeatis vobis, ne Deo per omnia parentibus deſint veſtes. Videte mihi lilia alióſque flores, qui abſque hominum cura creſcunt in pratis ac florent. Illi minimè laborant ut ſibi or-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VI.

24. Nemo poteſt dnnbus Dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

25. Ideò dicn vobis, ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quàm eſus: & corpus pluſquàm veſtimentum?

26. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?

27. Quis autem veſtrum cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent:

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon, in omni gloria ſua, coopertus eſt ſicut unum ex iſtis.

30. Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei?

31. Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32. Hæc enim omnis gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis.

33. Quærite ergo primum regnum Dei, & juſtitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis.

34. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.

---

natum comparent. Attamen ne Salomon quidem, rex olim toto Oriente ſplendidiſſimus, eorum pulcritudinem magnificentiâ veſtium ſuarum æquavit. Si autem Providentiâ Divinâ ſit ut plantæ, quæ breviſſimo tempore vigent, & paullò pòſt comburuntur, uſque adeò ornentur; quantò magis homines, quos Deus creavit ut eos æternùm bearet, ſi præceptis ſuis parerent, iis parentes ab ejus benefica Providentia obtinebunt, ut ne delabantur in eam miſeriam, ut neceſſariis veſtibus deſtituantur? Parum religioſè de Deo ſentiunt, qui de hac ejus beneficentia dubitant. Ne ergo ita ſitis anxii de victu & veſtitu, ut propterea ullis religionis ac probitatis officiis deſitis; ſi velitis religione ac virtute alias gentes ſuperare, quæ nihil niſi terreſtria quærunt. Omnibus numeris officiorum veſtrorum implendis dumtaxat incumbite, ceterorum curâ Deo demandatâ; qui probè novit vos iis omnibus indigere, eáque proinde ipſe curabit. Date dumtaxat operam ut intelligatis quæ ſint Regni Cœleſtis leges, eáſque obſervetis; Deus verò reliqua omnia vobis, quaſi auctarium, largietur.

Cavete ne umquam ita anxii ſitis de ratione, quâ in poſterum neceſſariis ſumtibus ſufficietis, ut ullum veræ virtutis munus negligatis; ſatis erit occaſione data, ſuo tempore, vos uti. Singuli enim dies ſuam habent moleſtiam, quâ ſatis ſit defungi cùm adeſt; nec, priuſquàm advenerit, anticipetur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. VII.

1. Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.

2. Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

3. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς;

4. Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σοῦ;

5. Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

6. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.

7. Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

8. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

LUCAS. Cap. VI.

37. Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε· ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε.

38. Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· μέτρον καλόν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν· τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

39. Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς· Μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;

40. Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

41. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;

42. Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου· Ἀδελφέ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

Ne damnate quemquam temerè, ne temerarii judicii pœnas luatis. Absolvite omnes, quos licet absolvere, ut & ipsi à Deo absolvamini. Eadem enim severitate, quâ de aliis judicaveritis, instituetur judicium de vobis: & quemadmodum alios habueritis, ita & ipsi à Deo habebimini.

Liberales sitis, ut Deus se vobis liberalem præbeat, nec ea tantùm vobis reddat quæ dederitis, sed, pro sua summa liberalitate, plura multò & potiora largiatur. Quales enim vos aliis præbueritis, talem se se vobis præstabit.

Cavete ne sequamini hominum errori obnoxiorum præcepta, sed videte quid jusserit olim per Prophetas, & quid nunc per me præcipiat Deus. Alioquin idem vobis homines sequentibus continget, quod contingeret cæco alium cæcum ducem sequenti. Ut unà cum illo in foveam incideret, quam neuter videret: ita & vos & illi in errorem incauti, atque ignari præceptorum divinorum delaberemini. Neque enim discipulus, qui ab ore magistri pendet, nec quidquam scire vult, nisi quod magister docet, eum sapientiâ superare potest; cùm se tum demum ad summam eruditionem pervenisse censeat, cùm magistrum æquavit.

Antequàm aliorum mores expendere aggrediamini, in vosmet ipsi descendite & videte num similia aut graviora etiam vitia vel delicta in vobis deprehendatis; absurdum enim esset studiose

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Matthæus, Cap. VII.

1. Nolite judicare, ut non judicemini.

2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides?

4. Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo?

5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

6. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.

7. Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

8. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur.

Lucas, Cap. VI.

37. Nolite judicare, & non judicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini.

38. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem, dabunt in sinum vestrum; eadem quippe mensurâ, qua mensi fueritis, remetie ur vobis.

39. Dicebat autem illis & similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum ducere? None ambo in foveam cadunt?

40. Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.

41. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo; & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

---

diosè observari in alio leviorem culpam, ab eo qui multò graviore laboraret, quam minimè animadverteret. Qui sustineret alium non magno vitio laborantem ad id emendandum hortari, qui ipse maximo esset attaminatus, de quo corrigendo minimè cogitaret? O simulatores virtutis, qui ita vos geritis, priùs de gravioribus vitiis vestris, quàm de corrigendis aliorum minoribus delictis, cogitate.

Quemadmodum nemo cibos sacros devorandos objecerit canibus, neque porcis margaritas, quibus se ornent; ne canes cibos polluant, néve porci, conculcatis margaritis, lacerent eas objicientem: ita nec coram hominibus paratis rejicere, aut irridere quod dicetis, ad serium examen minimè revocatum, naturam & leges Regni Cœlestis aperite.

Si quid vobis, in religiosæ vitæ curriculo, utile deesse animadvertatis, id à Deo petite & impetrabitis. Diligenter quærite quod nescitis, invocato divino auxilio, & invenietis. Pulsate, ut ita dicam, januam, quâ objectâ vobis occultantur quæ scire vestrâ interest, eáque vobis aperietur, & intelligetis antea ignota. Nam illi demum à Deo quæ sibi desunt impetrant, qui illa, eo, quo par est, animo petunt. Inveniunt illi quæ se antea fugerant, qui religioso veri cognoscendi studio ea investigant. Patefiunt iis occulta, qui dant operam ut amoliantur illa, quibus fit ut ea quæ cupiunt scire iis lateant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. VII.

9. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

10. Καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

11. Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

12. Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς·

οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. ☜

13. Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς.

14. Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

15. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

16. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς·

☞

μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

17. Οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ.

18. Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. ☜

19. Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

☞

MARCUS.

☜

☜

LUCAS. Cap. VI.

31. Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

☜

☞ 44. Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται·

οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν.

43. Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν.

☜

☞ 45. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγα-

JOANNES.

Nemo mortalium est tam nequam, ut necessarium quidpiam petenti filio noxium aliud det; ut si panem poscenti aut piscem, ei lapidem vel serpentem porrigeret. Si autem vos, qui tot vitiis estis contaminati, soletis liberis vestris indigentibus utilia largiri; quantò magis beneficentissimus Deus hominibus, quorum est Pater communis, quando ab ipso utilia orant, ab iis exorari se patietur.

Quod vobis jure censetis ab aliis deberi, idem judicate vos aliis debere; ac proinde ita erga eos vos gerite, quemadmodum eos erga vos se gerere velletis, si essetis eorum loco, illi verò vestro. Hoc præcepto quidquid est in Lege & in Prophetis, de officiis mutuis hominum, continetur.

Si salus vestra vobis est cordi, ne dubitetis per arctam januam ingredi viam asperam; lata enim janua & patens via, ducit ad perniciem, quamvis multi eam viam calcent; contrà verò arcta janua, & via confragosa ducunt ad vitam, licet pauci eas ineant. Deliciæ quidem plerisque placent, quamvis cum pernicie conjunctæ; asperius verò vitæ institutum, licèt salubre, paucos allicit; at spectandum est non quàm multi, sed quàm boni hoc vitæ iter sequantur; & quàm securum sit, ad consequendam beatitudinem, non quàm jucundum.

Diligenter vobis cavete à fallacibus Prophetis & Doctoribus. Sunt ex iis nonnulli, qui externâ

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS

Cap. VII.

9. At, quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?

10. Aut, si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?

11. Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

12. Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.

Hæc est enim lex, & Prophetæ.

13. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

14. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniunt eam!

15. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

16. A fructibus eorum cognoscetis eos.

Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

18. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

LUCAS

Cap. VI.

31. Et, prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

44. unaquæque enim arbor de fructu cognoscitur.

Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uvam.

43. Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum;

45. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de

---

ternâ specie oves, hoc est, simplices & innocui videntur, sed animo rapace lupos referunt. Quamvis dissimulent, nec initio quidquam dicant quod non sit divinis Legibus consentaneum; attamen brevi animadvertetis mores eorum dissentire à sermonibus, quibus conantur sibi virtutis famam parare. Nam ut arbor quævis magis ex fructibus, quàm ex specie externa, dignoscitur, cùm nec ex infrugiferis colligi queant frugiferarum fructus; neque ex arboribus excultis & vegetis, sylvestrium, & putridarum, aut vice versâ: ita nec vir malus diu vitam virtuti consentaneam aget, nec vir bonus haberi poterit qui pravis erit moribus. Quemadmodum arbor, quæ malos fructus profert, domino fastidio est, & secatur, ut comburatur, quandoquidem meliorem usum non præstat: ita & homines, quorum pravi erunt mores, Deo tandem è medio sublati pœnas, quas commeriti fuerint, luent, quicumque fuerint eorum sermones. Quin etiam si diligenter observetis eorum dicta, eáque ad divinæ revelationis normam exigatis, facilè intelligetis qui boni sint ex animo, qui verò virtutem fingant. Ii enim, quibus animus est virtuti addictus, constanter ea dicunt quæ sunt consentanea illi suæ animi affectioni, nec nisi laudabiles sermones proferunt, ex illo honestarum cogita-

 tionum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Matthæus. Cap. VII.

20. Ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

21. Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι· Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

22. Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;

23. Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

24. Πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτούς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν.

25. Καὶ κατέβη ἡ βροχή, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

26. Καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτούς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον.

27. Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοί, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη.

28. Καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

29. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς.

Lucas. Cap. VI.

θόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ πονηρόν· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ.

46. Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω;

47. Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκούων μου τῶν λόγων, καὶ ποιῶν αὐτούς, ὑποδείξω ὑμῖν τίνι ἐστὶν ὅμοιος.

48. Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν· πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

49. Ὁ δὲ ἀκούσας καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου, ᾗ προσέρρηξεν ὁ ποταμός, καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

---

tionum thesauro. Contrà verò ii, quibus malus est animus, quamquam sæpe dissimulant nequitiam suam, subinde tamen ex illo vitiorum promtuario emittunt orationem eum eo consentientem. Nam fieri vix potest ut ea, quibus animus est, ut ita dicam, plenus, non tandem erumpant, ostendántque quid sit de fonte ex quo profluunt judicandum. Itaque homines cognoscetis cùm ex factis, tum etiam ex dictis; hæc enim ambo sunt habenda instar fructuum, ex quibus intelligere licebit quodnam sit genus arboris.

Omnes qui profitebuntur se esse sectatores meos, & me Dominum suum dictitabunt atque invocabunt, non propterea fient præmiorum Regni Cœlestis participes; sed illi demum, qui cum doctrinæ meæ professione conjunxerint vitam ad divinas Patris mei leges exactam. Multi mihi dicent, eo die quo præmia illa probis ac piis dividam, se in Ecclesia mea Prophetas fuisse, se in ea Cacodæmonas ex humanis corporibus ejecisse, & multa miracula edidisse. Quia verò eum iis donis, à me ipsis concessis, non conjunxerint sanctitatem morum, apertè profitebor eos à me pro meis discipulis non haberi, nec mecum in beatis Regni Cœlestis sedibus futuros, qui vitiorum consuetudinem in Ecclesia mea minimè exuerint. Frustra me vocabunt Dominum suum quicumque præceptis meis non paruerint; nam ii soli me verè pro Domino suo habent, qui mihi parent.

Qui-

MATTHÆUS.

Cap. VII.

20. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

21. Non omuis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qoi facit voluntatem patris mei, qoi in cœlis eſt. ipſe intrabit in regnum cœlorum.

22. Multi dicent mihi, in illo die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo Dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

23. Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: diſcedite à me. qui operamini iniquitatem.

24. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, adſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram.

25. Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram.

26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam:

27. Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

28. Et factum eſt: cùm conſummaſſet Jeſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina ejus.

29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

MARCUS.

Cap. VI.

LUCAS.

malo theſauro profert malum; ex abundantia enim cordis os loquitur.

46. Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?

47. Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendam vobis cui ſimilis ſit:

48. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petram: inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam movere; fundata enim erat ſuper petram.

49. Qui autem audit, & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper terram, ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluvius, & continuò cecidit, & facta eſt ruina domûs illius magna.

JOANNES.

Quicumque ad doctrinam meam probè intellectam mores ſuos exegerit, is ſimilis erit viro prudenti, qui firmam domum non procul à fluvio ædificaturus alta jacit fundamenta, & quæ rupi innituntur. Quam domum neque ventus, neque fluvius copioſis imbribus exundans, atque in eam incidens evertere queat. Quicumque enim ad normam doctrinæ meæ conſtanter vivit, nullis minis aut illecebris ab ea poterit abduci; cùm neque pollicitis ſit capiendus, neque terriculamentis ullis commovendus. Contrà verò quiſquis noverit mea præcepta, ſed nequaquam mores ſuos ex iis formarit; ſimilis erit imprudenti viro, qui ſat firmam domum ſe ædificare in ripa fluvii putaret, cujus fundamenta in mobili arena poneret; & quæ poſtea aut vehementiore vento, aut exundante fluvio, facilè everterentur. Nam qui minimè à ſe impetrare poteſt ut vitiis, doctrinâ meâ damnatis, valedicat, is, ingruente vexatione, Religionis causâ, non difficulter nuntium remittet ei doctrinæ, ut vitiis ſuis indulgere pergat.

Cùm hoſce ſermones abſolviſſet Jeſus, mirabatur multitudo audientium cùm doctrinam ipſam, tum etiam auctoritatem quâ eam proponebat; neque enim, ut Legis periti ſolent, interpretem agebat Moſis aut doctrinæ à Majoribus acceptæ; ſed Legiſlatorem, qui à Deo ipſo poteſtatem, non ſecus ac Moſes ipſe, accepiſſet.

MATTHÆUS.

Cap. VIII.

1. Καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί.

5. Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν,

6. Καὶ λέγων· Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος.

7. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν.

8. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη· Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς.

ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

9. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ· Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ· Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου· Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

10. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

11. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

MARCUS.

LUCAS.

Cap. VII.

1. Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσῆλθεν εἰς Καπερναούμ.
2. Ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔχων, ἤμελλε τελευτᾷν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος.
3. Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν, ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ.
4. Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες, ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο.
5. Ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν.
6. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους,

λέγων αὐτῷ· Κύριε, μὴ σκύλλου· οὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς.

7. Διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρὸς σὲ ἐλθεῖν·

ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

8. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ· Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ· Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου· Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.
9. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτὸν, καὶ στραφεὶς, τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε· Λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

JOANNES.

Caput XXIII.

Jesus Capernaümensis Centurionis servum curat, & Naïmensis viduæ filium mortuum excitat.

Tum è monte, in quo sermones illos habuerat, digressus, Capernaümum denuò se contulit. Cùm verò urbem ingrederetur, contigit Centurionis cujusdam Romani servum ex Paralysi decumbentem, hero suo acceptum & carum, graviùs ægrotare, adeò ut mors ei instare existimaretur. Itaque Jesum reducem esse audiens Centurio, ad eum ablegavit honestissimos quosque Judæorum, qui in oppido degebant, eum oraturos, ut se conferret ad servum ægrum, eique vitam ac valetudinem restitueret. Hi Jesum è vestigio convenerunt, & vehementer obsecrati sunt, ut hoc homini gratificaretur; dignum enim esse aiebant cui Jesus, omnésque adeò Judæi gratiam referrent; quippe qui erat amans gentis Judææ & suis sumtibus Capernaümi Synagogam Judæis condiderat. His rationibus permotus Jesus, unà cum illis, domum Centurionis profectus est; nec multùm ab illa aberat, cùm ecce alii hominis amici Jesu occurrunt, ut ejus nomine dicerent minimè necessarium esse ut Jesus laborem susciperet veniendi

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Matthæus, Cap. VIII.

1. Cum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

5. Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum:

6. Et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

7. Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum.

8. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum:

sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.

9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: vade, & vadit, & alii: veni, & venit; & servo meo: fac hoc, & facit.

10. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.

11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob, in Regno cœlorum:

Lucas, Cap. VII.

1. Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum.

2. Centurionis autem cujusdam servus malè habens, erat moriturus; qui illi erat pretiosus.

3. Et, cùm audisset de Jesu, misit ad eum Seniores Judæorum, rogans eum ut veniret, & salvaret servum ejus.

4. At illi, cùm venissent ad Jesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: Quia dignus est ut hoc illi præstes;

5. diligit enim gentem nostram: & Synagogam ipse ædificavit nobis.

6. Jesus autem ibat cum illis. Et, cùm jam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens:

Domine, noli vexari, non enim sum dignus ut sub tectum meum intres.

7. Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te:

sed dic verbo, & sanabitur puer meus:

8. nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit; & alii veni, & venit; & servo meo, fac hoc, & facit.

9. Quo audito, Jesus miratus est: &, conversus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inveni.

veniendi ad suas ædes; neque enim esse dignum, cujus tectum tantus Propheta subiret. Qua de causa, etiam ipsum minimè ausum esse Jesum convenire, sed usum esse operâ Judæorum. Satis se scire Jesum, si vellet, vel uno verbulo, quocumque in loco esset, sanare posse servum suum, procul licèt jacentem. Quemadmodum enim ipse, quamvis Tribunis aliisque Ducibus parêret, habebat milites centuriæ suæ sibi dicto audientes, quos mittebat quocumque videbatur, vel ad se vocabat, cùm liberet; & servos qui sibi jubenti quævis ministeria obirent: ita Jesum universæ rerum naturæ imperantem, posse Angelos mittere morbum servi sui curaturos, & facturos quidquid juberet. Hæc verba, jussu & nomine Centurionis prolata, cùm audisset Jesus, miratus est eximiam opinionem, quam de divina potentia sibi collatâ conceperat; &, coram sequente multitudine, negavit hactenus Judæum ullum sibi occurrisse, qui de divina potentia tam magnificè sentiret. Tum adjecit, quemadmodum Centurio Romanus sibi crediderat, & beneficiorum Regni Cœlestis particeps esse cœperat, ita ut Judæus nullus ei posset conferri: sic fore ut multi Ethnici, ex quovis terrarum tractu, sibi pariter crederent, atque in Regno Cœlesti exæquarentur felicitate cum conditoribus Judææ Gentis Abramo, Isaaco & Jacobo; dum multi Judæi, quibus primis id Regnum, singulari Dei benigni-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS

Cap. VIII.

12. Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

13. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῳ· Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι. Καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

Cap. XI.

2. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

2. Εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

LUCAS

Cap. VII.

10. Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα.

11. Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν· καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοί, καὶ ὄχλος πολύς.

12. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδού, ἐξεκομίζετο τεθνηκώς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὕτη χήρα· καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ.

13. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Μὴ κλαῖε.

14. Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ, (οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν) καὶ εἶπε· Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

15. Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρός, καὶ ἤρξατο λαλεῖν· καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.

16. Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν, λέγοντες· Ὅτι προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.

17. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ.

18. Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης

19. Ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

20. Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον· Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

---

tate, nuntiatum foret, ut si vellent cives ejus fierent, ejus felicitate protsus excident. His dictis, Jesus jussit amicos Centurionis domum ad eum redire; nam se rationem habere fidei Centurionis, & velle servum sanari. Illi ergo domum redierunt & compererunt servum curatum fuisse eodem tempore, quo eum curatum iri dixerat Jesus.

Postero die, profectus est Naïmos, quæ est alia urbs Galilææ, unàque cum eo & Discipuli sat multi & ingens aliorum hominum multitudo. Cùm autem oppidum ingressurus esset, ecce verò ex porta efferebatur cadaver sepeliendum. Fuerat autem filius unicus mulieris viduæ, cujus funus prosequebatur magna pars oppidanorum. Videns tunc Jesus mulierem mœrore confectam, ejus misertus est, eámque vetuit flere. Tum accedens ad loculum eum attigit, consistentibus iis qui eum efferebant, jussitque, clarâ voce, adolescentem expergisci. E vestigio is qui mortuus fuerat, & jacuerat in loculo, erecto corpore sedit, & cœpit loqui. Ita adolescens è morte excitatus à Jesu matri suæ restitutus est. Quo conspecto, religioso metu omnes sunt perculsi, Deúmque laudarunt, quòd tantum Prophetam ad se misisset, & populi, quem olim elegerat, curam etiamnum se gerere tanto portento, aliisque multis, ostendisset. Hujus autem miraculi, quo implebatur quod Jesus promiserat brevi vocem suam à mortuis auditum iri, fama sparsa est per universam Judæam & per vicinos omnes tractus.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. VIII. 12. filii autem Regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 13. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Cap. XI. 2. Joannes autem, cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis: 3. Ait illi, Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?		Cap. VII. 10. Et reversi, qui missi fuerant, domum invenerunt servum, qui languerat, sanum. 11. Et factum est deinceps, ibat in civitatem, quæ vocatur Naïm, & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. 12. Cùm autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ, & hæc vidua erat; & turba civitatis multa cum illa. 13. Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. 14. Et accessit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. 15. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. 16. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam. 17. Et exiit hic sermo in universam Judæam de eo, & in omnem circa regionem. 18. Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his, 19. & convocavit duos de discipulis suis Joannes, & misit ad Jesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? 20. Cùm autem venissent ad eum viri, dixerunt: Joannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?	

Caput XXIV.

Mittit Joannes è carcere duos discipulos ad Jesum, qui quærerent quis esset; quibus Jesus non verbis; sed rebus ipsis se Messiam esse ostendit; tum incredulos Judæos castigat, & omnes ad suscipiendam disciplinam suam invitat.

Joanni Baptistæ, qui, ut diximus, Machærunte carcere detinebatur, nuntiarunt discipuli quæ docebantur & quæ miracula edebantur à Jesu; quem cùm ille divinitus Messiam esse accepisset, mirabatur ab eo majorem mutationem in Republica Populi Judæi non fieri, cùm jam ante annum munus suum ingressus esset. Itaque vocatos ad se duos discipulos misit ad Jesum, eum nomine suo conventuros & quæsituros annon esset venturus ille, (Regem non dicebat, ne fortè nimis apertè loquendo Romanos, aut etiam Judæos incredulos in eum concitaret) an verò alius esset exspectandus? Illi statim Magistro parentes, ad Jesum venerunt, atque ei mandata sua exposuerunt.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

MATTHÆUS

Cap. XI.

4 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε·

5. Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται·

6 Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

7. Τούτων δὲ πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου· Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

8. Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.

9. Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

10. Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

11. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων

Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

12. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.

LUCAS

Cap. VII.

21. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν.

22. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε·

ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται·

23. Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

24. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου· Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

25. Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν.

26. Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

27. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

28 Λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν

προφήτης

Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

Contigit autem Jesum, eo ipso tempore quo eum convenerunt Joannis discipuli, nuntiare Evangelium, valetudinem restituere variis ægris, expellere Cacodæmonas corporibus hominum, & visum reddere multis cæcis.

Respondit itaque discipulis Joannis, in hanc sententiam: Redite ad Magistrum, eique dicite vos nullum à me accepisse peculiare responsum, sed jussos tantùm ei renuntiare quæ vidistis agentem & aliis de rebus dicentem audivistis. Cæci autem, ut videtis, per me recuperant usum oculorum, claudi pedum, leprosi purgantur, surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperibus Regni Cœlestis leges ac præmia nuntiantur. Adjecit & beatos fore omnes, qui minimè à se alienarentur; quæcumque esset ejus externa species. Quibus verbis innuebat malè facturum Joannem, si minùs bene de ipso sentire inciperet, quòd ea non præstaret, quæ vulgò Judæi à Messia exspectabant. Clarius nihil reposuit, quia satius erat ex iis quæ faciebat à Joanne colligi eum reverà esse Messiam, quàm ex aperta ejus professione; quæ nec ullam vim addidisset argumento ex ejus doctrina ac miraculis ducto, & potuisset excitare concursum Judæorum res novas cupientium; quippe qui jugum Romanorum iniquo animo ferebant, & sperabant Messiam fore terrestrem Regem, qui eos ab eorum tyrannide liberaturus esset.

Cùm verò abiissent Joannis Discipuli, cœpit Jesus de eo ad multitudinem verba facere, &, quamobrem, inquit, tantâ cupiditate ivistis in deserta loca, in quibus versabatur Joannes, priusquàm in carcerem conjiceretur? An calamos vento agitatos illic visebatis, an verò Joan-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XI.		Cap. VII.	
		21. In ipsa autem hora multos curavit à languoribus & plagis, & Spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum:	
4. Et respondens Jesus ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audistis, & vidistis:		22. & respondens, dixit illis: Euntes renunciate Joanni quæ audistis, & vidistis:	
5. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:		quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:	
6. & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.		23. & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.	
7. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?		24. Et, cùm discessissent nuntii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam?	
8. Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.		25. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus Regum sunt.	
9. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam.		26. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Prophetam.	
10. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.		27. Hic est, de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.	
11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major ☞ Joanne Baptista, qui autem minor est in Regno cœlorum, major est illo.		28. Dico enim vobis: Major inter natos mulierum ☞ Propheta Joanne Baptista nemo est: qui autem minor est in Regno Dei, major est illo.	
12. A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.			

Joannem? Hunc sine dubio. Verùm in Joanne quid dignum conspectu quærebatis? An quòd, ut magni Regis amicus, splendidis vestibus indutus esset? Atqui pauper erat ejus cultus, & in regiis Herodis ac Philippi poteratis videre sat multos homines ejusmodi indumentis conspicuos. Quibus verbis obscuriùs significabat Jesus regnum Messiæ non fore simile orbis terrarum regnis; quandoquidem ejus prænuntius Joannes nulla in re referebat splendorem purpuratorum Tetrarchæ Galilææ, aut Trachonitidis. Tum pergebat hac aut simili sententiâ: Quid ergo voluistis videre in solitudinibus, in quibus vitam agebat Joannes? Nimirum, Prophetam, ut putabatis; aut, ut ego existimo, virum majorem Propheta. Is enim est, de quo dixit Deus apud Malachiam: *Ecce mitto Angelum meum, & parabit viam ante me.* (C. III. 1.) Scitote autem majorem quidem Prophetam, apud homines, non fuisse Joanne Baptista, cùm clariùs quàm ceteri omnes Messiam noverit, legésque ejus Regni instantis promulgare cœperit, antea fermè ignotas; at minimum eorum, qui in Ecclesiam meam ingredientur posthac, ea in re superiorem illo futurum. A tempore quo Joannes Baptista vos ad sanctiorem vitam vocare cœpit, Regnum Cœleste Messiæ est veluti præreptum aliis, ab iis quos vulgò Judæi pro raptoribus habent ac violentis hominibus; publicanis, nimirum, aliáque ejusdem generis turba, quæ baptismum & Joannis & meum cupidè suscepit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. XI.

13. Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.

14. Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.

15. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

16. Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν.

17. Καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

18. Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων· καὶ λέγουσι· Δαιμόνιον ἔχει.

19. Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.

καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

20. Τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν.

21. Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδάν· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.

22. Πλὴν λέγω ὑμῖν· Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν.

LUCAS. Cap. VII.

29. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι, ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

30. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

31. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Τίνι οὖν ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;

32. Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.

33. Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων· καὶ λέγετε· Δαιμόνιον ἔχει.

34. Ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγετε· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.

35. Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων.

Lex enim & Prophetæ usque ad tempora Joannis viguerunt, nec quidquam melius notum erat, quàm eorum præcepta ac vaticinia; sed ex quo Joannes cœpit ministerio suo fungi, Regni cœlestis meliores Leges & majora præmia non satis nota vulgò innotescere cœperunt. Ille autem est; si mihi credere velitis, Elias ille qui ex prophetia Malachiæ (C. IV, 5.) venturus erat, *ante magnum ac terrificum diem Domini*. Quisquis salutis suæ studiosus quæcumque ad eam faciunt sibi expendenda esse putat, hæc mea dicta in animum demittat, atque ex iis colligat quæ nunc clariùs à me dici necesse non est. Maxima multitudo ex plebe, atque ipsi publicani Deum justum esse agnoverunt, seque justitiam ejus vitiis suis provocasse fassi sunt, cùm baptismum pœnitentiæ à Joanne susceperunt. At Pharisæi & Legis periti fermè omnes, qui doctiores ac sanctiores aliis videri volunt, consilium Dei, eos ad saniorem mentem vocantis, ut participes eos faceret bonorum cœlestium Regni Messiæ, irritum, superbiâ ac contumaciâ suâ fecerunt; nec voluerunt à Joanne ablui, ne peccata sua confiterentur.

Hæc cùm ita sint, nulli rei aptiùs comparare queam id quod fit ab hac eorum hominum ætate, quàm puerorum lusui, qui in plateis sibi vicissim exprobrant, se frustra tibiâ cecinisse, cùm alii non saltaverint; se frustra lugentium more planxisse, cùm alii non fleverint. Nam quocumque modo Deus eos aggressus sit, permoveri non potuerunt ut, vitiis suis intellectis, ad meliorem frugem redirent. Joannes Baptista, qui primùm ad eos missus est à Deo, durissimam vitam in solitudinibus egit, cùm neque panem, neque vinum attingeret; ex

MATTHÆUS

Cap. XI.

13. Omnes enim Prophetæ & lex, usque ad Joannem, prophetaverunt.
14. Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.
15. Qui habet aures audiendi, audiat.

16. Cui autem similem æstimabo generationem istam?

Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus,
17. dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis.
18. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet.

19. Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, Publicanorum & peccatorum amicus.

Et justificata est sapientia à filiis.

20. Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam.
21. Væ tibi, Corozaïn, væ tibi, Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.
22. Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissiùs erit in die judicii, quàm vobis.

MARCUS.

LUCAS.

Cap. VII.

29. Et omnis populus audiens & Publicani, justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis.
30. Pharisæi autem, & Legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non baptizati ab eo.
31. Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis hujus, & cui similes sunt?
32. Similes sunt pueris sedentibus ad invicem, & dicentibus. Cantavimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentavimus, & non plorastis.
33. Venit enim Joannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis. Dæmonium habet.
34. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum, & peccatorum.
35. Et justificata est sapientia ab filiis suis omnibus

JOANNES.

---

ex quo vivendi instituto colligere potuerunt hominem, missis omnibus terrestribus commodis, de exsequendis iis, quæ sibi in mandatis à Deo data fuerant, anxium dumtaxat fuisse. At dixerunt eum à Cacodæmone agi, quo fiebat ut austeram illam vitam in desertis locis ageret, potiùsquàm Sacerdotalibus muniis defungeretur, & commodis frueretur. Ego verò, qui externâ specie à vulgo hominum minime discriminari volui; quia iisdem cibis, eodémque potu utor, ac plerique, nec vulgi vito consortia, ut plures ad virtutem revocem; dictitor ab illis esse homo edax ac vinosus, publicanorum, ac improborum amicus. Sed quicumque verè sapiunt ii facillimè intelligunt sapientiam divinam, in utraque illa vitæ ratione, cùm Joannis, tum mea, summopere elucere.

Tum cœpit Jesus castigare urbes, in quibus, aut in quarum agro pleraque sua miracula ediderat; quòd earum cives ad mores emendandos iis adduci non potuissent. Graves pœnas, inquiebat, vobis contraxistis, ô Chorazinenses & Bethsaidenses, si enim Tyrii & Sidonii, populi Idololatriæ deditissimi vidissent miracula, quæ ego apud vos edidi, dudum saccis induti & cineribus conspersi justitiam divinam deprecati essent, atque ad saniorem mentem rediissent; cùm vos, Judæi licèt, iis minimè commoti fueritis, nec sanctitatis studiosiores sitis, quàm antea. Itaque quamquam Idololatræ illi sunt, vos verò Deum verum colitis; attamen die judicii minores pœnas dabunt, quàm vos.

Vos

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XI.		CAP. VII.	

23. Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον.

24. Πλὴν λέγω ὑμῖν ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ σοί.

25. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

26. Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

27. Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

28. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

29. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν·

30. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. ☞

☞ 36. Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη.

37. Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου·

38. Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω, κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι· καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

Vos autem Capernaümenses, qui, commoratione meâ apud vos, miraculisque intra mœnia vestra editis, beati judicati estis, contumaciâ vestrâ in miserrimam sortem deprimemini. Si enim Sodomenses ea conspexissent miracula, quorum vos testes fuistis, illorum urbs etiamnum staret; morum enim mutatione, divinam justitiam flexissent. Proinde, tametsi consceleratì homines fuerunt, tamen minore supplicio, quàm vos, afficientur. Cùm hæc dixisset Jesus, subitò ad Patrem Cœlestem conversâ oratione, gratias, inquit, tibi ago, Pater, & summam tuam sapientiam agnosco; quòd ita Evangelium tuum proponi Judæis curaveris, ut quamvis ab iis qui eruditionis & prudentiæ famâ insignes sunt repudietur; attamen admittatur ab hominibus minimè callidis, qui solent aliorum ductum sequi. Ita tibi, Pater, sapientissimis de rationibus, quamvis vulgò ignotis, visum est. Deinde auditores iterum alloquens, quæcumque, inquit, vos doceo ea accepi à Patre Cœlesti; nec quisquam nunc novit quid facturus ac passurus sim, præter Patrem; uti nec ullus mortalium perspectum habet ejus consilium, nisi Filius, & ii quibus Filius id aperire voluerit. Disciplinam meam amplectimini, quicumque fessi estis, ob tot itinera, quæ Lege vobis imposita sunt Jerosolimam facienda, & qui onere molestissimarum cærimoniarum pressi gemitis; vósque sublevabo. Præceptorum meorum observationem suscipite, & intelligetis me multùm abesse à ferocitate atque superbia Sacerdotum; cùm humillimos quosque suscipiam, non minùs ac alios, neque quidquam à vobis postulem, præter bonos mores. In hisce demum institutis placidè adquiescere animus vester poterit, ac securus

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

CAP. XI.

23. Et tu, Capharnaüm, numquid usque in cœlum exaltaberis? Usque in infernum descendes, quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem.

24. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissiùs erit in die judicii, quàm tibi.

25. In illo tempore, respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.

26. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.

27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.

28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

29. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris:

30. jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

☞

CAP. VII.

☞ 36. Rogabat autem, illum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.

37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti:

38. & stans retrò secus pedes ejus, lacrimis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.

securus esse, non in Judaïcis ritibus, quorum observatio superbè à vobis exigitur. Adsueti enim iis quæ à vobis postulo fatebimini me nihil vobis imponere, nisi utilitatis vestræ causâ, & præcepta mea nihil habere grave aut molestum.

CAPUT XXV.

Jesus convivatur, apud quemdam Pharisæum, ubi pedes ejus inter convivandum unguntur à muliere, quæ parum pudicam vitam egerat. Sermones hac de re.

QUAMVIS plerique Pharisæi Jesu essent infensi, nonnulli tamen humaniùs cum eo agebant, inter quos fuit Simon quidam, qui eum ad convivium aliquando vocavit, ad quod ivit Jesus, & in quo res digna memoratu contigit. Cùm enim ille domum ingressus jam accumberet unà cum aliis convivis, mulier quædam, quæ impudicam antea vitam in ea urbe egerat, sed doctrinâ Jesu ad sanctiores mores adducta fuerat, hoc audito, sumsit secum vasculum unguento plenum, domùmque Pharisæi & triclinium ipsum, in quo convivabantur, ingressa est. Tum stans à tergo Jesu, ad ejus pedes, cœpit tam ubertim flere, ut eos lacrimis madefaceret. Dein eos comâ abstersit, atque osculata, unguento oblevit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS.

Cap. VII.

39. Ἰδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, λέγων· Οὗτος, εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.

40. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὁ δέ φησι· Διδάσκαλε, εἰπέ.

41. Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα.

42. Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει;

43. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων, εἶπεν· Ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ὀρθῶς ἔκρινας.

44. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη· Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα, εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε.

45. Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ, ἀφ' ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας.

46. Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας· αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας.

47. Οὗ χάριν, λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ.

48. Εἶπε δὲ αὐτῇ· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

49. Καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Τίς οὗτός ἐστιν ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν;

50. Εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα· Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.

Quòd cùm animadverteret Pharisæus, qui Jesum vocaverat, apud se reputabat eum, si Propheta esset, intellecturum mulierem illam parum pudicam esse; nec passurum se ab ea attingi, atque inungi, ne quis inde ansam caperet malè de eo judicandi. Quam ejus cogitationem animadvertens Jesus, hominem ita aggressus est; Simon, inquit, est quod abs te quæram. Simon verò paratum se esse ad respondendum ostendit. Tum Jesus, erant, inquit, viro cuidam duo debitores; quorum uni mutua dederat denaria quingenta, alteri verò quinquaginta. Ambobus autem, cùm solvendo non essent, remisit debitum. Quæro nunc abs te, uter debitor majorem gratiam habebit creditori, & majore amore ejus beneficium remunerabitur? At Simon, existimo, inquit, eum fore gratiore animo & amantiore erga benefactorem, cui majus debitum fuerit remissum. Certè ita ejus officii ratio flagitat.

Probavit Jesus hoc ejus judicium, & oculis ad mulierem conversis, vidésne, inquit, hanc mulierem? In ea exemplum ejus quod dixisti spectare licet. Tu quòd nullo magno beneficio te mihi obligatum esse putares, non aliter excepisti, quàm solent excipi homines è vulgo, ab iis qui non multùm, aut nihil se debere iis existimant; at illa, quæ se putat ingens beneficium à me accepisse, quòd sit ad pudiciorem vitam à me adducta, maxima mihi præbuit gra-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. VII.	
		39. Videns autem Phariſæus, qui vocaverat eum, ait intra ſe dicens: Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.	
		40. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magiſter, dic.	
		41. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta:	
		42. non habentibus illis unde redderent, donavit utriſque: quis ergo eum plus diliget?	
		43. Reſpondens Simon dixit: Æſtimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: Rectè judicaſti.	
		44. Et, converſus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrimis rigavit pedes meos, & capillis ſuis terſit.	
		45. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo intravi, non ceſſavit oſculari pedes meos.	
		46. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos.	
		47. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minùs diligit.	
		48. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.	
		49. Et cœperunt, qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit?	
		50. Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſalvam fecit: vade in pace.	

ti animi argumenta. Ingreſſo enim domum tuam, aquam non obtuliſti quâ, pro more, pedes abluerem; hæc verò ſuis lacrimis eos abluit, & comâ ſuâ abſterſit. Tu advenientis os nullo oſculo excepiſti; illa verò, ex quo hìc ſum, non deſiit pedes meos oſculari. Vulgare olivum, quo caput meum ungerem, non præbuiſti; hæc verò unguento pedes meos inunxit. Quia accepit à me pœnitenti ſibi ignoſci multa peccata, ideò ſummum amorem mihi teſtificata eſt; qui verò paucorum aut leviorum dumtaxat ſe veniam eſſe conſequutum cenſet, is tanti amoris indicia minimè præbuit.

Hinc liquebat cur Jeſus paſſus eſſet à muliere olim impudica ſibi pedes ablui, atque inungi; quòd, nimirum, ex pia animi affectione profecta eſſent quæ fecerat. Propter quam, adjecit etiam Chriſtus ei præterita peccata remitti. Quod cùm audiviſſent convivæ, apud animum ſuum quærebant, quo jure Jeſus poſſet peccatis ignoſcere, quod eis videbatur ad ſolum Deum pertinere. Quæ eorum cogitationes cùm minimè laterent Jeſu, converſus tamen ad mulierem, eam hiſce verbis dimiſit: Fiducia, quæ tibi in me fuit, ut à Deo miſſo, tibi ſaluti fuit: Abito felicitatis tuæ ſecura.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

MATTHÆUS

Cap. XII.

22. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς καὶ κωφός· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν.

23. Καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον· Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ;

24. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες, εἶπον·

Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.

25. Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς·

Πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται.

26 Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;

27. Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί.

MARCUS

Cap. III.

22. Καὶ οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, ἔλεγον·

Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

23. Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς δύναται σατανᾶς σατανᾶν ἐκβάλλειν;

24 Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη.

25. Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη.

26. Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, οὐ δύναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει.

LUCAS

Cap. VIII.

1. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ,

2. Καὶ γυναῖκές τινες αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει,

3. Καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαὶ, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

C a p u t XXVI.

Prædicatio Evangelii, & miracula Christi defensa contra calumnias Pharisæorum. Aliis ejusdem generis negat Christus miraculum, præter resurrectionem suam, contumaciámque exprobrat. Docet quos consanguineorum loco habeat.

Jesus postea perrexit, ut solebat, oppidatim & vicatim, per Judæam, nuntiare Evangelium; perpetuósque comites postea habuit duodecim nuper à se electos Apostolos. Quin & mulieres, cùm aliæ, tum etiam nonnullæ, è quibus Cacodæmonia ejecerat, vel quarum morbos curaverat, cum quocumque iret sequebantur. Inter eas eminebant Maria, cui cognomen erat Magdalenæ, ex qua septem Cacodæmonas ejecerat Jesus; tum etiam Joanna, uxor Chuzæ Ministri Herodis Antipæ Tetrarchæ Galilææ; Susannáque & aliæ plures, quarum nomina non commemorabo. Hæ Jesu & ejus Discipulis, nuntiando Evangelio unà cum illo occupatis, necessaria ex suis facultatibus suppeditabant.

Cùm ergo Judæam peragraret, ut omnibus patefaceret Evangelium, oblatus est illi vir à Cacodæmone ita infessus, ut Cacodæmon ei oculorum & linguæ usum eriperet. Quem ille

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

LUCAS. Cap. VIII.

1. ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per civitates & castella, prædicans & evangelizans Regnum Dei; & duodecim cum illo,

2. Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à Spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem Dæmonia exierant,

3. & Joanna uxor Chuzæ, procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

MATTHÆUS. Cap. XII.

22. Tunc oblatus est ei Dæmonium habens, Cæcus, & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret.

23. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David?

24. Pharisæi autem audientes dixerunt:

Hic non ejicit Dæmones, nisi in Beelzebub Principe Dæmoniorum.

25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis:

Omne Regnum divisum contra se desolabitur: & omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit.

26. Et si Satanas Satanam ejicit, adversùs se divisus est: quomodo ergo stabit Regnum ejus?

27. Et si ego in Beelzebub ejicio Dæmones, filii vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi judices vestri erunt.

MARCUS. Cap. III.

22. Et Scribæ, qui ab Jerosolymis descenderant, dicebant:

Quoniam Beelzebub habet, & quis in Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia.

23. Et, convocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest Satanas Satanam ejicere?

24. Et, si Regnum in se dividatur, non potest Regnum illud stare.

26. Et, si Satanas consurrexerit in semetipsum, & dispertitus est, non poterit stare, sed finem habet.

---

illico sic curavit, ut vir ille videret & loqueretur, quemadmodum antea. Id miraculum cùm multitudo, quæ aderat, miraretur, proptereáque suspicaretur Jesum esse Regem illum, ex Davidis prosapia oriundum, quem exspectabant Judæi; Pharisæi nonnulli & Legis periti, qui Jerosolimâ venerant, cœperunt dicere Jesum, non potestate à Deo acceptâ, sed à Cacodæmonum principe Beelzebule, ejicere Cacodæmonas; quippe qui ab ipso illo Cacodæmone obsideretur, cujus auctoritate utebatur.

Quam calumniam cùm intellexisset Jesus ab iis spargi, quamvis eorum verba non audivisset, eam confutavit hisce similitudinibus, quibus ostendit non posse imperium Cacodæmonum ab ipso Cacodæmonum principe, everti. Si regnum, inquit, si urbs, si domus factionibus & dissidiis scindantur, regnum illud, illa urbs, aut illa domus diu incolumia esse non possunt. Similiter si Cacodæmones inter se dissentire incipiant, actum est de illis, diu nocere hominibus non poterunt; quod tamen concedere nolitis.

Dicitis me auctoritate Beelzebulis ejicere Cacodæmonas, nec ejus vestræ calumniæ ullam rationem profertis. Quòd si quis eodem modo calumnietur discipulos vestros, qui Cacodæmonas etiam à se ejici aiunt, nullo argumento ejus rei edito, an jure iis detrahi existimabitis? Quod pro se ejusmodi calumniatoribus respondebunt, id quasi pro me dictum accipite, & scitote vos eorum responso damnatum iri.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. XII.

28. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

29. Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;

30. Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι. καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

31. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.

32. Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

33. Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν. ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.

34. Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.

35. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

36. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

37. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

MARCUS. Cap. III.

27. Οὐ δύναται οὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει.

28. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν.

29. Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως.

30. Ὅτι ἔλεγον Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

Si verò ſpiritu divino ex hominum corporibus fugo Dæmonia, nec poſſit hoc negari; profectò à me verè Regnum Dei nuntiari apud vos, negare nemo queat.

Potéſtne quiſquam impunè ingredi domum viri fortis, & ejus ſupellectilia, eo præſente ac ſpectante, diripere; niſi antea virum illum fortem vinxerit, aut quodam alio modo impediat ne poſſit ſe & ſua tueri? Tunc certè impunè diripitur viri ſtrenui domus, cùm vinctus, aut aliâ ratione impeditus ſua ſervare non poteſt. Sic & ego Cacodæmonum imperium veluti diripio ac vaſto, iis ex corporibus hominum, quæ inſederant, ejectis. An neſcitis quid ſoleat proverbio dici: *Qui non eſt mecum contra me eſt, qui non colligit mecum ſpargit*; quo ſignificantur ii, qui neutrarum partium ſunt, ſæpe haberi adverſariorum loco? Quod cùm ita ſit, quo jure ſuſpicari poſſetis me Cacodæmonum imperio favere; qui non tantùm non ſum merus ſpectator malorum quibus homines vexant, ſed malos illos ſpiritus dictis & factis oppugno?

Cùm ergo liqueat me Regni Dei fines, non Cacodæmonum, ampliare, ſcitote vos capita veſtra ſcelere omnium maximo obſtrinxiſſe; cùm miracula mea, quaſi à Cacodæmone profecta calumniati eſtis. Quodvis enim peccatum, & quævis impia dicta hominibus pœnitentibus remittuntur à Deo; ſed calumniæ contra miracula, à me ope Spiritûs divini facta, numquam venia concedetur iis qui ea ſpectaverint; quòd ejuſmodi homines ad eam devenerint nequitiam, ut vix ac ne vix quidem ad ſaniorem mentem umquam redeant. Qui mihi ignoto detraxerit, quòd ignoret rationes, ex quibus liquet me à Deo eſſe miſſum; is ſi, iis cognitis,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XII.	CAP. III.		
28. Si autem ego in spiritu Dei ejicio Dæmunes, igitur pervenit in vos Regnum Dei.			
29. Aut quomodo potest quisquam intrare io domum Fortis, & vasa ejus diripere: nisi priùs alligaverit Fortem? & tunc domum illius diripiet.	27. Nemo potest vasa Fortis, ingressus in domum, diripere, uisi priùs Fortem alliget, & tunc domum ejus diripiet.		
30. Qui non est mecum, contra me est: &, qui nou congregat mecum, spargit.			
31. Ideò dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur homioibus: Spiritûs aotem blasphemia nou remittetur.	28. Amen dicu vobis, quoniam omnia dimittentur filiis homioum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemaverint.		
32. Et quicumque dixerit verbum contra Filiom huminis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, uon remittetur ei, ueque io hoc sæculo, ueque in futuro.	29. Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, uon habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.		
	30. Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.		
33. Aot facite arborem bonam, & fructum ejus bouum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.			
34. Progenies viperarum, qoomodu potestis bona loqui, cum sitis mali; ex abuodantia enim cordis os loquitur?			
35. Bonus homo de bonu thesauro prutert bona: & malus homu de malo thesauro profert mala.			
36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fueriot homines, reddent rationem de eo iu die judicii.			
37. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.			

tis; resipiscat, veniam consequi poterit. At si quis conspectis miraculis, Spiritûs divini potentiâ peractis, ea spreverit, nullâ aliâ re ad pœnitentiam agendam adduci poterit, nec proinde ullam erga se umquam Dei misericordiam experietur. Quæ à Jesu dicta sunt, quia Legis periti & Pharisæi calumniati fuerant ejus miracula, quasi potestate à Cacodæmone acceptâ peracta.

Tum perrexit eos alloqui, in hanc sententiam: Aut ex bono fructu judicate arborem esse bonam; aut, si à vobis censeatur mala, ostendite fructum ejus esse malum. Nam ex fructu demum arbor dignoscitur. Si homines ad virtutem dumtaxat adhortor, hinc colligite ea quæ facio ab animo virtutis studioso proficisci; aut si malo animo ea fieri à me censetis, ostendere vos par est mali quidpiam esse in iis quæ doceo. Verùm, ô homines, venenatis serpentibus nequaquam meliores, dum in nequitia vestra perseveratis, meliùs loqui non potestis. Cùm enim animus nequitiâ veluti exundat, ex ore erumpunt ejusmodi sermones. Vir bonus, ex animo virtutibus exornato, nonnisi virtuti consentanea verba emittit. Sed pravus ex vitiorum thesauro, quem inquinato animo tegit, nonnisi prava profert. At vos moneo omnium inanium verborum, quibus homines alios nituntur à virtute avocare, gravissimas pœnas eos die judicii daturos. Si enim aliud nihil esset, ex sermonibus vestris facile constaret bonine sitis, an mali.

Hæc

MATTHÆUS.

Cap. XII.

38. Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες· Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.

39. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

40. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

41. Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

42. Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

43. Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.

44. Τότε λέγει· Ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν, εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον.

45. Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.

46. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ, ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

MARCUS.

Cap. III.

31. Ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἔξω ἑστῶτες ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτόν.

LUCAS.

Cap. VIII.

19. Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ.

JOANNES.

Hæc cùm dixisset Jesus, nonnulli Legis periti & Pharisæi, non amore veri ducti, sed tantùm tentandi ejus gratiâ, dixerunt se cupere videre miraculum quodpiam ab eo edi. Jesus verò, qui negare non solebat miracula indigentibus, & pio animo petentibus, prava, inquit, ætas, & aliena, quidquid simulet, à vero Dei cultu, poscit à me miraculum, quasi nulla antehac fecissem. Verùm nullum accipiet à me, quo ad fidem mihi habendam tutiùs ac certiùs adduci queat; quàm miraculum simile ei, quod contigit Jonæ Prophetæ. Quemadmodum enim Jonas per triduum mansit in stomacho Ceti, à quo deglutitus fuerat, atque inde incolumis egressus est: ita & ego per triduum in sepulcro jacebo, deinde resurgam. Die judicii, huic contumaci ætati objicietur exemplum Ninivitarum, qui unà resurgent, quo fiet ut damnetur. Jonæ enim Prophetæ eos ad meliores mores vocanti crediderunt, ac pœnitentiam egerunt; at hodierni Judæi minimè afficiuntur factis aut dictis ejus, qui Jonâ multò major est. Iis objicietur etiam exemplum Reginæ Sabæorum, quo fiet ut meritò damnentur; cùm ex ultima Arabia venerit in Judæam, ut Salomonis sapientes sermones audiret, & quibus, non sine admiratione, auditis, in regnum suum rediit; hodierni verò Judæi, apud se eum habentes qui sapientiâ Salomone multò superior est, ejus sermones spernant. At audiant quæ futura sit sors sua, si contumaces esse pergant. Cùm Cacodæmon est è corpore hominis egressus, nec potest id illico iterum subire, vagatur per solitudines, quærens locum, in quo requiescat,

MATTHÆUS.

Cap. XII.

38. Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre.

39. Qui respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ.

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti, tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus.

41. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plusquam Jonas hic.

42. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic.

43. Cùm autem immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.

44. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam.

45. Tunc vadit, & adsumit septem alios Spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus & fratres stabant foris, quærentes loqui ei.

MARCUS.

Cap. III.

31. Et veniunt mater ejus & fratres: &, foris stantes, miserunt ad eum, vocantes eum.

LUCAS.

Cap. VIII.

16. Venerunt autem ad illum mater & fratres ejus,

JOANNES.

---

quiescat, nec ullum invenit, qui sibi placeat. Tum verò cogitat de redeundo in hominis corpus, quod instar domûs habuerat, atque ex quo expulsus fuerat, si modò sibi liceat. Redux ergo ingressum tentat, qui ei patet, si contigerit hominem diro illo hospite antea liberatum, ad meliorem frugem non rediisse. Tunc enim ejus corpus est Cacodæmoni quod domus diligenter purgata, atque ornata advenienti peregrè hospiti esse solet. Itaque non unus Cacodæmon corpus illud subit, sed & multi alii eo deteriotes; quod fit justo judicio Dei pœnas repetentis ab homine, qui tantum beneficium in se antea collatum sprevit. Posterior autem conditio ejus, multò deterior est priore, in qua erat, antequàm primùm Cacodæmon ex ejus corpore ejiceretur. Similia contingent hodiernis Judæis, postquàm enim omnia fecero, ut vitia ac scelera apud eos grassantia ex eorum gente eliminem; si nullam factorum nec dictorum meorum rationem habentes pergant affectibus suis indulgere, tum verò Deus eos ipsis tradet, nequioresque erunt quàm antea, & graviores pœnas sibi contrahent.

Cùm hanc orationem haberet coram hominum circa se sedentium corona, eò advenerunt mater ejus, & alii cognati, cupientes eum convenire; qua de re per homines circumquaque sedentes jusserunt eum moneri, neque enim eorum multitudinem ullâ ratione submovere poterant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XII.	CAP. III.	CAP. VIII.	
	32. Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν		
		καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.	
47. Εἶπε δέ τις αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι.	εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε.	20. Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.	
48. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ·	33. Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων·	21. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε πρὸς αὐτούς·	
Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;	Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;		
49. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου.	34. Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.		
50. Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστί.	35. Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελφή μου καὶ μήτηρ ἐστί.	Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν.	
CAP. XIII.	CAP. IV.		
1. ἘΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν.	1. ΚΑὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν		
2. Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι	καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ.		
καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.	καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.		
		4. Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν, εἶπε διὰ παραβολῆς.	
3. Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων	2. Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ		
Ἰδοὺ, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.	3. Ἀκούετε· Ἰδοὺ, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι.	5. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ·	
4. Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν	4. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν,	καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ κατεπατήθη,	
καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά.	καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτό.	καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό.	
5. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς	5. Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς	6. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν,	

Itaque aliquis eorum, qui non procul ab eo sedebant, monuit eum matrem & cognatos extra circulum stantes ipsum velle conventum. Respondit verò Jesus: scitote matris mihi & cognatorum loco esse, & quorum commodis inservire debeo, omnes discipulos meos, quales sunt hi qui me nunc audiunt. (Simul circumspexit coronam, porrectáque manu cùm Apostolos, tum ceteros circa se confidentes ostendit.) Matris, inquam, hosce & cognatorum loco habeo, quicumque libenti animo Evangelium audiunt, & mores suos ad id exigunt. Horum curam gerere jussus sum, non eorum qui sanguine dumtaxat mecum sunt conjuncti.

CAPUT XXVII.

Parabola de iis qui audiunt Evangelium.

EODEM die, Jesus domo egressus ad lacum Genesarethicum se contulit, in cujus ripa cœpit populum docere; cúmque ingens multitudo eò confluxisset, ne ab ea nimiùm premeretur,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XII.	Cap. III.	Cap. VIII.	
☞	32. Et ſedebat circa eum turba;		
	☞	& non poterant adire eum præ turba,	
47. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te.	& dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te.	20. & nuntiatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui ſtant foris, volentes te videre.	
48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait:	33. Et, reſpondens eis, ait:	21. Qui reſpondens, dixit ad eos:	
Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?	Quæ eſt mater mea, & fratres mei?	☜	
49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei.	34. Et circumſpiciens eos, qui in circuitu ejus ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei;		
50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater, eſt.	35. qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.	Mater mea, & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.	
Cap. XIII.	Cap. IV.		
1. In illo die exiens Jeſus de domo,	☜	☜	
ſedebat ſecus mare.	1. Et iterùm cœpit docere ad mare:		
2. Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam adſcendens ſederet:	& congregata eſt ad eum turba multa, ita ut navim adſcendens ſederet		
☞	in mari,		
& omnis turba ſtabat in littore:	& omnis turba circa mare ſuper terram erat:		
☞	☞	4. Cum autem turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad eum,	
3. & loquutus eſt eis multa in parabolis dicens:	2. Et docebat eos in parabolis multa,	dixit per ſimilitudinem:	
☞	& dicebat illis in doctrina ſua:	☜	
Ecce exiit qui ſeminat ſeminare.	3. Audite: ecce exiit ſeminans ad ſeminandum;	5. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum:	
4. & dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam,	4. &, dum ſeminat, aliud cecidit circa viam,	& dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam,	
☞	☞	& conculcatum eſt,	
& venerunt volucres cœli, & comederunt ea.	& venerunt volucres cœli, & comederunt illud.	& volucres cœli comederunt illud.	
5. Alia autem ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terram multam:	5. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, ubi non habuit terram multam,	6. Et aliud cecidit ſupra petram:	
& continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ.	& ſtatim exortum eſt quoniam non habebat altitudinem terræ:	☜ & natum ☜	

meretur, néve à nimis paucis audiretur, conſcendit ſcapham; atque in ea paullulùm ſubmota à ripa ſedit, ſtante populo in ripa lacûs, eúmque docentem illinc audiente. Interea confluentibus illuc multò pluribus auditoribus, ſimilitudinibus uti cœpit; quibus deſcribebat varias hominum indoles, qui Evangelium audiunt, varióſque effectus, qui ejus nuntiationem conſequuntur. Aures, inquit, attentas mihi præbete; ea dicturo quæ veſtrâ intereſt ſcire. Quidam vir ſementem in agro ſuo facturus egreſſus eſt domo, ut in eum ſe conferret. Dum autem ſereret, pars ejus ſementis cecidit ſecundùm viam publicam, frequenter calcatam, nec ullâ ſepe, aut foſsâ ab ejus agro ſejunctam; quo factum ut ea pars ſeminis à commeantibus partim conculcaretur, partim etiam ab avibus abſumeretur, cùm nullâ terrâ eſſet contecta.

Alia verò pars, in loca petroſa conjecta, paullò pòſt orta eſt, cùm non altè in ſolum demiſſa eſſet, quòd illic multa non eſſet terra. Verùm illa ardore ſolis exſiccata eſt, quia ea loca humore deſtituta erant, nec radices ullas egerat ſementis.

MATTHÆUS.

Cap. XIII.

6. Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

7. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.

8. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν, καὶ ἐδίδου καρπόν, ὃ μὲν ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.

9. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

10. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταί, εἶπον αὐτῷ· Διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;

11. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

12. Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται. ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

13. Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσι.

14. Καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἠσαΐου, ἡ λέγουσα· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

15. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

16. Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει.

17. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

MARCUS.

Cap. IV.

6. Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

7. Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν αὐτό, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε.

8. Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα, καὶ ἔφερεν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

9. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

10. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παραβολήν.

11. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω, ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται.

12. Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι· μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

13. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην, καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;

LUCAS.

Cap. VIII.

καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα.

7. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό.

8. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα.

Ταῦτα λέγων ἐφώνει· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

9. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.

10. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς,

ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν.

JOANNES.

Alia pars in loca ſpinis obſita delapſa eſt, quæ ſpinæ creſcentes eam ſuffocarunt, impedieruntque ne fructus ullus ex iis locis colligeretur. Alia denique pars cecidit in terram pinguem & fertilem, ſegéſque ea exaucta & adulta magnam tritici copiam tulit; adeò ut nonnullis in locis, pro uno, tricena, ſexagena & centena grana collecta fuerint. Quod cum dixiſſet Jeſus, magnâ voce clamavit: attendat hæc quiſquis ingenio ſuo, ad ſalubria monita intelligenda, ſibi utendum eſſe cenſet.

Cùm verò diffluxiſſet turba audientium, Apoſtolique ſoli cum Jeſu eſſent, quæſiverunt ab eo cur ſimilitudinibus obſcurioribus ſæpe uteretur apud populum, & quis ſenſus eſſet modò prolatæ. Tum Jeſus, vobis quidem, inquit, Deus voluit revelare apertè quæ de Regno Cœleſti Meſſiæ hactenus ignota fuerunt; at ceteris obſcuriùs ea patefacit. Quiſquis enim præteritis cœleſtibus beneficiis rectè uſus erit, quemadmodum vos hactenus feciſtis, alia, eáque majora à Deo accipiet; quiſquis verò iis abuſus erit, etiam prioribus excidet, quæ ſors erit multorum Judæorum. Hac de cauſa, obſcurioribus ſimilitudinibus utor, apud Judæos pleroſque; cùm enim à Deo accepiſſent facultates, quibus uti poterant, ad veritatem eorum quæ doceo

MATTHÆUS. Cap. XIII.	MARCUS. Cap. IV.	LUCAS. Cap. VIII.	JOANNES.
6. Sole autem orto æstuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt.	6. &, quando exortus est sol, exæstuavit; &, eo quòd non habebat radicem, exaruit.	aruit, quia non habebat humorem.	
7. Alia autem ceciderunt in spinas: & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea.	7. Et aliud cecidit in spinas, & adscenderunt spinæ, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit.	7. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocaverunt illud.	
8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.	8. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum adscendentem, & crescentem, & afferebat unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.	8. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum.	
9. Qui habet aures audiendi, audiat.	9. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat.	Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.	
	10. Et cùm esset singularis,		
10. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?	interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam;	9. Interrogabant autem eum discipuli ejus, quæ esset hæc parabola.	
11. Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria Regni cœlorum: illis autem non est datum.	11. & dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei: illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt:	10. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, ceteris autem in parabolis;	
12. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.			
13. Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. 14. Et adimpletur in eis Prophetia Isaïæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. 15. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur & sanem eos. 16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. 17. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.	12. ut videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant: ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata.	ut videntes non videant, & audientes non intelligant.	
	13. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis?		

doceo cognoscendam, audivissentque sermones meos, & miracula à me edita vidissent; non magis ad animum ea revocarunt, quàm si oculorum atque aurium usu fuissent destituti. Quamobrem, eos obscuriùs alloquor; ita ut non multò magis utantur facultatibus suis, quàm si iis carerent. Igitur illis videmus contingere, quod de Judæis suæ ætatis dixit Propheta Esaias: (*Cap. VI. 9.*) *Auribus audite, sed ne intelligite; oculis videte, sed ne cognoscite. Pingue enim*, ait Deus, *facito cor populi hujus; aures ejus graves reddito; ne videat oculis, ne audiat auribus; ne corde intelligat, redeatque ad officium suum & curatio ei contingat.* At vos beati estis quòd, facultatibus à Deo acceptis rectè usi, beneficia ab eo majora in dies sperare possitis. Profectò multi Prophetæ & sancti viri olim optarunt talia videre atque audire, qualia nunc videtis atque auditis; quod tamen iis minimè à Deo concessum est. Verùm an non intelligitis quid voluerim postremâ similitudine, quâ usus sum, & quæ minimè obscura est? Quomodo verò obscuriores intelligere poteritis?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
Cap. XIII.	Cap. IV.	Cap. VIII.	
18 Ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος.	☜ ☞	11. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή.	
☞	☞	Ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ	
	14. Ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει.	☜	
19. Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.	15. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου σπείρεται ὁ λόγος· καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.	12. Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν, εἰσὶν οἱ ἀκούοντες· εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν,	
☞	☞	ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν.	
20. Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν·	16. Καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι, οἳ, ὅταν ἀκούσωσι τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν·	13. Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον·	
21. Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι, γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.	17. Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται.	καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἳ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.	
22. Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων	18. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες	14. Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες,	
καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου ☞	19 Καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι	καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι	
συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.	συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.	συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι.	
23. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ συνιῶν· ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.	20. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται, καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.	15. Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.	
☞	21 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπιτεθῇ;	16. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν,	
	☞	ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς	
	22. Οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.	17. Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ.	
	23. Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.	☜	

Audite ergo quis sit ejus sensus. Sementis quidem est revelatio divina, sator verò is qui eam revelationem nuntiat. Cùm autem omnes eodem animo eam non excipiant, solum, quod est secundùm viam, est imago eorum qui audiunt quidem revelationem, cùm nuntiatur; sed qui, cùm eam illico negligant, animos suos aperiunt Cacodæmonum fraudibus, quibus ejus memoria in iis planè deletur, ne eam expensam veram judicarent, & salutem tandem consequerentur. Solum verò lapidosum significat eos qui læto quidem animo revelationem excipiunt, cùm primùm eam audiunt. Verùm quia eâ non satis afficiuntur, ingruente quapiam vexatione, ei nuntium remittunt, potiusquàm quidquam detrimenti ejus causâ patiantur. Solum spinis consitum designat eos, qui revelationem quidem libenter audiunt, eámque aliquatenus in animum demittunt; verùm anxiis hujusce vitæ curis, studio comparandarum, vel conservandarum divitiarum, voluptatibúsque & cupiditatibus aliis, transversi aguntur; ita ut mores suos minimè exigant ad divinam normam quæ iis oblata est, adeóque iis tandem fiat inutilis revelatio. Bonum denique solum eos effingit qui forti atque honesto animo eam excipiunt, meditantúrque studiosè, ac tenaci memoriæ mandant, ut ex ejus

præ-

MATTHÆUS. Cap. XIII.	MARCUS. Cap. IV.	LUCAS. Cap. VIII.	JOANNES.
18. Vos ergo audite parabolam seminantis.	☞ ☞	11. Est autem hæc parabola:	
☞	☞	Semen est verbum Dei.	
	14. Qui seminat, verbum seminat.		
19. Omnis qal audit verbum Regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est qui secus viam seminatus est.	15. Hi autem funt, qui circa viam, ubi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit Satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum.	12. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt; deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum,	
☞	☞	ne credentes salvi fiant.	
20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud.	16. Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur: qui, cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud;	13. Nam qui supra petram, qui, cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum;	
21. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: factâ autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuò scandalizatur.	17. & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde, ortâ tribulatione & persequutione propter verbum, confestim scandalizantur.	& hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.	
22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit:	18. Et alii sunt, qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt;	14. Quod autem in spinas cecidit hi sunt, qui audierunt,	
& sollicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum,	19. & ærumnæ sæculi, & deceptio divitiarum,	& à sollicitudinibus & divitiis,	
☞	& circa reliqua concupiscentiæ introëuntes	& voluptatibus vitæ,	
suffocat verbum, & sine fructu efficitur.	suffocant verbum, & sine fructu efficitur.	euntes suffocantur, & non referunt fructum.	
23. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò trigesimum.	20. Et hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.	15. Quod autem in bonam terram hi sunt, qui, in corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.	
☞	21. Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur?	16. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit,	
	☞	ut intrantes videant lumen;	
	22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur; nec factum est occultum, sed ut in palam veniat.	17. non est enim occultum, quod non manifestetur; nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat.	
	23. Si quis habet aures audiendi, audiat.	☞	

præscripto illico atque in posterum vivant, quæcumque propterea calamitates sint ferendæ. In hisce sementis illa divina copiosissimum fructum, quamvis non prorsus similem in omnibus, parit.

Tametsi hanc similitudinem ita extuli ut paullò obscurior videatur, tamen eam illo animo non dixi ut à nemine intelligeretur. Quemadmodum enim nemo accendit lucernam, cum in finem ut eam vasi aut lecto subjectam occultet, sed ut eam imponat candelabro, quò cernatur ab omnibus qui ædes ingrediuntur: ita nec ego doctrinam meam propono, ut ne intelligatur ab ullo auditorum. Quòd si nemo eam nunc adsequeretur, attamen diu occulta non maneret, de ea enim verè dicere possitis quod vulgò dici solet: *Nihil est occultum, quod non patefiat; nihil est arcanum, quod non innotescat.* At si quis ingenio suo, in hisce rebus, ut par est, uti velit, mea dicta attendat, eáque intelliget.

Subjecit

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MARCUS. CAP. IV.

24. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Βλέπετε τί ἀκούετε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.

25. Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

LUCAS. CAP. VIII.

18. Βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

MATTHÆUS. CAP. XIII.

24. Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ.

25. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν.

26. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια.

27. Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ· Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια;

28. Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς· Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ· Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

29. Ὁ δὲ ἔφη· Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.

30. Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς· Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

MARCUS. CAP. IV.

26. Καὶ ἔλεγεν· Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς·

27. Καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ, καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

28 Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.

Subjecit etiam Jesus: ne ea quæ dico perfunctoriè audiatis, nam prout ea attento ac religioso animo exceperitis, alia clariora & copiosiora addam. Etiam atque etiam videte quales vos auditores mihi præbeatis, nam si rectè usi fueritis iis quæ prima à me audiveritis, alia vos docebo; sin minus, etiam illa quæ intellexisse videbamini, vobis fierent inutilia.

Alias etiam similitudines addidit Jesus, audiente multitudine. In Regno, inquit, Cœlesti Messiæ, simile quidpiam continget ei quod contigit viro, qui agros suos bonâ quidem semente conseverat; sed quo dormiente, inimicus zizania sevit, ubi satum erat triticum; quo clam peracto, à nemine conspectus abiit. Cùm verò exortæ essent, ac crevissent segetes; unà cum tritico, conspecta sunt etiam zizania. Quæ cùm servi animadvertissent, quæsiverunt ab hero, annon tritico agros suos consevisset, & qui fieret, ut tanta zizaniorum copia in iis cerneretur? Negavit ille se zizania in iis sevisse, atque illico suspicatus est quempiam inimico-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. IV.	CAP. VIII.	
	24. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adjicietur vobis.		
	25. Qui enim habet, dabitur illi. &, qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.	18. Videte ergo quomodo audiatis; qui enim habet, dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo.	
CAP. XIII.			
24. Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est Regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.			
25. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit.			
26. Cùm autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.			
27. Accedentes autem servi patris-familias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?			
28. Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei, Vis, imus, & colligimus ea?			
29. Et ait: Non: ne fortè, colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.			
30. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.			
	26. Et dicebat: Sic est Regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat sementem in terram:		
	27. & dormiat, & exsurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille;		
	28. ultrò enim terra fructificat primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.		

rum suorum clam ea tritico suo admiscuisse. Tum servi operam suam ei obtulerunt, si vellet zizania evelli, ut triticum solum superesset, faciliúsque & lætiùs adolesceret. At herus hoc fieri noluit, ne dum evelluntur zizania, evelleretur etiam ipsum triticum. Jussit ergo servos sinere zizania cum tritico crescere, ad tempus usque messis; quo tempore, mandaturus erat messoribus, ut colligerent primùm zizania, eáque in fasciculos colligarent postea comburenda; deinde ut in horrea deferendum triticum meterent.

Adsimilari etiam queat prædicatio Evangelii sementi; quæ terræ ab hominibus mandata, iis dormientibus atque aliud agentibus, noctu ac interdiu herbam emittit & crescit; quamvis homines nesciant quâ ratione hoc fiat. Terra enim, absque hominum opera, primùm herbam, deinde spicam, ac tandem grana tritici in spica emittit, format, atque alit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. XIII.

31. Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων·

Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ·

32. Ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων·

ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

33. Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς. Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

34. Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις,

καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς·

35. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

36 Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς· καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.

37. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς. Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·

38. Ὁ δὲ ἀγρὸς, ἐστὶν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνια, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ.

39. Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταὶ, ἄγγελοί εἰσιν.

MARCUS. Cap. IV.

29. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.

30. Καὶ ἔλεγε· Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;

31. Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς, ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

32. Καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.

33. Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον,

καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν.

34. Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς.

κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.

Quæ maturæ ab hominibus metuntur, ac reconduntur in suos usus. Possimus quoque conferre Evangelicam doctrinam cum grano Sinapis, quod cùm sit ex minimis seminibus, terræ tamen mandatum, plantam emittit quæ in tantam altitudinem crescit, tótque ramos habet; ut avibus suppeditare possit umbram, & loca apta ad nidificandum.

Nec malè idem Evangelium comparetur cum fermento, quod exiguâ copiâ miscet mulier cum tribus aut pluribus farinæ satis, aliisve mensuris; & quod tamen facit ut ingens farinæ aquâ subactæ moles intumescat.

Hisce similitudinibus usus est Jesus, apud multitudinem, cui rem clariùs explicare consultum tunc temporis non fuisset; quippe quæ vix tulisset dicentem regnum Messiæ in terris totum eò spectare, ut homines ad sanctiorem vitam adduceret; aut Judaicam Religionem mox esse abrogandam, ut nova, cujus tunc temporis exigua erant initia, ei succederet; aliáque similia, quæ faciebant ad laudem Evangelii, sed erant parum consentanea iis quæ de Messia & de

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIII.	CAP. IV.		
	29. Et cùm produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.		
31. Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est Regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo.	30. Et dicebat: Cui adsimilabimus Regnum Dei? Aut cui parabolæ comparabimus illud?		
32. Quod minimum quidem est omnibus seminibus:	31. Sicut granum sinapis, quod, cùm seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra,		
cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.	32. &, cùm seminatum fuerit, adscendit, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves cœli habitare.		
33. Aliam parabolam loquutus est eis. Simile est Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.	☞		
34. Hæc omnia loquutus est Jesus in parabolis ad turbas:	33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum,		
☞	prout poterant audire.		
& sine parabolis non loquebatur eis: ☞	34. Sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis edisserebat omnia.		
35. ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.			
36. Tunc, dimissis turbis, venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.			
37. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.			
38. Ager autem est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filii Regni. Zizania autem, filii sunt nequam.			
39. Inimicus autem, qui seminavit ea, est Diabolus. Messis verò, consummatio sæculi est. Messores autem Angeli sunt.			

de æternitate Legum Mosis vulgò credebantur. Sic fermè tunc solebat similitudinibus tegere, quæ videbat rudium Judæorum aures offensura; non ut occultaret id quod sentiebat, sed ne eorum indociles animos sine fructu statim à se alienaret; nam discipulis suis privatim interpretabatur quæ in iis similitudinibus non intellexerant. Cui Jesu instituto rectè aptaveris verba Psaltæ: (*Ps. LXXVIII,* 2.) *Aperiam in parabola os meum, proloquar arcana ab initio.*

Dimissis verò audientibus, Jesus domum se contulit; ubi eum orarunt Apostoli ut sibi clariùs interpretaretur similitudinem zizaniorum, quam non satis adsequuti fuerant. Quibus Jesus, qui serit, inquit, bonam sementem, ego sum, qui specie externâ à vulgo non secernor. Ager est totus orbis terrarum. Bona sementis dicuntur ii, qui audito Evangelio credunt, ex ejus norma vivunt, & præmiorum Regni Cœlestis propterea participes fient; zizania verò sunt mali homines, ubique misti inter bonos, & ad quos Regnum illud non pertinet. Inimicus autem, à quo dixi clam sata zizania, est Cacodæmon, qui, occultis artibus, homines corrumpit. Messis erit mundi finis, atque ultimum judicium, ac messores Angeli.

 Tum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XIII.

40. Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

41. Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν

42. Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

43. Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

44. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.

45. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας·

46. Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν, πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν.

47. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ.

48. Ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον.

49. Οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων.

50. Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

51. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ. Ναί, Κύριε.

52. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

Tum demum, quemadmodum zizania colliguntur & comburuntur, dum triticum adservatur: sic mittam Angelos, à Patre acceptos, qui secernent bonos à malis; & malos quidem omnes conjicient in ignem, sive in locum in quo pœnas meritas dabunt, frustráque frement, ejulabunt & sortem suam querentur; bonos verò intromittent in beatas æternæ felicitatis sedes, in quibus ad instar solis fulgebunt. Attendant quæ dixi, qui facultatibus à Deo acceptis rectè uti volent, eáque intelligent.

Possim etiam conferre Evangelicam doctrinam cum thesauro olim infosso in agro quopiam, qui thesaurus nemini notus fortè à viro prætereunte animadvertitur, nec clam auferri potest. Is ergo quamquam summopere gaudet à se inventum esse thesaurum, gaudium suum dissimulat, neque cuiquam aperit thesaurum in eo agro latere; sed quæcumque habet vendit, si necesse sit, ut agrum emat, eo animo ut clam thesaurum effodiat, ne sibi eripiatur à summa potestate, in cujus ditione ager est. Sic etiam decet salutis suæ studiosos, ceteris omnibus relictis, &, si ita res ferat, amissis, sibi comparare cognitionem doctrinæ Evangelicæ, quamvis nondum multis notæ ac celebratæ, ut ad eam mores suos componat.

Idem fit ab iis, qui Evangelium audiunt, ac amplectuntur, quod à mercatore quærente venales

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIII. 40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione sæculi. 41. Mittet Filius hominis Angelos suos: & colligent de Regno ejus omnis scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: 42. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. 43. Tunc justi fulgebunt sicut sol, in Regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. 44. Simile est Regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum. 45. Iterum simile est Regnum Cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; 46. Inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. 47. Iterum simile est Regnum Cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. 48. Quam, cùm impleta esset, educentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. 49. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum; 50. & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. 51. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. 52. Ait illis: Ideò omnis Scriba doctus in Regno Cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.			

nales margaritas pretiosiores, quas iterum vendat. Is si invenerit eximiam quampiam margaritam, ex cujus emtione lucrum facere se posse putet, sua omnia vendit ut eam emere queat, si fortè ei sat magna eam in rem desit pecunia. Sic & ii, quibus Evangelium innotescit, omnium potiùs jacturam faciant, quàm amittant occasionem ejus probè cognoscendi, vitæque ad ejus præcepta instituendæ.

Similis est prædicatio Evangelii everriculo, quod in mare demittitur, & quod omnis generis pisces colligit. Statim ac piscatores plenum esse intelligunt, id trahunt in littus & bonos pisces à malis secernunt, bonósque in vasa conditos servant, ceteros abjiciunt. Sic etiam fiet ultimi judicii die, Angeli enim secernent malos homines à bonis, cùm quibus ad id usque tempus semper in Ecclesia mea erunt misti; malósque conjicient in fornacem ignis, sive in locum in quo Deus de iis justas pœnas sumet, & in quo nihil præter ejulatus, fremitus & querelas audire licebit.

Cùm hæc dixisset Jesus, quæsivit ab Apostolis an satis intellexissent quæcumque audiverant; quod cùm affirmassent, vos ergo, inquit, & quicumque peritus est non eorum tantùm quæ docuerunt Moses & Prophetæ, sed & eorum quæ doceo, similes estis patrifamilias qui habet in apothecis suis veteres & novos fructus, quos ubi necesse est potest proferre, iisque familiam sustentare.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIII. 53. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.		CAP. VIII.	
CAP. VIII. ☞ 18. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. 19. Καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεὺς, εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. 20. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. 21. Ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. 22. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. 23. Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ☞	CAP. IV. ☞ 25. Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης· Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν. ☜ 36. Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ ☞ καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ.	22. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης· ☜ Καὶ ἀνήχθησαν. ☜	
24. Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε.	37. Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι. 38. Καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων·	23. * καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον. Πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε. *	
25. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἤγειραν αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. 26. * Τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; *	καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; 39. Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. 40. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;	24. Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες· Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη. 25. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν;	

Postquàm Christus hasce similitudines, partim audiente multitudine, partim coram solis Apostolis, proloquutus esset Capernaümi, aut circa Capernaümum, illinc profectus est.

CAPUT XXVIII.

Jesum transiturum in Gadarensium tractum multi sequi volunt, quorum duos alloquitur. Tempestatem coortam sedat, curátque appulsus duos viros à Cacodæmonibus vexatos, qui Cacodæmones in porcorum gregem, ipso permittente, irruunt. Porci in mare præcipites aguntur, oratúrque propterea Jesus ab incolis illinc discedere; quod facit, relictis viris è quibus Cacodæmones fuerant expulsi.

VERGENTE ad vesperam die, cùm esset in occidentali ripa lacûs Genesarethici, unà cum Apostolis, jussit eos secum navem conscendere & navigare ad orienralem ripam, versùs Gadara. Quod cùm facturi essent, accessit ad eum Legis peritus, qui professus est se velle Jesum sequi quocumque iret; ratus fortè eum quempiam in locum ire, inquem non sine emolumento eum sequuturus esset.

At Jesus, ne existimes, inquit, mihi esse ullum locum in terris, in quo beatiore sorte frui mecum possis, quàm hìc. Vulpes cuniculos habent, & aves ramos arborum, in quos confugiant; hominésque pariter, etiam abjectæ sortis, habent domos quas habitent; at ego nullum in terris locum habeo, in quem me recipiam, aut quo amicos meos excipere possim.

Quibus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIII.			
53. Et factum est, cùm consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde:		CAP. VIII.	
CAP. VIII. ☞	CAP. IV. ☞	22. Factum est autem in una dierum & ipse adscendit in naviculam, & discipuli ejus: & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. ☜	
18. Videns autem Jesus turbas multas circùm se, jussit ire trans fretum. 19. Et accedens unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris. 20. Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. 21. Alius autem de discipulis ejus ait illi: Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum. 22. Jesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.	35. Et ait illis in illa die, cùm serò esset factum: Transeamus contrà. ☜		
23. Et adscendente eo in naviculam, sequuti sunt eum discipuli ejus: ☞	36. Et, dimittentes turbam, adsumunt eum ita ut erat in navi: ☞ & aliæ naves erant cum illo.	Et adscenderunt. ☜	
24. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat.	37. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, ita ut impleretur navis. 38. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens:	23. * & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. Et, navigantibus illis, obdormivit. *	
25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.	& excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?	24. Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes: Præceptor, perimus.	
26. * Tunc surgens, imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.	39. Et exsurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna.	At ille, surgens, increpavit ventum, & tempestatem aquæ, & cessavit, & facta est tranquillitas.	
Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? *	40. Et ait illis: Quid timidi estis? Necdum habetis fidem?	25. Dixit autem illis: Ubi est fides vestra?	

Quibus verbis, docebat discipulos suos frustra eos esse, qui à se terrestris regni commoda consequuturos sperabant.

Alius verò discipulus Jesum scapham conscensurum adiit, atque ab eo petiit ut sibi liceret abire ad patrem senem capularem; quo mortuo ac sepulto, ad Jesum se rediturum aiebat, atque perpetuum comitem ejus futurum. At Jesus, ut eum doceret esse anteponenda cœlestia terrestribus, & occasione discendi ei utendum, ne frustra postea eam quæreret; sequere me, inquit, & curam sepeliendorum mortuorum iis mandato, quos ad vitam spiritualem animi quod attinet, hoc est, sanctitatem Evangelicam, mortuos meritò dicere possimus. Ac sanè si vel biennium patri seni discipulus ille adfuisset, ab ipso Christo arcana Regni cœlorum discere minimè potuisset.

Postea dimissâ multitudine, naviculam conscendit Jesus, unà cum Apostolis, atque altum petiit, sequentibus & aliis scaphis. Cùm verò aliquantùm essent provecti, ortus est ventus procellosus, qui eâ vehementiâ fluctus lacûs attollebat, ut navigiolum, in quo Jesus erat cum discipulis, fermè impleretur aquâ, adeóque in periculo versaretur. Dum autem navigarent, Jesus sedens in puppi, reclinato in cervical capite, obdormiverat, & sæviente procellâ, etiamnum dormiebat. At Apostoli sibi timentes eum excitarunt, monueruntque se in maximo submersionis periculo esse, & orarunt ne pateretur se unà cum illo perire. Ille verò excitatus ventum clarâ voce cadere jussit, & mare quiescere; quibus verbis prolatis, continuò ventus conticuit, & facta est per totum lacum ingens malacia, ita ut remis esset utendum.

Dein

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. VIII.	CAP. IV.	CAP. VIII.	
27. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες· Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ·	41. Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;	Φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;	
	CAP. V.		
28. Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, ☞	1. Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν. ☞	26. Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας.	
ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ☞	2. Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ. ☞	27. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο,	
ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι,	3. Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι· ☜	καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν. ☜	
χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης. ☞	4. Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρῖφθαι· καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. 5. Καὶ διαπαντός, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων, καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις. 6. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν, ἔδραμε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ·	28. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ	
29. Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες· Τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ☞ ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;	7. Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπε· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σε τὸν Θεόν, μή με βασανίσῃς. ☜	φωνῇ μεγάλῃ εἶπε· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου μή με βασανίσῃς· ☜	
☞	8. (Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ· Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου.) ☞	29. Παρήγγελλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν· καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρρήσσων τὰ δεσμά, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους.	
	9. Καὶ ἐπηρώτα αὐτόν· Τί σοι ὄνομα; Καὶ ἀπεκρίθη, λέγων· Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν.	30. Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Τί σοι ἐστὶν ὄνομα; Ὁ δὲ εἶπε· Λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.	

Dein exprobravit Jesus Apostolis, quòd se præsente timuissent, neque sat magnam opinionem habuissent de potentia, veracitatéve Dei, ut securi essent, in procella; cùm jam tot miracula vidissent, ex quibus intelligere potuerant, quàm cùm ipse, tum illi Deo curæ essent. Illi verò, admiratione timore mistâ perculsi, à se invicem quærebant, quæ tandem esset hæc Jesu potentia, cui imperanti ventus & aqua paruerant; neque enim simile quiddam fando umquam audiverant.

Appulerunt paullò pòst ad ripam orientalem lacûs, non procul à Gadaris, quæ erat urbs Ethnica, ea in ripa, ut diximus, sita, è regione Galilææ. Cùm verò naviculâ exscendisset Jesus, occurrere illi duo viri à Cacodæmonibus dudum infessi, è vicinis sepulcris, nudi. Neque enim poterant intra ædes contineri, solebántque sepulcra illa habitare. Eos nemo catenis ullis coërcitos tenere poterat, sed transeuntes illac infestos habebant, quo fiebat ut ea via parum frequens esset. Sæpe quidem pedicis ac catenis ferreis vincti fuerant, sed eas fregerant ac divulserant, ita ut à nemine ampliùs domari possent. In sepulcris autem illis, & montosis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. VIII.	Cap. IV.	Cap. VIII.	
27. Porrò homines mirati sunt, dicentes : Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei ?	. Et timoerunt timore magno, & dicebaot ad alterutrum : Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obedunt ei ?	. Qui timentes mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis pytas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?	/
	Cap. V.		
28. Et cùm venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, ☞ occurrerunt ei duo habentes Dæmonia, de monumentis exeuntes ☞	1. ET veneront trans fretum maris, in regionem Gerasenorum. ☞ 2. Et, exeunti ei de navi, statim occurrit de monumentis homo in Spiritu immundo, ☞ 3. qui domicilium habebat in monumentis, & neqoe catenis jam quisquam poterat eum ligare : ☜	26. Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. 27. Et, cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neqoe in domo manebat, sed in monumentis. ☜	
sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam ; ☞	4. quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. 5. Et semper, die ac nocte, in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. 6. Videns autem Jesum à longè, cucurrit, & adoravit eum ;	28. Is, ut vidit Jesum, procidit ante illum,	
29. & ecce clamaverunt dicentes : Quid oobis, & tibi, Jesu Fili Dei ? ☞ Venisti hoc ante tempus torquere nos? ☞	7. &, clamans voce magnâ, dixit: Quid mihi, & tibi, Jesu Fili Dei Altissimi? Adjuro te per Deum, ne me torqoeas; ☜ 8. dicebat enim illi: Exi, Spiritus immuode, ab homine. ☞	&, exclamans voce magnâ, dixit: Quid mihi & tibi est, Jesu Fili Dei Altissimi? Obsecro te, ne me torqueas ; ☜ 29. præcipiebat enim Spiritui immundo, ut exiret ab homine; multis enim temporibus, arripiebat illum. Et vinciebatur catenis, & compedibus custoditus; & ruptis vinculis agebatur à Dæmonio in deserta.	
	9. Et ioterrogabat eum : Quod tibi nomen est ? Et dicit ei : Legio mihi nomen est, quia multi sumus:	30. Interrogavit autem illum Jesus, dicens: Quod tibi nomen est ? At ille dixit: Legio ; quia intraverant Dæmonia multa in eum.	

montosis locis noctu atque interdiu degebant, furiosorum instar vociferantes; nec prætereuntibus tantùm molesti erant, sed etiam suum ipsi corpus lapidibus tundebant. Procul autem Jesum conspicati, impellentibus Cacodæmonibus, ad eum adcurrerunt, & ad pedes ejus provoluti clamabant: quid tibi est nobiscum negotii, ô Jesu summi Dei fili? Te per Patrem tuum obtestamur, ne nos malè habeas; nondum enim venit tempus, quo nos oportet pœnas ei dare. Ne nos ante id tempus vexes. Hæc autem ore obsessorum loquebantur Cacodæmones, quòd Jesus eos juberet ex infelicibus illis hominibus egredi, quorum diuturnam calamitatem miserabatur. Jam dudum enim ab iis vexabantur, &, ut diximus, neque pedicis, neque catenis ullis cohiberi potuerant; sed iis fractis, à Cacodæmonibus in deserta agebantur. Jesus verò, ut intelligerent Apostoli infelicitatem illorum hominum, & magnitudinem beneficii quo eos afficere statuerat, quæsivit à Cacodæmonibus quænam essent eorum nomina. Responderunt sibi esse nomen Legioni, quòd multi simul utrumque illum virum insedissent;

MATTHÆUS. — CAP. VIII.

30. Ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη.

31. Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες· Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων.

32. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑπάγετε. Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ ἰδοὺ, ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν.

33. Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων.

34. Καὶ ἰδοὺ, πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

MARCUS. — CAP. V.

10. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας.

11. Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τὰ ὄρη ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη.

12. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες· Πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν.

13. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, * καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ. (ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι) *

14. Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός.

15. Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν.

16. Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων.

17. Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

18. Καὶ ἐμβάντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.

19. Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σοὺς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος πεποίηκε, καὶ ἠλέησέ σε.

LUCAS. — CAP. VIII.

31. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

22. Ἦν δὲ ἐκεῖ * ἐν τῷ ὄρει ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων * καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν· Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

33. Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην καὶ ἀπεπνίγη.

34. Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον, ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.

35. Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός· καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον, ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐφοβήθησαν.

36. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς.

37. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, ὑπέστρεψεν.

38. Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ· ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων·

39. Ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός.

JOANNES.

---

sedissent; ac vehementer orarent Jesum ne se eo tractu exire juberet, neu se in locum suppliciorum mitteret. Erat autem in eo loco, sat procul in radicibus montium, grex ingens porcorum pascentium. In eos cœperunt Cacodæmones obsecrare Jesum ut sibi ire liceret, si se ex hominibus exire cogeret; eo fortè animo ut pernicie suum Gadarenses, quorum erant, ab eo alienarent; ne curatione duorum hominum, quos liberaverat Cacodæmonibus, eorum animos sibi conciliaret, atque ad credendum Evangelio adduceret. Jesus verò, ut experimentum sumeret virtutis Gadarensium, viderétque an magis afficiendi essent jacturâ porcorum, quàm curatione hominum, & iis quæ ab ipso poterant discere; passus est Cacodæmonas suum corpora subire. Illi verò, impetu facto in pecudes, ex præruptis rupibus porcos omnes in lacum Genesarethicum præcipites egerunt, atque in aqua suffocarunt. Erant autem duo millia suum, quorum jacturam sine dubio graviter laturi erant Gadarenses. Subulci verò, subito eorum casu conspecto, terrore perculsi in urbem, & in vicinas villas confugerunt, narratúntque tractûs incolis & curationem hominum Cacæmonibus obsessorum, & perniciem

MATTHÆUS	MARCUS	LUCAS	JOANNES
Cap. VIII.	Cap. V.	Cap. VIII.	
	10. & deprecabatur eum multùm, ne se expelleret extra regionem. ☞	31. Et rogabant illum, ne imperaret illis ut in abyssum irent:	
30. Erat autem non longè ab illis ☞ grex multorum porcorum pascens.	11. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens;	32. erat autem ibi * in monte, grex porcorum multorum, pascentium *	
31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.	12. & deprecabantur eum Spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.	& rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi;	
32. Et ait illis: Ite.	13. Et concessit eis statim Jesus.	& permisit illis.	
At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. ☞	Et exeuntes Spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare * & suffocati sunt in mari ad duo millia, *	33. Exierunt ergo Dæmonia ab homine, & intraverunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. ☜	
33. Pastores autem fugerunt: & venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, & de eis, qui Dæmonia habuerant. ☞	14. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum.	34. Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in villas.	
	15. Et veniunt ad Jesum: & vident illum qui a Dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt.	35. Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Jesum, & invenerunt hominem sedentem, à quo Dæmonia exierant, vestitum ac sanâ mente ad pedes ejus, & timuerunt.	
	16. Et narraverunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei qui Dæmonium habuerat, & de porcis. ☜	36. Nuntiaverunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione. ☜	
34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu: & viso eo rogabant, ut transiret à finibus eorum. ☞	17. & rogare cœperunt eum ut discederet de finibus eorum. ☞	37. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem adscendens navim, reversus est. ☜	
	18. Cúmque adscenderet navim, cœpit illum deprecari, qui à Dæmonio vexatus fuerat, ut esset cum illo:	38. Et rogabat illum vir, à quo Dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens:	
	19. & non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.	39. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. ☜	

perniciem porcorum. Quibus auditis, ex urbe atque ex villis concursus ad Jesum factus est cupientium videre num ita res haberet, quemadmodum narraverant subulci. Itaque viderunt, non sine quodam timore, homines à Cacodæmonibus antea obsessos sedentes, vestitos, ac sui compotes; quos à Jesu curatos fuisse adstantes iis confirmarunt; addito & casu porcorum, quemadmodum à subulcis fuerat narratus. Igitur cùm res omnibus innotuisset, tota urbs effusa est obviam Jesu, cœpitque eum orare ut finibus suis excederet; summopere enim timebant Gadarenses, ne fortè aliam similem jacturam sibi crearet Intellecto hominum metu, pluris facientium opes suas quàm ejus doctrinam, Jesus naviculam iterum conscendit, ut Capernaümum rediret; cúmque jam altum petiturus esset, qui fuerant à Cacodæmonibus obsessi eum è ripa orabant, ut sibi liceret eum sequi, atque unà esse. At Jesus eos remisit domum, jussos narrare suis quanta à Deo accepissent beneficia.

MATTHÆUS.

Cap. IX.

18. Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ, ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν, ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ζήσεται.

19 Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

20. Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ·

21. Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι·

22. * Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

MARCUS.

Cap. V.

20. Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

21. Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτόν. καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.

22. Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ·

23. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, λέγων· Ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.

24. Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.

25. Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα,

26. Καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα·

27. Ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

28. Ἔλεγε γάρ· Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι.

29. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἔγνω τῷ σώματι ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

30. Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ ἔλεγε· Τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;

LUCAS.

Cap. VIII.

Καὶ ἀπῆλθε, καθ' ὅλην τὴν πόλιν, κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.

40. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν.

41. Καὶ ἰδοὺ, ἦλθεν ἀνὴρ * καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε * ᾧ ὄνομα Ἰάειρος, * καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ·

42. Ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν.

43. Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι,

44. Προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς.

45. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων

JOANNES.

Illi igitur abierunt & per totum Decapolitanum tractum miraculi famam sparserunt, atque in admirationem rapuerunt omnes quibus res innotuit.

Caput XXIX.

Curatio mulieris profluvio sanguinis laborantis, excitatio filiæ Jairi, curatio duorum cæcorum & muti à Cacodæmone obsessi.

Statim ac Jesus ad occidentalem ripam lacûs Genesaretici appulit, ingens hominum multitudo, quæ eum antea audiverat, ad eum confluxit; reditum enim ejus exspectabat, atque moræ impatiens in ripa stabat, antequàm appelleret. Itaque Jesus scaphâ egressus jam docere confluentes cœperat, sermonésque habebat de ratione, quâ discipulorum infirmiores animi essent tractandi, quales in eodem loco antea habuisse eum narravimus anni hujus initio; (*Cap.* XVII.) cùm ecce unus Præfectorum Capernaümensis Synagogæ, cui nomen erat Jairo, ad ejus pedes provolutus est; vehementer orans Jesum ut domum suam secum veniret, quò manus imponeret filiolæ, quæ jam erat moribunda, vitámque ei & valetudinem resti-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. V.	CAP. VIII.	
	20. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Jesus: & omnes mirabantur,	Et abiit, per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Jesus.	
	21. Et cùm transcendisset Jesus in navi rursum trans fretum; convenit turba multa ad eum,	40. Factum est autem cùm rediisset Jesus, excepit illum turba:	
		erant enim omnes exspectantes eum.	
CAP. IX.	& erat circa mare.		
18. Hæc illo loquente ad eos, ecce Princeps unus	22. Et venit quidam de Archisynagogis,	41. Et ecce venit vir, * & ipse Princeps Synagogæ erat: *	
	nomine Jaïrus:	* cui nomen Jaïrus,	
accessit, & adorabat eum,	& , videns eum, procidit ad pedes ejus;	* & cecidit ad pedes Jesu, rogans eum ut intraret in domum ejus,	
dicens: Domine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & vivet.	23. & deprecabatur eum multùm, dicens: Quoniam filia mea in extremis est, veni, impone manum super eam, ut salva sit, & vivat.	42. quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.	
19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, & discipuli ejus.	24. Et abiit cum illo,		
	& sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.	Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur,	
20. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,	25. Et mulier, quæ erat in profluvio sanguinis annis duodecim,	43. & mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim,	
	26. & fuerat multa perpessa à compluribus medicis: & erogaverat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deteriùs habebat,	quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari,	
	27. cùm audisset de Jesu,		
accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti ejus.	venit in turba retrò, & tetigit vestimentum ejus;	44. accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti ejus:	
21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantùm vestimentum ejus, salva ero.	28. dicebat enim: Quia si vel vestimentum ejus tetigero, salva ero.		
	29. Et confestim siccatus est fons sanguinis ejus:		
22. * Et salva facta est mulier ex illa hora.	& sensit corpore quia sanata esset à plaga.	& confestim stetit fluxus sanguinis ejus.	
	30. Et statim Jesus, in semetipso cognoscens virtutem, quæ exierat de illo, conversus ad turbam,		
	aiebat: Quis tetigit vestimenta mea?	45. Et ait Jesus: Quis est qui me tetigit? Ne-	

restitueret. His precibus permotus cœpit hominem sequi Jesus, unà cum Apostolis, magnáque aliorum hominum multitudine, quæ Jesum ipsum undequaque premebat, ita ut molesta esset. In ea autem turba, erat mulier quæ jam à duodecim annis profluvio sanguinis laborabat, & pluribus usa erat medicis ac medicamentis, opésque omnes suas ad recuperandam valetudinem frustra absumserat.

Hæc cùm audivisset à fide dignis omnis generis ægros à Jesu curari, si modò vel vestimenta ejus attingere possent, à tergo accedens fimbriam ejus pallii tetigit, apud se certò reputans se eo modo valetudinem recuperaturam; ac sanè illico est curata, animadvertitque insignem in corpore suo factam esse mutationem. Sensit etiam Jesus, ex occasione tacti sui vestimenti, factum esse miraculum; atque illico, in media eum premente turba, conversus quæsivit quis pallium suum tetigisset. Cúmque proximi se eum datâ operâ attigisse negarent, tum Petrus aliique discipuli dixerunt se non posse non mirari eam ejus quæstionem, quandoquidem à circumstante turba undique premebatur, nec ab uno quopiam, sed à pluribus simul tangebatur.

 Atqui,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. IX.	Cap. V.	Cap. VIII.	
	31. Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις· Τίς μου ἥψατο;	δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ· Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις· Τίς ὁ ἁψάμενός μου;	
		46. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἥψατό μού τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.	
	32. Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.		
	33. Ἡ δὲ γυνὴ, φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.	47. Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ, ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα.	
22. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε· Θάρσει, θύγατερ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. *	34. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· ὕπαγε εἰς εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου.	48 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Θάρσει, θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.	
	35. Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες· Ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε· τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;	49. Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ· Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον.	
	36. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ· Μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε.	50. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων· Μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.	
23. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος,	38 Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου. *	51. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν,	
	37. Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου.	οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην,	
		καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα.	
καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς, καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον,	38. * καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.	52. Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν.	
24. Λέγει αὐτοῖς· Ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει.	39 Καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς· Τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.	Ὁ δὲ εἶπε· Μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.	
Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ.	40. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ.	53. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν.	
25. Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος,	Ὁ δὲ, ἐκβαλὼν ἅπαντας,	54. Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας,	
	παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον ἀνακείμενον.		
εἰσελθὼν ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς	41. Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου, λέγει αὐτῇ· Ταλιθὰ κοῦμι· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι.	καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε, λέγων· Ἡ παῖς, ἔγειρε.	

Atqui, inquit, Jesus, quispiam me datâ operâ attigit, sensi enim in gratiam tangentis factum esse miraculum. Simul circumspiciebat, ut videret num quis rem fassurus esset. Mulier verò sentiens se deprehensam, & recuperatæ sanitatis sibi conscia, terreri cœpit hisce auditis, atque ad pedes Jesu accidens, rem, prout erat, confessa est, coram omnibus qui aderant. Quâ oratione convertit ad se Jesum, qui eam bono animo esse jussit, testatúsque est ob magnam opinionem quam de divina potentia, & beneficentia conceperat curatam fuisse, & mulierem securam abire jussit, quippe quam prorsus curatam esse libens pateretur.

Cùm etiamnum loqueretur, venerunt nonnulli ab ædibus præfecti Synagogæ, qui ei nuntiarent puellam esse mortuam, adeóque minimè opus esse vexari ampliùs Jesum, eo ad cadaver fine

MATTHÆUS. Cap. IX.

22. At Jesus conversus, & videns eam,

dixit: Confide, filia, fides tua te salvam fecit *

23. Et cum venisset Jesus in domum Principis,

& vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat:

24. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit.

Et deridebant eum.

25. Et cùm ejecta esset turba,

intravit, & tenuit manum ejus,

MARCUS. Cap. V.

31. Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?

32. Et circumspiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.

33. Mulier verò, timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

34. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit,

vade in pace, & esto sana à plaga tua.

35. Adhuc eâ loquente, veniunt ab Archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est, quid ultra vexas Magistrum?

36. Jesus autem, audito verbo quod dicebatur, ait Archisynagogo: Noli timere, tantum modò crede.

38. Et veniunt in domum Archisynagogi, *

37. Et non admisit quemquam sequi, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi.

38. * & vidit tumultum, & flentes & ejulantes multùm;

39. & ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit.

40. Et irridebant eum.

Ipse verò, ejectis omnibus,

adsumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur ubi puella erat jacens.

41. Et tenens manum puellæ, ait illi, Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge.

LUCAS. Cap. VIII.

gantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?

46. Et dixit Jesus: Tetigit me aliquis; nam ego novi virtutem de me exisse.

47. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes ejus, & ob quam causam tetigerit eum indicavit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.

48. At ipse dixit ei: Filia, fides tua salvam te fecit,

vade in pace.

49. Adhuc illo loquente, venit quidam ad Principem Synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

50. Jesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantùm, & salva erit.

51. Et, cùm venisset domum,

non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem,

& patrem & matrem puellæ.

52. Flebant autem omnes, & plangebant illam.

At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit.

53. Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset.

54. Ipse autem, tenens manum ejus, clamavit dicens: puella, surge.

JOANNES.

---

sine fructu adducto. At Jesus, his auditis verbis, vetuit mœrentem præfectum Synagogæ timere, addiditque, si modò benè sentiret de potentia ac bonitate Dei, incolumem fore puellam. Igitur domum ejus venit, comitante multitudine; sed non passus est in ædes quemquam secum ingredi, præter tres Apostolos, Petrum, Jacobum & Joannem, unà cum puellæ parentibus. Ingressus verò jam reperit illic tibicines, & omnes lugentes, ceterúmque apparatum luctûs, pro more Judaico. Quæ cùm conspexisset, negavit esse cur tumultuarentur ac lugerent, puellam enim ex somno brevi excitandam, neque hoc tempore morituram. At eum irridebant, quippe qui noverant eam animam efflasse. Attamen Jesus ex cubiculo, in quo jacebat puella, omnes exire jussit, exceptis dumtaxat ejus parentibus. Tum arreptâ jacentis manu, puella, inquit, surge. Quibus verbis prolatis, animum recepit,

MATTHÆUS. | MARCUS. | LUCAS. | JOANNES.

MATTHÆUS.

CAP. IX.

καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον.

☞

26. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην.

27. Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κράζοντες, καὶ λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ Δαβίδ.

28. Ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναὶ, Κύριε.

29. Τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων· Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.

30. Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω.

31. Οἱ δὲ ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ.

32. Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ, προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον.

33. Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες· Ὅτι οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ.

34. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον· Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

CAP. XIII.

54. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ,

MARCUS.

CAP. V.

☞

42. Καὶ εὐθέως ἀνέστη τὸ κοράσιον,

καὶ περιεπάτει. ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα· *

43. * καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

42. • καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ·

43. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ, ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο· •

☜

CAP. VI.

1. ΚΑὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ· καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

LUCAS.

CAP. VIII.

55. Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς,

καὶ ἀνέστη παραχρῆμα·

☜

καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

56. Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

☜

JOANNES.

---

cepit, atque illico ſurrexit puella, erat enim annos duodecim nata. Deinde Jeſus, ne fortè quis exiſtimaret magicas has eſſe præſtigias, juſſit illi cibum dari, quò magis eam vivere ac valere conſtaret. Rem videre non potuerunt parentes, ſine ſumma admiratione, maximóque gaudio; & ita erant erga Jeſum animati, ut ſparſuri è veſtigio fuiſſent tanti miraculi famam; niſi evulgari disertè vetuiſſet; ne majores, quàm neceſſe erat; hominum ad ſe concurſus fierent.

Attamen rei fama per totum illum tractum pervagata eſt, unde multi colligebant eum eſſe Meſſiam; cúmque illinc abiret, ſequuti eum ſunt duo cæci, magnâ voce clamantes: miſerere noſtri, proles Davidis, donec domum, in qua diverſabatur, veniſſet; ubi quæſivit ab iis Jeſus an ſatis magnificè de divina potentia ſibi collata ſentirent, ut crederent à ſe poſſe ipſis oculorum uſum reſtitui. Reſponderunt verò illi, ſe credere; quod cùm profeſſi eſſent, Jeſus tetigit eorum oculos & dixit velle ſe eos, quandoquidem ita de ſe ſentiebant, curari. Ecce verò ſtatim viſum recuperarunt. Quod cùm maximum eſſet miraculum, Jeſus, ob cauſam antea memoratam, cùm præſertim eum appellatione Meſſiæ ſalutaſſent, vetuit eos illud promulgare. At illi e conſpectu ejus egreſſi linguæ minimè temperarunt; cùm exiſtimarent officii ſui eſſe, minimè tacere quod benefactori ſuo uſque adeò honorificum erat.

Paullò pòſt Jeſu oblatus eſt vir à Cacodæmone vexatus, proptereáque mutus factus. Jeſus verò,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. IX.	CAP. V.	CAP. VIII.	
	☞	55. Et reversus est spiritus ejus,	
& surrexit puella.	42. Et confestim surrexit puella,	& surrexit continuò;	
☞	& ambulabat; erat autem annorum duodecim *	☞	
	* & dixit dari illi manducare.	& jussit illi dari manducare.	
	* & obstupuerunt stupore magno.	56. Et stupuerunt parentes ejus,	
	43. Et præcepit illis vehementer ut nemo id sciret;	quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.	
26. Et exiit fama hæc in universam terram illam.	☞	☞	
27. Et transeunte inde Jesu, sequuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, Fili David.			
28. Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine.			
29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem vestram fiat vobis.			
30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Jesus, dicens: Videte ne quis sciat.			
31. Illi autem, exeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa.			
32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum Dæmonium habentem.			
33. Et ejecto Dæmonio, loquutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israel.			
34. Pharisæi autem dicebant: In Principe Dæmoniorum ejicit Dæmones.			
CAP. XIII.	CAP. VI.		
54. Et, veniens in patriam suam,	1. ET egressus inde, abiit in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui:		

verò, ejus misertus, jussit Cacodæmonem hominis corpore exire, eóque illico parente, qui ab eo infessus fuerat loqui cœpit. Quod Dæmonii genus, cùm difficillimè ejici soleret corpore quod invaserat, mirabatur multitudo Cacodæmonem hunc verbo fuisse exturbatum, negabatque umquam simile quidquam factum apud Judæos. At Pharisæi, quorum plerique Jesu erant infensissimi, conabantur persuadere populo, à Jesu Dæmonia ejici potestate à Cacodæmonum principe acceptâ; ac proinde eum esse Magum, non Prophetam.

CAPUT XXX.

Jesus Nazarethum proficiscitur, & propter humilem sortem à popularibus Propheta esse non creditur. Vicina loca docendo peragrat, & Apostolos mittit, ac mandatis instruit; quibus auditis, proficiscuntur.

JESUS verò, cùm ante annum Nazarethæ per breve dumtaxat tempus fuisset, quòd eum populares è rupe præcipitem dare voluissent, (*Cap. XIV.*) nedum ut doctrinam ejus amplecterentur; sedatâ spatio temporis eorum irâ, & comparatâ tot miraculis postea editis majore famâ, eò redire voluit, ut eos iterum ad saniorem mentem revocaret.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XIII.	Cap. VI.		

MATTHÆUS. Cap. XIII.

ἐδίδασκεν αὐτοὺς, ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν· Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις;

55. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας;

56. Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι;

πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;

57. Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ·

58. Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς,

διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Cap. IX.

35. Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς

τὰς πόλεις πάσας καὶ

τὰς κώμας, διδάσκων

ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

36. Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι, ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.

37. Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.

38. Δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

MARCUS. Cap. VI.

2. Καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν. καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες· Πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις

τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται;

3. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος;

καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς;

Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

4. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

5. Καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι.

εἰ μὴ ὀλίγοις ἀρρώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε.

6. Καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Καὶ περιῆγε

τὰς κώμας κύκλῳ, διδάσκων.

Igitur profectus cum Apostolis Nazaretham se contulit, & die quidem Sabbathi Synagogam ingressus, cum populo cœpit agere de legibus & promissis Regni Cœlorum. Audientes plurimi mirabantur qui posset fieri ut tantâ sapientiâ loqueretur, & tot ac tanta miracula ederet, quot & quanta constante famâ celebrabantur. Quærebant ergo ab aliis alii annon idem ille faber esset fabri Josephi filius, qui Nazarethæ educatus fuerat? Annon matri ejus Mariæ nomen esset? Annon consobrini ejus essent Jacobus, Joses, Simon & Judas, alius Mariæ filii; & consobrinæ ejus omnes etiamnum Nazarethæ habitarent? Unde ergo tantam eruditionem, vit ex paupercula familia ortus & Nazarethæ per tot annos commoratus, sibi comparare potuisset? Quare nullus Nazarenorum ei fidem habuit; qua de causa, Jesus usus iterum est vetere dicto, quod jam Nazarethæ ante annum, audientibus & indignantibus popularibus, usurpaverat, *nullo in loco Prophetam minoris fieri, quàm in patria sua.* Itaque cùm homines minimè adducerentur iis quæ de illo compererant, ut dictis ejus crederent; non oblata est Christo occasio edendorum illic multorum miraculorum, quæ non solebat facere nisi in

MATTHÆUS.

Cap. XIII.

docebat eos in Synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & virtutes?

55. Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas?

56. Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?

57. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.

58. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

Cap. IX.

35. Et circuibat Jesus omnes civitates, & castella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

36. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & jacentes sicut oves non habentes Pastorem.

37. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci.

38. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

MARCUS.

Cap. IV.

2. Et facto Sabbato cœpit in Synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Unde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur?

3. Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Jacobi, & Joseph, & Judæ, & Simonis? Nonne & sorores ejus hic nobiscum sunt?

Et scandalizabantur in illo.

4. Et dicebat illis Jesus: Quia non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.

5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit:

6. & mirabatur propter incredulitatem eorum,

& circuibat castella in circuitu docens.

LUCAS.

JOANNES.

---

in gratiam credentium. Attamen paucos ægros sibi oblatos, impositione manuum, curavit, nec aliud illic miraculum edidit, propter hominum contumaciam; quæ ei stupenda meritò videbatur, cùm nihil esset quod ei objicerent, præter familiæ paupertatem.

Igitur in alias Galilææ partes profectus Jesus, urbes & pagos circumibat, ut ubique spargeret faustum nuntium instantis Regni Cœlestis; eadémque operâ curabat omnes ægros, qui ei offerebantur. Interea ingens hominum multitudo eum sequebatur, quocumque iret; quam conspicatus miserabatur, quòd ei videretur referre gregem ovium pastore destitutum ac propterea palantem & vagum, neque caulam petentem. Ac sanè plebs Judaïca à Sadducæis illinc, hinc à Pharisæis distracta, quid fugeret, aut quid sequeretur non satis norat, & dubia huc illuc agebatur, quòd nondum nosset vocem pastoris à Deo missi. Quod cùm animo agitaret Jesus, dixit Discipulis multas esse segetes maturas, sed perpaucos messores; itaque orandum dominum segetum illarum, ut multos messores mitteret. Erant enim non pauci parati excipere cœlestem doctrinam, si modò iis suppeterent, tempore & loco opportuno, magistri.

 Cùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
CAP. X.	CAP. VI.	CAP. IX.	
1. Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτά, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.	7. Καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα, ☜ ☞	1. Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.	
2. Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ·	☜	☜	
3. Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος·			
4. Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν.			
5. Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, ☞ παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε.	καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο·	2. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ☜	
6. Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.			
7. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες· Ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.	☜ ☞	κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ,	
8. Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.	καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων.	καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας. ☜	
9. Μὴ κτήσησθε χρυσόν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν.	8. Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν·	3. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον· μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.	
10. Μὴ πήραν εἰς ὁδόν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον, ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.	9. Ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. ☜	☜	
11. Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι, κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε.	10. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ☜ ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν.	4. Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ☜ ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.	
12. Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν.	☜	☜	

Cùm hæc dixisset Jesus, neque posset ipse adesse in omnibus locis, in quibus expediebat nuntiari Evangelium, consilium cepit mittendi Apostolos suos quaquaversùm, dum ipse alia loca obiret. Itaque eos ad se vocatos instruxit potestate ejiciendorum corporibus humanis Cacodæmonum, & curandorum quorumvis morborum. Nomina Apostolorum antea jam recensuimus, (*Cap. XX.*) nec ea repeti necesse est. Hos ergo Apostolos cùm Jesus vellet binos mittere, hæc mandata eis dedit, &, cavete, inquit, vobis hoc primo itinere, quod erit veluti muneris vestri tirocinium, ne eatis in ullam urbem Ethnicam aut Samariticam; sed ad solos ite Judæos, ut eos, quasi oves errantes, reducatis ante omnia ad meum ovile. Dicite illis jam instare Regnum Cœleste, cujus beneficiorum participes si esse velint, oportere ut sanctiùs posthac vivant. Utque intelligant vos, non fine Dei Numine, ad se venisse, ægros quosvis curate, leprosos mundate, mortuos excitate, Cacodæmonas ejicite. Horum omnium vobis potestatem facio, eâ tamen lege, ut eam gratis à me acceptam absque ulla mercede exerceatis.

MATTHÆUS. Cap. X.	MARCUS. Cap. VI.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES. Cap.
1. ET convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.	7. Et vocavit duodecim:	1. Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia Dæmonia, & ut languores curarent.	
2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus.			
3. Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus; Philippus, & Bartholomæus; Thomas, & Matthæus publicanus; Jacobus Alphæi, & Thaddæus.			
4. Simon Chananæus, & Judas Isariotes, qui & tradidit eum.			
5. Hos duodecim misit Jesus:	& cœpit eos mittere binos,	2. Et misit illos	
præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis.			
6. Sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domûs Israël.			
7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cœlorum.		prædicare Regnum Dei,	
8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, Dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.	& dabat illis potestatem Spirituum immundorum:	& sanare infirmos.	
9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: 10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam;	8. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm: non peram, non panem, neque in zona æs; 9. sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis.	3. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque duas tunicas habeatis.	
dignus enim est operarius cibo suo.			
11. In quamcumque autem civitatem aut castellum intraveritis,	10. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum,	4. Et in quamcumque domum intraveritis,	
interrogate, quis in ea dignus sit:			
& ibi manete, donec exeatis.	illic manete, donec exeatis inde:	ibi manete, & inde ne exeatis.	
12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.			

ceatis. Proficiscimini autem è vestigio, nec sumite in cingulis vestris, viatici causâ, ullam pecuniam, nullos ferte victus, nullas vestes, nec ullos alios calceos, itineris gratiâ, comparate. Qui scipiones habent, cum iis solis iter ingrediantur; qui nullos habent, ne differant iter ut eos sibi comparatum eant. Ii enim quibus nunciabitis Evangelium dabunt operam, Deo rem curante, ne quid necessarium vobis desit; cùm æquum sit operario minimùm necessaria tribui, quemadmodum vulgari fertur proverbio.

Cùm verò in urbem, aut in pagum veneritis, inquirite an sint illic homines religiosi, Regnum Cœleste Messiæ exspectantes; atque ab aliquo ejusmodi viro hospitio excepti apud eum tamdiu diversamini, si per eum licet, quamdiu in eo oppido, pagóve commorabimini, ne mutatione hospitii animum ejus à vobis alienetis. Cùm verò primùm domum quampiam ingrediemini, omnia ei fausta adprecamini.

MATTHÆUS. — Cap. X.

13. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ᾽ αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.

14. Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν.

15. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

16. Ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

17. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς.

18. Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

19. Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε.

20. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

21. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

22. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

23. Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

MARCUS. — Cap. VI.

11. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

LUCAS. — Cap. IX.

5. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε, εἰς μαρτύριον ἐπ᾽ αὐτούς.

JOANNES.

Si digna sit cui ei obveniant, quæ vos precati fueritis, tum verò Deus preces vestras exaudiet; sin minùs, preces illæ, ad eam quidem domum quod attinet, irritæ fient, sed aliàs eventum sortientur. Quando verò oppidum quodpiam, aut domus vobis hospitium negaverit, aut vos Evangelium nuntiantes indignos qui audiremini, aut quibus obsequeretur judicaverit; abeuntes excutite in eam urbem, domùmve, pulverem calceorum vestrorum illic contractum; quod signum erit vos nolle quidquam vobis esse commune cum impiis illis hominibus, nec pulvisculum quidem, qui ad eos pertineat, retinere velle. Scitote autem Sodomenses & Gomorrenses leviores daturos Deo pœnas, die judicii; quàm eos qui vos indignos auditu censuerint, vel auditos aspernati fuerint.

Mitto nunc vos, & posthac solenniùs sum missurus, quasi oves ad lupos, hoc est, homines innocuos ad gentes crudelissimas. Quamobrem prudentes vos esse apud eas oportet, ne contumaces nimium in vos irritetis liberioribus castigationibus, aut veritatis iis invisæ intempestivis explicationibus; at ita tamen ut ne, prudentiâ in calliditatem conversâ, vitiis faveatis, aut veritatem prodatis. Conjungenda vobis est prudentia serpentium, ut ita loquar, cum simplicitate columbarum. Diligenter vobis cavete ab insidiis Judæorum; vos enim, propter Evangelii prædicationem, trahent in jus, & Synedria Judaica vos flagris propterea afficiendos judicabunt. Quin & ad Præsides, Imperatorésque Romanos, rationem dictorum reddituri & causam

MATTHÆUS. Cap. X.	MARCUS. Cap. VI.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES.
13. Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.			
14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. ☞	11. Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. ☞	5. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. ☞	
15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quàm illi civitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oves, in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 17. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos: 18. & ad Præsides & ad Reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. 19. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. 20. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. 21. *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient: 22. & eritis odio omnibus propter nomen meum; qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. 23. Cùm autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam: Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel donec veniat Filius hominis.			

sam capitis dicturi, mea causâ ducemini. Quomodo fiet ut cùm apud Judæos, tum etiam apud Ethnicos latiùs spargatur Evangelium. Tunc temporis, ne anxii sitis quâ oratione, apud judices, sitis usuri, neque quia eloquentiâ destituti estis timidiores sitis; eo enim tempore, Spiritûs Sancti afflatu, quid vobis respondendum sit accipietis; neque vos verba facietis antea meditati ut oratores, sed subito motu Spiritûs Patris vestri Cœlestis oratio vobis suppeditabitur. Doctrinæ à vobis acceptæ occasione, frater Judaïcis aut Ethnicis institutis pertinaciter adhærens fratrem suum mihi credentem capitis accusabit. Quin & pater incredulus liberos suos ad tribunalia trahet, causam capitis dicturos, eò quòd fidem mihi habuerint; & vice versâ pertinaces liberi reos agent parentes doctrinam meam amplexos. Omnes vos odio habebunt, & malè mulctabunt, quòd discipuli mei sitis ac dicamini; at quisquis, spretis omnium mortalium odio, & injuriis ad mortem usque discipulum se meum constanter præstabit ac profitebitur, is vitam æternam consequetur. Cùm verò vos Judæi, in urbe quapiam Palæstinæ, inimicè insectabuntur, fugite, si liceat, in aliam; ac scitote antequàm omnes Palæstinæ urbes peragraveritis fugientes injurias Judæorum, me ultorem vestrum adventurum.

Vulgari

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. X.

24. Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν Κύριον αὐτοῦ.

25. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ Κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ;

26. Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς· οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

27. Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.

28. Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

29. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν. ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν;

30. Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί.

31. Μὴ οὖν φοβηθῆτε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς.

32. Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ, ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

33. Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

34. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.

35. Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς.

36. Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ.

Vulgari proverbio fertur, discipulum pluris non faciendum quàm magistrum, neque servum quàm herum; satisque habere oportere discipulum, si deterius magistro, servum si pejus hero non excipiatur. Si ergo Beelzebuli Cacodæmonum principi tribuerunt Pharisæi mea miracula, méque ab eo insessum esse dictitarunt; quantò magis vos discipulos ac ministros meos similibus adpetent calumniis? Ne tamen timete ejusmodi insimulationes, neque enim eorum fraudes, vestráque innocentia semper occultæ manebunt. Nihil est, mihi credite, tam occultum quod aliquando non pateat, neque quidquam tam arcanum quod non tandem innotescat. Ideò & quod nunc vos doceo privatim, hoc publicè proloquimini; & quod ore auribus vestris admoto vobis dico, id è tectis, ut ita dicam, domorum ab omnibus audiendum promulgate.

Nec timete homines, qui corpus quidem vestrum occidere possunt, sed eo dissoluto de animis similes ullas pœnas nequeunt repetere. Eum solum reveremini, cui & animi & corpora, post hanc vitam, in loco suppliciorum pœnas dabunt. Divina Providentia, interea dum officio vestro fungemini, vestri curam geret; cùm nihil eam fugiat, aut eâ invitâ fiat. Scitote enim, cùm duo passerculi exiguo ære veneant, ne unum quidem eorum, ignorante, aut nolente Deo, occidi. Vestrum verò, qui non modò homines, sed & nuntii mei estis, multò

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. X.

24. Non est discipulus super magistrum, nec servus super Dominum suum.

25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; & servus sicut Dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quantò magis domesticos ejus?

26. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur.

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

29. Nonne duo passeres asse veneunt? & unus ex illis non cadet super terram, sine Patre vestro.

30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.

31. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est:

33. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.

34. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium.

35. Veni enim separare hominem adversùs patrem suum, & filiam adversùs matrem suam, & nurum adversus socrum suam.

36. Et inimici hominis, domestici ejus.

---

tò intentiorem curam gerit, ita ut dicere queam numerum pilorum vestrorum Deo esse notum, nec minui clam eo & repugnante posse; hoc est, vobis ne minimam quidem rem contingere inscio aut invito ejus Numine. Ne ergo timeatis, nam qui curat passerculos, idem omnia quæ ad vos pertinebunt moderabitur, cùm multò pluris quàm passeres vos faciat. Quisquis se meum discipulum constanter dictis ac factis profitebitur, coram hominibus, quodcumque periculum immineat; is à me, coram Patre meo cœlesti, pro meo agnoscetur. Quisquis verò, vitandæ vexationis causâ, negabit se esse discipulum meum coram hominibus, dictis aut factis; is à me, coram Patre meo Cœlesti, repudiabitur. Ne putate, iis quæ vos doceo per terrarum orbem sparsis, fore ut homines, compositis omnibus litibus, & depositis inimicitiis, prout mea doctrina suadet, amicè inter se agitent. Pro pace, quam usque adeò præcipio vobis, nequitiâ hominum continget ut Evangelium meum fiat occasio gravissimorum dissidiorum, haud aliter quàm si id in terras attulissem eo animo ut æternam discordiam inter homines alerem. Nam, ut jam dixi, Evangelii causâ liberi dissidebunt à parentibus, nurus à socrubus, & conjunctissimi quique graves inimicitias inter se exercebunt. Quin & servi in heros suos propterea insurgent, atque eos hostiliter insectabuntur.

MATTHÆUS	MARCUS	LUCAS	JOANNES

MATTHÆUS

CAP. X.

37. Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

38. Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

39. Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

40. Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

41. Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται.

42. Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

CAP. XI.

1. ΚΑὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν, τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν. ☞

MARCUS

CAP. VI.

12. Καὶ ἐξελθόντες ☞ ἐκήρυσσον ☜ ἵνα μετανοήσωσι·

13. Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον· καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον.

LUCAS

CAP. IX.

6. Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

JOANNES

Anni Secundi Præconii Christi **FINIS.**

At quicumque patris aut matris gratiam præferet meis præceptis, eum indignum qui discipulus meus dicatur judicabo. Quicumque itidem malet filii aut filiæ amorem illibatum sibi servare, quàm mihi obsequi, nec eum dignum esse censebo, qui discipulus meus vocetur. Quicumque hoc secum non statuit, quasvis sibi subeundas esse indignitates ac calamitates, potius quàm à me deficiat, eadem viâ patientiæ præeunte, non poteſt in discipulorum meorum numero haberi. Imò & quisquis consulturus vitæ suæ præcepta mea abnegabit, persæpe eâ mulctabitur; contra verò qui, spe vivendi insuper habitâ, se meum forti animo profitebitur, persæpe eâ ratione vitæ suæ consulet.

Quisquis vobis exceptis, ut nuntiis à me missis, fidem habebit, eodem loco hanc fidem ejus habebo, ac si me ipsum excepisset, & fide dignum judicasset. Quisquis verò mihi crediderit, is Patri Cœlesti, qui me misit, fidem habuisse censebitur. Quicumque Prophetam à me mis-

sum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. X. 37. Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 38. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. 39. Qui invenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. 40. Qui recipit vos, me recipit: &, qui me recipit, recipit eum qui me misit. 41. Qui recipit Prophetam, in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet: 42. & quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm, in nomine discipuli amen dico vobis, non perdet mercedem suam. CAP. XI. 1. ET factum est, cùm consummasset Jesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret & prædicaret in civitatibus eorum.			
	CAP. XI. 12. Et exeuntes ✡ prædicabant ut pœnitentiam agerent: 13. & Dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.	CAP. IX. 6. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes ✡ & curantes ubique.	

Anni Secundi Præconii Christi FINIS.

sum pro vero Propheta habuerit, dignúmque eo nomine existimarit, quantumvis propterea ei immineat periculum; ille à me eodem præmio donabitur, ac ipse Propheta. Quicumque bonum virum pro bono viro habuerit, & eo nomine impavidè vocitarit, quantacumque subeunda ideò sit invidia, idem præmium à me feret quod bonus ille vir, si constanter virtutem colere pergat, accepturus est. Quicumque vilissimo etiam munusculo minimum meorum discipulorum, ideò quia discipulus meus est, donarit; ne is quidem indonatus à me abibit.

Cùm Jesus absolvisset mandatis instruere Apostolos, binósque in diversa loca misisset, ipse quoque in alium tractum se contulit; ut oppidatim nuntiaret instare Regnum Dei, ejúsque leges ac præmia populo aperiret. Apostoli etiam vicatim euntes & quaquaversùm idem nuntiantes ad morum emendationem Judæos studiosè hortabantur. Præterea, pro facultate à Magistro accepta, Cacodæmonas è corporibus humanis ejiciebant, & multos ægros oleo inunctos curabant.

MATTHÆUS.

CAP. XIV.

6. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου,

ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ.

7. Ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται.

8. Ἡ δὲ, προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς,

Δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

9. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι·

10. Καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

11. Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς·

12. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό·

καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ.

1. ἘΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ

2. Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ· Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν,

καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.

MARCUS.

CAP. VI.

21. Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας.

22. Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ· Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοί.

23. Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ· Ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοὶ, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου.

24. Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα, εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς· Τί αἰτήσομαι; Ἡ δὲ εἶπε· Τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

25. Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο, λέγουσα· Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

26. Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι·

27. Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

28. Ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς.

29. Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦλθον καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν μνημείῳ.

14. Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης (φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ)

καὶ ἔλεγεν· Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη,

καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.

LUCAS.

CAP. IX.

7. Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα,

καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν.

JOANNES.

CAPUT XXXI.

Annus Tertius Præconii Christi. Mors Joannis Baptistæ ab Herode occisi. Judicia Herodis, ejúsque aulicorum de Jesu.

CIRCA initium tertii anni, ex quo Jesus Evangelium Judæis nuntiare cœperat, cùm Herodes Tetrarcha Galilææ natalem suum celebraret, & ad convivium vocasset purpuratos omnes suos, ducésque copiarum quas alebat, & totius Galilææ proceres, ac illi convivati essent, triclinium ingressa est Salome, filia Herodiadis, quam ex priore viro Philippo pepererat; atque ita saltavit, itáque placuit cùm ceteris convivis, tum etiam ipsi Herodi, ut puellam juberet petere à se quidquid vellet, securam impetrandi. Confirmavit etiam jurejurando, si vel dimidiam partem regni peteret, se eam illi daturum. Illa verò ex tempore quidem nihil petiit, sed è triclinio egressa ad matrem ivit, ut ex ejus consilio quidpiam ab Herode peteret. Herodias dudum Joanni, ut diximus, infensa occasionem illico arripuit, &, pete, inquit, à patruo tuo caput Joannis Baptistæ in lance confestim tibi dari. Cui consilio

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XIV.	Cap. VI.		
6. Die autem natalis Herodis ☞	21. Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ;		
saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. ☞	22. cúmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simúlque recumbentibus; Rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi:		
7. unde cum juramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo.	23. & juravit illi. Quia qnidquid petieris dabo tibi: licèt dimidium Regni mei.		
8. At illa præmonita à matre sua,	24. Quæ, cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Joannis Baptistæ.		
Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistæ.	25. Cúmque introisset statim cum festinatione ad Regem, petivit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ.		
9. Et contristatus est Rex: propter juramentum autem, & eos qui pariter recumbebebant, jussit dari.	26. Et contristatus est Rex: propter jusjurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare:		
10. Misítque & decollavit Joannem in carcere. ☞	27. sed misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere,		
11. Et allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ.	28. & attulit caput ejus in disco. & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.		
12. Et accedentes discipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud:	29. Quo audito, discipuli ejus venerunt, tulerunt corpus ejus: & posuerunt illud in monumento.		
& venientes nunciaverunt Jesu.	☜		
		Cap. IX.	
1. IN illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu.	14. Et audivit Rex Herodes, (manifestum enim factum est nomen ejus)	7. Audivit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quòd diceretur à quibusdam:	
2. Et ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mortuis,	& dicebat: Quia Joannes Baptista resurrexit à mortuis,	quia Joannes surrexit à mortuis:	
& ideo virtutes operantur in eo.	& propterea virtutes operantur in illo.	☜	

obsequuta puella in triclinium rediit, & caput Joannis sibi in lance illico dari poposcit. Doluit quidem Herodes rem à se peti, optásetque aliud petitum fuisse à puella; attamen jurisjurandi & accumbentium reverentiâ ductus, non ausus est negare, ne leviter jurasse, aut perjurus esse videretur. Igitur è vestigio jussus spiculator ire in carcerem, obtruncare Joannem, ejúsque caput afferre. Imperium exsequutus spiculator caput Joannis in carcere recisum, in lance, attulit & puellæ dedit; quod acceptum ad matrem tulit, quæ oculos, crudeli spectaculo sanctissimi atque innocentissimi viri capitis, pavit. At Joannis discipuli, morte Magistri auditâ, Machæruntem iverunt, cadavérque ejus ab Herode impetratum sepulcro condiderunt; quo facto, rem Jesu renunciarunt, quem sciebant à Magistro pro Messia habitum fuisse.

Cùm illo tempore celebrior facta esset Jesu fama, ad aures Herodis tandem pervenit; cúmque nonnulli suspicarentur Jesum esse Joannem ipsum, qui à Deo excitatus fuerat è mortuis, Herodes hanc suspicionem probavit, dixitque aulicis se existimare re verâ Joannem è mortuis excitatum, nomine Jesu, Palæstinam peragrare, ideóque tot miracula ab eo fieri.

 Aliis

MATTHÆUS.

Cap. XIV.

13. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων.

14. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶδε πολὺν ὄχλον·

καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς,

καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν.

MARCUS.

Cap. VI.

15. Ἄλλοι ἔλεγον, Ὅτι Ἡλίας ἐστίν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Ὅτι προφήτης ἐστίν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν.

16. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης, εἶπεν, Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην,

οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν·

30. Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.

31. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί· καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν.

32. Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν·

33. Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί· καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτούς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.

34. Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον,

καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς,

ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα·

καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.

LUCAS.

Cap. IX.

8. Ὑπό τινων δέ, ὅτι Ἡλίας ἐφάνη· ἄλλων δέ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

9. Καὶ εἶπεν ὁ Ἡρώδης· Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα·

τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα;

Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

10. Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν·

καὶ παραλαβὼν αὐτούς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον

πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

11. Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

καὶ δεξάμενος αὐτούς,

ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ,

καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας, ἰᾶτο.

JOANNES.

Cap. VI.

1. Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς

πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος.

2. Καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς,

ὅτι ἑώρων αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων.

3. Ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

4. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα, ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.

Aliis verò videbatur esse potiùs Elias Thisbites, quem ante advehtum Messiæ sperabant Judæi venturum, ex pravè intellecto Malachiæ vaticinio. Alii censebant esse alium Prophetam, & nonnulli quidem unum ex veteribus, qui è mortuis resurrexerat. Herodes verò, cùm rem apud animum suum reputaret, in eam quam diximus, suspicionem propendebat, ex qua existimabat Joannem esse, quem obtruncari curaverat, & qui è mortuis excitatus fuerat; qua de causa vehementer cupiebat Jesum videre, ut ex ejus conspectu rem dijudicaret, sed Jesus se ei conspiciendum minimè præbuit.

Caput XXXII.

Reditus Apostolorum. Miraculum, quo quinque hominum millibus convivium præbetur quinque panibus & duobus piscibus. Jesus in lacu Genesarethico ambulat, ventum sedat; & varios agros curat.

Non multò pòst, duodecim Apostoli, quos Jesus miserat quaquaversùm Evangelium nuntiaturos, ad eum redierunt, ad lacum Genesarethicum narrarùntque omnia facta & dicta sua, tum etiam quis fuisset primæ illius suæ prædicationis successus. Quibus auditis, Jesus jussit eos secum venire, seorsim ab omnibus aliis, in solitudinem quamdam, ut illic aliquantùm quiescerent,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XIV.	Cap. VI.	Cap. IX.	
	15. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii verò dicebant: Quia Propheta est, vel quasi unus ex Prophetis.	8. à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia Propheta unus de antiquis surrexit.	
	16. Quo audito, Herodes ait: Quem ego decollavi Joannem,	9. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: Quis est autem iste, de quo ego talia audio?	
	hic à mortuis resurrexit.	Et quærebat videre eum.	
	30. Et convenientes Apostoli ad Jesum, renuntiaverunt, & omnia, quæ egerant, & docuerant.	10. Et reversi Apostoli narraverunt illi quæcumque fecerunt.	
	31. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillùm. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant.		Cap. VI.
13. Quod cùm audisset Jesus, secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum:	32. Et, adscendentes in navim, abierunt in desertum locum seorsum:	Et adsumptis illis secessit seorsum in locum desertum,	1. Post hæc abiit Jesus
		qui est Bethsaidæ.	trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.
& cùm audissent turbæ, sequutæ sunt eum pedestres de civitatibus.	33. & viderunt eos abeuntes, & cognoverunt multi: & pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos.	11. Quod cùm cognovissent turbæ, sequutæ sunt illum,	2. Et sequebatur eum multitudo magna,
			quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.
14. Et exiens vidit turbam multam,	34. Et exiens vidit turbam multam Jesus:		
		& excepit eos,	
& misertus est eis,	& misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes Pastorem,		
	& cœpit illos docere multa.	& loquebatur illis de Regno Dei,	
& curavit languidos eorum.		& eos, qui cura indigebant, sanabat.	
			3. Subiit ergo in montem Jesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. 4 Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.

cerent. Dum enim in locis frequentioribus cum illis versabatur, tantus fiebat hominum concursus, & tantus numerus ægrorum curandorum ei offerebatur, ut ne tempus quidem cibo sumendo vacuum suppeteret. Itaque naviculâ conscensâ, navigarunt ad ripam orientalem lacûs Genesarethici, in desertum tractum agri Bethsaidensis. At multitudo magna hominum ex vicinis urbibus, qui quò irent animadvertit, pedestri itinere properè lacum circumivit, trajectóque Jordane, ad eum locum se contulit & obviam ivit Jesu; multi enim, conspectis miraculis, quibus ægros innumeros curaverat, ab eo vix poterant avelli. Quos cùm videret Jesus nave egressus, quamvis turbam voluisset fugere, homines, ut solebat, benignè excepit; cum enim miserebat eorum sortis, cùm apud se reputabat, discendi quidem in iis multos esse cupidos, sed neminem esse inter eos qui sacrarum litterarum studium profitebantur, apud Judæos; qui eos salutari doctrinâ, ut par erat, imbueret, adeò ut non malè possent conferri cum grege ovium, cui nullus esset pastor. Igitur, pro more suo, cœpit multa eos docere, ad Cœleste Regnum Messiæ pertinentia; & ægros, qui ei oblati sunt, curavit. Deinde in montem adscendit, atque illic, cum Discipulis suis, consedit. Eo autem anni tempore, non procul aberat Pascha, Judaicorum festorum celeberrimum, quod in vernam tempestatem incidit.

MATTHÆUS. Cap. XIV.	MARCUS. Cap. VI.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES. Cap. VI.
15. Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα.	35. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν· Ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή. 36. Ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν.	12. Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα, εἶπον αὐτῷ. • ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν. Ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγρούς, καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν· *	
			5. Ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ θεασάμενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτόν, λέγει πρὸς τὸν Φίλιππον· Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι; 6. (Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν.) 7. Ἀπεκρίθη αὐτῷ Φίλιππος· Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ.
16. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.	37. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν· Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους, καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν; 38. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Πόσους ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε.	13. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· • εἰ μή τι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα·	
17. Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους καὶ δύο ἰχθύας.	Καὶ γνόντες, λέγουσι· Πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.	* Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες,	8. Λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου· 9. Ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;
18. Ὁ δὲ εἶπε· Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. 19. Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι	39. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια	14. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.	10. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν.
ἐπὶ τοὺς χόρτους,	ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ.		Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ.
	40. Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα.	15. Καὶ ἐποίησαν οὕτω, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.	

Cùm verò advesperasceret, nec multitudo quæ eò confluxerat dilaberetur, quòd Jesus etiamnum doceret; Apostoli eum monuerunt, cùm locus, in quo erant, desertus esset, horáque diei sera, tempus esse dimittendæ multitudinis, ut in vicinis pagis, villisque sibi comparare posset cibum. Tunc temporis Jesus circumspiciens multitudinem, ingentémque esse animadvertens, à Philippo quæsivit annon alicunde possent comparari panes, qui ei hominum numero sufficerent eâ vesperâ. Ita autem loquebatur Jesus, non quòd apud se de emendis tot panibus deliberaret, statuerat enim facere quod postea narrabimus, sed ut exploraret responsum Philippi; qui illico reposuit, si ducentis denariis panes emerentur, vix satis fore, ut unusquisque eorum qui aderant tenuissimum frustulum accipere posset. Jesus verò ad ceteros Apostolos conversus, vos, inquit, date huic multitudini quod edat. At illi, an vis, inquiunt,

MATTHÆUS. Cap. XIV.	MARCUS. Cap. VI.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES. Cap. VI.
15. Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit:	35. Et, cùm jam hora multa fieret, accesserunt discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus hic, & jam hora præteriit:	12. Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi: * quia hic in loco deserto sumus.	
dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas.	36. dimitte illos, ut euntes in proximas villas & vicos emant sibi cibos, quos manducent.	Dimitte turbas, ut euntes in castella villásque, quæ circa sunt, divertant, & inveniant escas. *	
			5. Cùm sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? 6. Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat quid esset facturus. 7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.
16. Jesus autem dixit eis; Non habent necesse ire: date illis vos manducare.	37. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare.	13. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare.	
	Et dixerunt ei: Euntes emamus	At illi dixerunt: *	
		nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas;	
	ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare? 38. Et dicit eis: Quot panes habetis? Ite, & videte.		
			8. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas, frater Simonis Petri:
17. Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces.	Et cùm cognovissent, dicunt: Quinque, & duos pisces.	* Non sunt nobis plusquàm quinque panes, & duo pisces:	9. Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces:
			sed hæc quid inter tantos?
18. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc:			
19. Et cùm jussisset turbam discumbere	39. Et præcepit illis, ut accumbere facerent omnes, secundùm contubernia	14. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per convivia	10. Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere.
super fœnum;	super viride fœnum;	quinquagenos.	Erat autem fœnum multum in loco,
		15. Et ita fecerunt, & discumbere fecerunt omnes.	
	40. & discubuerunt in partes, per centenos & quinquagenos.		

quiunt; ducentis minimùm denariis comparari panes, quos tantæ multitudini dividamus? Quem sumtum ferre posse sibi non videbantur. Verùm jussit eos Jesus quærere, quam panum copiam possent illic nancisci. Andreas verò, Petri frater, reposuit esse quidem illic adolescentem, qui venales haberet quinque panes hordeaceos & duos pisces; verùm hoc fermè perinde esse ac nihil, si tantæ multitudini panis esset dividendus.

His verbis auditis, jussit Jesus panes illos quinque, & duos pisces comparari, atque ad se afferri; tum discumbere universam multitudinem, per areas, & quidem quinquagenos simul, in viridi gramine, qui illic copiosus erat. Discubuit itaque universa multitudo, prout jubebatur, ita ut areolarum in formam centeni, aut quinquageni discumberent.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIV.	CAP. VI.	CAP. IX.	CAP. VI.
καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε· καὶ κλάσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.	41. Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρτους· καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι.	16. Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.	11. Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἤθελον.
20. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν,	42. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν.	17. Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες·	12. Ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα ἵνα μή τι ἀπόληται. 13. Συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν.
καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις.	43. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.	καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.	
21. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.	44. Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.	14. Ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. *	10. * Ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι.
			14. Οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον· Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον.
22. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους. 23. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους,	45. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον. 46. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς,		15. Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα,
ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ᾽ ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ.	ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. 47. Καὶ ὀψίας γενομένης ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς.		ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. 16. Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν. 17. Καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ· καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.
24. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.	48. Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς)		18. Ἥ τε θάλασσα, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διεγείρετο.
25. Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης.	καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς.		19. Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα,

Tum Jesus, sumtis duobus piscibus & quinque panibus, oculos in cœlum sustulit, Deóque, pro more, gratias agit. Deinde frusta panum & piscium tradidit Apostolis apponenda singulis, neque priùs eum desecere panes & pisces, quàm omnibus affatim divisi fuissent. E quibus cùm omnes ad satietatem comedissent, jussit Jesus colligi fragmenta, quæ supererant, ne quidquam eorum periret. Apostoli verò fragmentis reliquiisque panum & piscium impleverunt duodecim cophinos. Discubuerant autem quinque millia virorum, præter mulieres & pueros; qui cùm animadvertissent miraculum, quod à Jesu factum fuerat, hinc collegerunt eum verè esse insignem illum Prophetam, quem Deus se missurum promiserat ad homines, hoc est, Messiam.

At Jesus illico coëgit discipulos suos, reluctantes licèt, naviculam solos conscendere, & navi-

MATTHÆUS. Cap. XIV.

acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, adspiciens io Cœlum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.

20. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

Et tulerunt reliquias duodecim cophinos, fragmentorum pleuos.

21. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis.

22. Et statim compulit Jesus discipulos adscendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

23. Et, dimissa turba,

adscendit in montem solus orare.

Vespere autem facto solus erat ibi.

24. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

25. Quartâ autem vigiliâ noctis, venit ad eos ambulans super mare.

MARCUS. Cap. VI.

41. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in Cœlum benedixit & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut pouerent ante eos:

& duos pisces divisit omnibus.

42. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

43. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cuphinus plenos, & de piscibus;

44. erant autem, qui manducaverunt, quinque millia virorum.

45. Et statim coëgit discipulos suos adscendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad Betsaidam, dum ipse dimitteret populum.

46. Et, cùm dimisisset eos,

abiit in montem orare.

47. Et cùm sero esset, erat navis in mediu mari, & ipse solus in terra;

48. & videns eos laborantes in remigandu (erat enim ventus contrarius eis)

& circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare:

& volebat præterire eos.

LUCAS. Cap. IX.

16. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit iu Cœlum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas.

17. Et manducaveruot omnes, & saturati sunt.

Et sublatum est, quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

14. Erant autem ferè viri quinque millia.

JOANNES. Cap. VI.

11. Accepit ergo Jesus panes; & cum gratias egisset distribuit discumbentibus:

similiter & ex piscibus quantum volebant.

12. Ut autem impleti sunt,

dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.

13. Cullegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinus fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducaverant.

discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia.

14. Illi ergo homines, cùm vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.

15. Jesus ergó, cùm cognovisset, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem,

fugit iterum in montem ipse solus.

16. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare;

17. &, cùm adscendissent navim, venerunt trans mare iu Capharnaum. Et tenebræ jam factæ erant, & non venerat ad eos Jesus.

18. Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.

19. Cùm remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta,

---

gare ad ripam occidentalem lacûs, oppositam ripæ Bethsaïdensi, in qua tunc temporis erat, interea dum ipse multitudinem dimitteret. Quod cùm fecisset, intelligens nonnullos ex iis, quos cœnâ exceperat, consilium cepisse sui rapiendi; ut se ipsorum Regem constituerent; se in montem solum subduxit; cùm ut illic Deum oraret, tum etiam ut consilium eorum irritum faceret: Interea Apostoli, qui initio noctis naviculam conscenderant, erant in medio lacu Capernaümum tendentes, cùm lacus agitari cœpit, eorúmque cursus contrario vento impediri, nec Jesus ad eos adhuc venerat. Cùm verò non sine labore viginti quinque aut triginta stadia confecissent, circa quartam noctis vigiliam, ad eos ivit Jesus, incedens in summa aqua haud aliter ac in via sicca ac firma ambulare solemus, & simulabat se velle eos præterire.

MATTHÆUS.

Cap. XIV.

26. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες· Ὅτι φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν.

27 Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,

λέγων· Θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε.

28. Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε· Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.

29 Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

30 Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε, λέγων· Κύριε, σῶσόν με.

31. Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;

32. Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

33. Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες· Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ.

34 Καὶ διαπεράσαντες, ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ.

25. Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην. καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας.

MARCUS.

Cap. VI.

49. Οἱ δὲ, ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι, καὶ ἀνέκραξαν

50. (Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν)

Καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν,

καὶ λέγει αὐτοῖς· Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε.

51. Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον.

52. Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.

53. Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ·

καὶ προσωρμίσθησαν.

54. Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν

55. Περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραββάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι.

56 Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγροὺς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας,

LUCAS.

JOANNES

Cap. VI.

θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον καὶ ἐφοβήθησαν.

20. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

21 Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον·

καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον.

Quem cùm vidissent non procul à navicula sua, crediderunt esse spectrum, ac præ metu exclamarunt; omnes enim eum viderunt, neque exiguo timore perciti fuerunt. At Jesus statim eos alloquutus, bono animo esse jussit, se enim esse quem aquæ inambulantem viderent. Petrus verò dubitans an reverâ esset Jesus, an verò spectrum à quo deluderentur, si tu es, inquit, Jesus, jube me ire ad te aquæ innitentem, quemadmodum facis, quasi siccæ viæ. Illico jussit eum Jesus venire, & Petrus quidem se demittens ex navicula cœpit in aquæ superficie incedere, atque ad eum ire. Sed cum ventus vehemens esset, cœpit timere; ac deficiente eum fiduciâ, quâ primùm Christo fidem habens, ejus mirificam potentiam experiri cœperat, aqua cessit ejus vestigiis, & cùm sentiret se mergi, Jesum ut sibi auxilio esset magnâ voce vocavit.

Continuò adfuit Jesus, & porrectâ manu eum ad aquæ superficiem retraxit, castigavitque quòd propter ventum dubitasset; quâ dubitatione, factum fuerat ut mergeretur. Deinde Jesus, unà cum Petro, rogantibus ceteris Apostolis, naviculam conscendit. Ventus verò, qui,

MATTHÆUS.

Cap. XIV.

26. Et, videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt.

27. Statímque Jesus loquutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.

28. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, jube me ad te venire super aquas.

29. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula ambulat super aquam, ut veniret ad Jesum:

30. videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamavit dicens, Domine, salvum me fac.

31. Et continuò Jesus extendens manum, apprehendit eum. & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti?

32. Et cùm ascendissent in naviculam, cessavit ventus.

33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum dicentes: Verè Filius Dei es.

34. Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesar.

35. Et, cùm cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes;

MARCUS.

Cap. VI.

49. At illi, ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt;

50. omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt.

Et statim loquutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, Ego sum, nolite timere.

51. Et adscendit ad illos in navim, & cessavit ventus:

& plus magis intra se stupebant:

52. non enim intellexerunt de panibus; erat enim cor eorum obcœcatum.

53. Et, cùm transfretassent, venerunt in terram Genesareth,

& applicuerunt.

54. Cúmque egressi essent de navi, continuò cognoverunt,

55. &, percurrentes universam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se malè habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse.

56. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates; in plateis ponebant infirmos,

LUCAS.

JOANNES.

Cap. VI.

vident Jesum ambulantem supra mare, & proximum navi fieri, & timuerunt.

20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

21. Voluerunt ergo accipere eum in navim:

& statim navis fuit ad terram, in quam ibant.

---

qui, ut diximus, contrarius fuerat, cecidit, & navigiolum paullò pòst pervenit ad locum in quem cursum direxerant. Quibus rebus, factum est, ut summâ admiratione percellerentur, & magnificentiùs multò de Magistro suo sentire inciperent; erant enim usque adeò hebetes, ut miraculum, quo Jesus quinque hominum millia quinque panibus & duobus piscibus lautè exceperat, minimè animadvertissent. At quia eum aquæ inambulantem viderant, ad pedes ejus accidentes, verè, inquiunt, es Dei Filius, seu Messias. Igitur appulsi ad tractum Genesarethicum, Capernaümo vicinum, à quo tractu lacus nomen duxit, exscenderunt ex navicula, ac statim Jesus agnitus à loci incolis magnum concitavit hominum concursum; qui enim illum primi viderant è vestigio nuntiarunt vicinis, ad se venisse mirificum illum Doctorem, qui tot miracula edebat; quo audito undequaque ægri ad eum adducti, aut in ipsis lectulis advecti sunt. Quacumque transiret, per urbes, agros, aut villas in plateis visque publi-

MATTHÆUS.

Cap. XIV.

36. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.

MARCUS.

Cap. VI.

καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο.

LUCAS.

JOANNES.

Cap. VI.

22. Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον.

23. Ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου·

24. Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα, καὶ ἦλθον εἰς Καπερναοὺμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν.

25. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ· Ῥαββὶ, πότε ὧδε γέγονας;

26. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ᾽ ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

27. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν, ὁ Θεός.

28. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· Τί ποιῶμεν ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ;

29. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.

30. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ;

---

publicis exponebantur ægri, orabántque Jesum ut sibi liceret vel fimbriam vestium ejus attingere, & quicumque eam attingebant curatos se esse sentiebant.

Caput XXXIII.

Multitudo Jesum sequuta, Capernaümum trajicit, quam Christus in Capernaümensi Synagoga multis docet, sed figuratâ oratione, cibum spiritualem esse sectandum, non corporeum. Ait se esse eum cibum, quem comedi oportebat, offenditque rudes aures Judæorum terrestre regnum Messiæ esse credentium, adeóque eos à se abigit. Interea ostendit quintam homines ad se ex animo accederent, & ab Apostolis quærit an etiam à se abire vellent; quod negat Petrus, nomine omnium, additâ constantiæ suæ egregiâ ratione. Prædicit tamen Jesus se ab uno eorum proditum iri.

Postridie qui in Bethsaidensi agro remanserant, cùm vidissent pridie nullam illic fuisse naviculam, præter eam quam conscenderant Apostoli; relicto Jesu in ripa; eum quærebant in locis vicinis, quippe quem lacum trajecisse non putabant. Cœna, quâ excepti à Jesu fuerant, hominum animos stimulabat, eáque ejus liberalitate adducti & spe majorum præmiorum, regium nomen ei deferre, ut diximus, cupiebant. Interea verò dum Jesum frustra quærerent, venerunt ex Tiberiade multa navigiola non procul ab eo loco, in quo pridie Jesus convivium eis præbuerat. Igitur cum eum illic non invenissent, uti nec ejus Apostolos, eorum pars

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIV.	CAP. VI.		
36. & rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt salvi facti sunt. ☞	& deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent: & quotquot tangebant eum, salvi fiebant. ☞	☞	CAP. VI. 22. Alterâ die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navim, sed soli discipuli ejus abiissent: 23. aliæ verò supervenerunt naves à Tiberiade, juxta locum ubi manducaverant panem, gratias agente Domino. 24. Cùm ergo vidisset turba quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, adscenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Jesum. 25. Et, cùm invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? 26. Respondit eis Jesus, & dixit: Amen, amen, dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. 27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis; hunc enim Pater signavit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? 29. Respondit Jesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. 30. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? Quid operaris?

pars conscendit ea navigiola, quibus Capernaümum vecta est, ut quæreret an eò se recepisset Jesus. Cùm autem eum illic invenissent, sciscitati sunt ab eo à quo tempore in occidentali ripa lacûs esset; se enim ratos eum trans lacum esse, illic quæsivisse, sed frustra. At Jesus, qui noverat se à plerisque eorum non tam animo doctrinæ ipsius cupido, aut propter miracula quæ ediderat, quæsitum esse, quàm corporei emolumenti causa; profectò, inquit, quæritis me, non tam ducti magnitudine miraculorum quæ à me fieri videritis, & unde intelligere possetis me à Deo missum esse, quàm quia ad satietatem usque panes vobis præbui. Atqui vos par erat studiosè quærere, non ejusmodi cibum, qui brevis est usûs, sed eum qui æternùm animos vestros alet; quem vobis ego, qui externâ specie à vobis minimè differo, præbebo; si modò eum excipere, ut decet, velitis. De qua potestate mea, dubitare vobis non licet, cùm Deus omnia verba mea insignibus miraculis, quasi totidem sigillis, confirmarit.

Illi verò hoc ejus responso perculsi, quid nos, inquiunt, oportet facere, ut Deo accepti simus. At Jesus, si velitis, ait, Deo grati fieri, hoc vobis faciendum est; credendum ei quem ille ad vos misit; seu, postquàm vobis constitit eum à Deo missum esse, præceptis ejus parendum. Homines verò subirati, quòd se minimè iis, veluti terrestrem Regem, ut speraverant, præberet, paratum omnia suppeditare, si modò se se Regem salutare vellent, & ad eam dignitatem tuendam operam polliceri; quasi omnium ejus miraculorum obliti fuissent, cœperunt quærere num quodpiam miraculum facere posset, quo conspectu, fidem ei essent habituri?

Nam,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. VI.

31. Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον· Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν.

32. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.

33. Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ.

34. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· Κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον.

35. Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε.

36. Ἀλλ' εἶπον ὑμῖν ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε.

37. Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω.

38. Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.

39. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

40. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

41. Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

42. Καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει οὗτος· Ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα;

Nam, inquiebant, Majores quidem nostri Mosi crediderunt, quemadmodum hodie vos tibi fidem habere; at eos, in Arabicis solitudinibus, aluit Mannâ, quæ, prout loquitur Scriptura, fuit instar *panis cœlo demissi* quem *dedit eis comedendum.* (*Ps.* LXXVIII, 24.) Respondit Jesus, Mosem, si propriè loqui vellent, non posse ab iis dici dedisse panem è cœlo; sed verum panem cœlestem, atque eximio sensu ita dictum, dari à Patre suo. Panem demum hunc verè divinum esse, ac è cœlo delapsum; nec eo dumtaxat ali homines, sed etiam ab eo vitam accipere. Tum illi, quod dixerat nequaquam adsequuti, orarunt eum ut sibi semper daret ejusmodi panem.

Apertiùs quidem respondit Jesus, sed tamen figurato sermone, quasi homines terrestria tantùm animo versantes abigere à se voluisset; ne nomine ipsius seditionem concitarent, nomen regium ei deferentes. Sum, inquit, ipse panis ille, quo vita generatur. Quisquis se se in disciplinam meam tradet eum panem à me accipiet, quem cùm comederit neque esuriet, neque sitiet ampliùs: quemadmodum illi qui Mannâ à Mose sibi præbitâ vescebantur, bibebántque aquam quam è rupe elicuerat, fami ac siti satisfacere quotidie necesse habuerunt. Verùm hæc jam dixi vobis, atque oculis vestris etiam rem subjeci, nec tamen fidem mihi habuistis. Nimirum,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VI.

31. Patres nostri manducaverunt Manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de Cœlo dedit eis manducare.

32. Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen, dico vobis: Non Moyses dedit vobis Panem de Cœlo, sed Pater meus dat vobis Panem de Cœlo verum.

33. Panis enim Dei est, qui de Cœlo descendit, & dat vitam mundo.

34. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis Panem hunc.

35. Dixit autem eis Jesus: Ego sum panis vitæ; qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet umquam.

36. Sed, dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non ejiciam foràs;

38. quia descendi de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

39. Hæc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die.

40. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.

41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset: Ego sum Panis vivus, qui de Cœlo descendi.

42. Et dicebant: Nonne hic est Jesus, filius Joseph, cujus nos novimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cœlo descendi?

---

mirum, Deo non credebatis, quicumque enim, apud Judæos, Patri meo antea crediderunt, iidem mihi credunt, ab eo veluti mihi in manum traditi, ac discipuli mei fiunt, postquàm illis innotui; neque ego quemquam meum discipulum fieri seriò volentem repudio. Descendi enim è cœlo, non ut facerem quidquid videretur, nullis à Deo acceptis mandatis; sed ut quod in mandatis à Deo accepi fideliter exsequar. Hoc autem mihi in mandatis dedit, ut quemcumque mihi tradit sibi antea credentem, sed præterea discipulum meum futurum, eum diligenter servem, ut ultimo die è mortuis à me excitatus æternæ beatitudinis mecum particeps fiat. Vult enim Deus, qui me misit, ut quicumque miracula mea vidit, mihique credidit vitam sempiternam consequatur; quamobrem eum, cùm ultimus terris illuxerit dies, è mortuis excitabo.

Fremebant verò Judæi, hisce auditis, nec poterant concoquere quòd dixisset se panem esse è cœlo delapsum; quærebántque à se invicem, annon is esset Jesus ille Nazarenus, filius Josephi & Mariæ, qui Nazarethæ notissimi erant; quod cùm ita esset, quî fieri posset ut, quemadmodum dictitabat, è cœlo descendisset.

Respon-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VI.

43. Ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Μὴ γογγύζετε μετ᾽ ἀλλήλων.

44. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

45. Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις· Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με.

46. Οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα.

47. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

48. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.

49. Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον.

50. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ.

51. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.

52. Ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες· Πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν;

53. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.

54. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

55. Ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις.

56. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

Respondit verò Jesus, hisce aut similibus verbis: Ne propter ea quæ dixi fremite, quasi mendacium à vobis credi postularem. Nihil credendum propono, quod verissimum non sit; sed ut fidem mihi habeatis impetrare à vobis non potestis, quia neque umquam Religione à Patre meo revelatâ affecti, ut par erat, fuistis. Nemo autem ex animo fit meus discipulus, apud Judæos, nisi qui priùs revelatis à Patre, qui me misit, crediderit. Hujusmodi ego discipulum, ultimo die, è mortuis excitabo, ut eum æternâ felicitate donem. Scripserunt Prophetæ fore ut aliquando *omnes* Judæi, qui contumaces non erunt, *edocerentur ab ipso Deo*; (*Es.* LIV, 13. *Jerem.* XXXI, 34.) ac sanè quisquis meus discipulus fit, is hoc sibi faciendum esse intellexit è disciplinâ Patris mei. Quod non ita intelligendum, quasi ii homines jam perspectum habeant quidquid Deus per me revelare instituit. Ille demum plenè novit quid Deus velit qui apud eum fuit, & quem è cœlo delapsum dixi. Quicumque mihi fidem habet & obsequitur, is, credite mihi, æternæ vitæ jam cœpit particeps fieri. Sum enim, ut dixi, panis, qui in viscera demissus æternam vitam in hominibus generat. Majores quidem vestri, in Arabicis solitudinibus, Mannâ vescebantur, nec seciùs postea moriebantur. At hic habetis panem è cœlo demissum, quo quicumque vescetur nequaquam morietur. Sum, inquam, panis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VI.
			43. Respondit ergo Jesus, & dixit eis: Nolite mormorare iovicem. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resoscitabo eum in oovissimo die. 45. Est scriptum io Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei: Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. 46. Non quia Patrem vidit qoisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. 47. Amen, amen, dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. 48. Ego sum Panis vitæ. 49. Patres vestri manducaverunt maona io deserto, & mortui sunt. 50. Hic est panis de Cœlo descendens, ot si quis ex ipso manducaverit, oon moriatur. 51. Ego sum panis vivus, qui de Cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in æternum: & Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. 52. Litigabant ergo Jodæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare, ad manducandom? 53. Dixit ergo eis Jesos: Amen, ameo, dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, oon habebitis vitam in vobis. 54. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum io novissimo die; 55. caro enim mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. 56. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem io me manet, & ego in illo.

panis ille è cœlo delapsus, in eum finem, ut quisquis eo vescetur æternùm vivat. Panis ille, quem volentibus dabo, corpus meum est, quod occidi patiar, ut vitam ejus morte hominibus pariam.

Hæc cùm dixisset Jesus, disceptabant inter se audientes, de sententia dictorum ejus; neque enim capiebant quo sensu posset dicere se daturum corpus suum hominibus, ut eo vescerentur. Attamen Jesus, ne putarent exigui esse momenti id quod dixerat, ac proinde de ejus sensu minimè sibi laborandum; profectò, inquit, nisi vescamini carne mea, & sanguinem meum bibatis, vitam æternam consequi vos posse frustra existimetis. Ille demum qui carne meâ famem suam sedat, & sanguine sitim restinguit, potest jure sperare se vitam sempiternam adepturum; quamobrem eum ego, ultimi judicii die, è mortuis excitabo. Caro enim mea & sanguis meus, eximio quodam sensu, verissimè dici possunt cibus & potus, quibus vita æterna hominibus creatur. Quisquis vescetur carne mea, & sanguinem meum bibet, is mecum erit conjunctissimus; ita ut ille quidem mea habiturus sit quasi sua, ego verò quæ ad eum pertinent, quasi mea essent existimaturus.

Quem-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES

Cap. VI.

57 Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ.

58. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον· ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

59. Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ, διδάσκων ἐν Καπερναούμ.

60. Πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπον· Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;

61. Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει;

62 Ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον;

63. Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν.

64. Ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἳ οὐ πιστεύουσιν. ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν·

65 Καὶ ἔλεγε· Διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.

66. Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.

67 Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδεκα· Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;

68. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις·

Quemadmodum à Patre missus sum, atque in terris vivo, ut ejus imperia exsequar: ita & quisquis me comederit, is propter me, seu ut mihi pareat se vivere existimabit. Iterum repeto, ne temerè à me dictum censeatis; ego demum sum cibus è cœlo delapsus, & cum quo ne Manna quidem conferri potest; nam cùm Majores vestri qui Mannam, in deserta Arabia, comederunt, haud seciùs mortui sint, ut jam dixi, quàm ceteri homines qui numquam eam degustarunt: quisquis hunc cibum, quem me esse dico, comederit æternam vitam consequetur.

Hos sermones habuit Jesus in Capernaümensi Synagoga, quos multi ex iis qui eum sequi solebant obscurissimos sibi esse professi sunt, & quos vix possent patienter audire; cùm videretur docere corpus suum, quod ex Maria natum constabat, è cœlo descendisse; atque ad vitam æternam eos perventuros, qui carne ejus occisi vesci sustinerent, quod contrarium erat, non modò Legi Judaicæ, sed etiam humaniorum omnium gentium institutis. Jesus verò intelligens discipulos suos nonnullos fremere, ob sermones quos habuerat, quasi immanem feritatem laudasset, ita eos alloquutus est: hæccine animos vestros à me alieniores reddunt? Vobis persuadere non possum me è cœlo descendisse; atqui hoc non est difficilius creditu, quàm me in cœlum, in quo antea eram, rediturum; quod tamen nonnulli vestrûm, post paucos menses, videbunt. Vos offendunt sermones, quos habui de comedenda carne mea, ut vitam æternam consequamini; verùm, nisi mens vobis læva fuisset, non difficile fuit intelligere capienda verba mea spirituali sensu, cùm liquidum esset ex carnali humani corporis

come-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VI.

57. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me:

58. Hic est Panis, qui de Cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri Manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in æternum.

59. Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaum.

60. Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo: & quis potest eum audire?

61. Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat?

62. Si ergo videritis Filium hominis adscendentem ubi erat prius?

63. Spiritus est, qui vivificat; caro non prodest quidquam. Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

64. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.

65. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

66. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant.

67. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire?

68. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes:

---

comestione, nullum cuiquam esse posse emolumentum. Quæ dixi de comestione corporis mei, spirituali sententiâ sunt intelligenda, de admissione dogmatum meorum, intra animum; quæ ego dogmata, effusione sanguinis mei & morte meâ sanciam; quo pacto, æternam vitam mihi credentibus ac parentibus à Deo impetrabo. Sed si quid paullò obscuriùs dicam, ei fidem detrahitis, cùm potiùs credere deberetis ea minimè carere recto sensu; quamquam ea non intelligitis; fidem, inquam, verbis meis detrahitis quæ non intelligitis, quia ne Deo quidem creditis. (Ab initio enim prædicationis suæ, noverat Jesus quinam dictis ipsius fidem derogarent, & quis ipsum esset Judæis proditurus.) Propterea dixi vobis neminem se se ex animo, apud Judæos, in disciplinam meam tradere; nisi qui priùs Deo Patri crediderit, & veluti ab eo mihi in manum datus fuerit.

Hac oratione, ita offensi sunt non pauci ex iis qui eum adsectari solebant, ut non ampliùs in ejus comitatu conspecti fuerint. Quod cùm animadverteret Jesus, interrogavit duodecim Apostolos num etiam se se ex ipsius disciplina subducere vellent. Tum verò omnium nomine respondit Petrus, &, ad quem, inquit, alium magistrum nos conferre, discendi causâ, possemus, te relicto; qui solus nos certò docere potes, quî vitæ sempiternæ participes fieri queamus?

 Du-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. CAP. VI.

69. Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.
70. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν;
71. Ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτην· οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι, εἷς ὢν ἐκ τῶν δώδεκα.

TERTIUM PASCHA
Post CHRISTI Baptiſmum.

MATTHÆUS. CAP. XV.

1. Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγοντες·
2. Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν Πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.
3. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς *
7. Ὑποκριταὶ, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων·
8. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.
9. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

MARCUS. CAP. VII.

1. Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καί τινες τῶν Γραμματέων, ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων·
2. Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ (τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις) ἐσθίοντας ἄρτους, ἐμέμψαντο.
3. (Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων·
4. Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι· καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν)
5. Ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς· Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον;
6. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.
7. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.
8. Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

Dudum credidimus & certis argumentis comperimus te eſſe Meſſiam, ſeu Filium ſolius veri ac viventis Dei. Repoſuit Jeſus: duodecim quidem tantùm elegi Apoſtolos, è magna diſcipulorum turbâ; attamen unus è veſtro numero, inimici inſtar, me habebit. Intelligebat autem Judam, cui Iſcariothæ cognomen fuit, & qui ex duodecim Apoſtolorum numero cùm eſſet, eum tamen erat proditurus, ut ex eventu intelligere poſtea licuit.

CAPUT XXXIV.

Tertium Paſcha, poſt Chriſti baptiſmum. Oratio ejus de ablutione manuum, iiſque quibus homines verè polluuntur. Chananææ filia, à Cacodæmone vexata, item mutus, aliique ægri curantur.

NON multò pòſt, Jeſus, pro more ſuo, videtur ſe contuliſſe Jeroſolimam, ad celebrandum Paſcha, quod eo anno incidebat in Nonas Apriles, pro Judaico Calendario. Cùm autem Jeſus in Galilæa verſaretur, ad eum venerunt Jeroſolimâ Phariſæi nonnulli ac Legis periti, ut ejus dicta ac facta obſervarent. Hi cùm vidiſſent nonnullos Apoſtolorum, minime ab-

lutis

LUCAS: IV.

JOANNES. Cap. VI.

69. & nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei.

70. Respondit eis Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi? Et ex vobis unus Diabolus est.

71. Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus ex duodecim.

TERTIUM PASCHA
Post Christi Baptismum.

MATTHÆUS. Cap. XV.

1. TUnc accesserunt ad eum ab Jerosolymis Scribæ, & Pharisæi,

dicentes:

2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum; non enim lavant manus suas cùm panem manducant?

3. Ipse autem respondens ait illis:

7. Hypocritæ! bene prophetavit de vobis Isaias, dicens:

8. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè est à me:

9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.

MARCUS. Cap. VII.

1. ET conveniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jerosolymis.

2. Et cùm vidissent quosdam ex discipulis ejus, communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperaverunt.

3. Pharisæi enim, & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum:

4. & à foro, nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum.

5. Et interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem Seniorum; sed communibus manibus manducant panem?

6. At ille respondens, dixit eis:

Bene prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me:

7. in vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum;

8. relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa.

---

lutis antea manibus, mensæ accumbere & cibum ita sumere, rem minimè probarunt. Solent enim cùm omnes Judæi, tum præsertim Pharisæi, antequàm cibum sumant, integrum utriusque manûs pugnum in aquam immittere, atque eum diligenter abluere; quam consuetudinem Lege quidem Mosis non præscriptam, sed à Majoribus traditam, diligenter observant. Si in foro versati fuerint, domum reduces, quamvis nullius immunditiæ sibi conscii sint, attamen quia nescii potuissent immundi quidpiam tetigisse, ante nihil edunt, quàm manus abluerint. Iidem multa alia faciunt, nullâ lege jubente, ac studiosè abluunt pocula, hydrias, ærea vasa, & lectos. Cùm hæc esset consuetudo Judæorum, homines, missis ejus discipulis, Jesum ipsum postea compellarunt, quæsiverúntque ab eo cur ejus discipuli, neglectis Majorum institutis, illotis manibus cibum sumerent. Jesus intelligens quo animo hoc exprobraretur discipulis suis, pulcherrime, inquit, descripsit Esaias simulatores virtutis, quales estis, hisce verbis: (*Cap. XXIX. 13.*) *hic populus ad me ore suo accedit, labiisque suis me colit, sed animus ejus à me est remotus: Me reveretur ex præscripto hominum quod didicit.* Neglectis enim, ac perfractis legibus divinis, ab hominibus accepta diligenter observatis; qualis est ablutio hydriarum & poculorum, aliáque similia.

Hæcci-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XV.	Cap. VII.		
3. * Διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν;	9. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε·		
4 Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο, λέγων· Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα· καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.	10. Μωσῆς γὰρ εἶπε· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.		
5 Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς,	11. Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί· Κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς·		
καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ·	12. Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ·		
6. Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.	13. Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε·		
☞	καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.		
10. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς· Ἀκούετε καὶ συνίετε.	14. Καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀκούετέ μου πάντες, καὶ συνίετε.		
11. Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον·	15. Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι.		
ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.	ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.		
☞	16. Εἴτις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.		
	17. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ☞		
12. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἶπον αὐτῷ· Οἶδας, ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἐσκανδαλίσθησαν;			
13. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.			
14. Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν· τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.			
15. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην.	ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς.		
16 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;	18 Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;		

Hæccine verò est religio, quâ irritæ fiunt Dei leges, ut humana instituta inviolata sint? Moses jussit parentes honorari, & capite pœnas dare eos qui parentibus male precati fuissent. At vos docetis eum qui iratus patri aut matri dixerit se Deo vovere omnia, quibus eos juvare potuisset, seu jurarit se iis nullâ in re benefacturum, ejusmodi impio voto, aut jurejurando teneri; nec patimini eum ampliùs ulla in re parentibus benefacere. Quomodo manifestò legem divinam perfringitis, ut quæ vobis ab hominibus tradita sunt observetis; aliáque multa id genus facere soletis.

Hisce dictis, Jesus ad se vocavit universam multitudinem eorum qui, discendi studio, eum sequebantur, & audite, inquit, attentis auribus quæ dicturus sum, eáque in animos vestros demittite. Nihil ex iis, quæ extrinsecus homines subeunt eos polluere, hoc est, minùs bonos, minúsque Deo acceptos reddere potest. Iis solis polluuntur quæ ex eorum animo proficiscuntur, hoc est, pravis cogitationibus. Quicumque existimat sibi facultatibus à Deo acceptis utendum, ad dijudicationem veri, attendat, & facilè intelliget quàm vera sint quæ dico & quò spectent.

Postea cùm, dimissâ multitudine, domi Jesus solus esset cum Apostolis, ab hisce monitus est

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XV.	CAP. VII.		
Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit:	9. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis?		
4. Honora patrem, & matrem; &: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.	10. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.		
5. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit:	11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod est donum) quodcumque ex me tibi profuerit:		
6. & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam:	12. & ultrà non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri;		
& irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram.	13. rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis:		
☞	& similia hujusmodi multa facitis.		
10. Et, convocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, & intelligite.	14. Et, advocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite:		
11. Non quod intrat in os coinquinat hominem	15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare:		
sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem	sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem.		
☞	16. Si quis habet aures audiendi, audiat.		
	17. Et, cùm introisset in domum à turba, ☜		
12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt?			
13. At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.			
14. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.			
15. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam.	interrogabant eum discipuli ejus parabolam.		
16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis?	18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis?		

est eâ oratione offensos fuisse Pharisæorum, qui eam audiverant, animos; quasi ad dissolvendas leges de cibis immundis, & abjiciendas doctrinas à Majoribus acceptas spectarent. Respondit Jesus, plantas omnes à Patre suo Cœlesti minimè plantatas evellendas esse; quamvis offenderentur hominum minùs religiosorum animi; quibus verbis, obscuriùs significabat legum cærimonialium, quas minimè æternas voluerat esse Deus, rationem ampliùs habendam non esse, neque flocci facienda hominum instituta, quæ aut nihil ad virtutem facerent, aut etiam cum ea pugnarent. Tum adjecit parum curanda esse judicia ejusmodi hominum, esse enim cæcos, qui in via felicitatis duces se profitentur esse aliorum cæcorum, quos in errorem secum abducunt, pro veteri dicto, quo dicitur *cæcus si cæcum duxerit, unà cum illo, delapsurus in foveam.* Quibus auditis, petierunt tamen Apostoli, quorum nomine loquutus est Petrus, ut sententiam illam de eo quod hominem ingreditur, atque ex eo egreditur, clariùs explicaret. Jesus verò; an tam imperiti estis, inquit, ut quod dixi minimè adsequuti sitis?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XV.	Cap. VII.		
17. Οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα,	οὐ νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον,		
☞	οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; 19. Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν,		
εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται;	ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται,		
☞	καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα. 20. Ἔλεγε δὲ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.		
18. Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.	21. Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι,		
19. Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι·	22. Κλοπαί, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη.		
20. Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.	23. Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.		
21. Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος.	24. Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος.		
☞	καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.		
22. Καὶ ἰδού, γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα,	25. Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα		
☞	προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.		
ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα· Ἐλέησόν με Κύριε, υἱὲ Δαβίδ· ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται.	☜		
☞	26. (Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα τῷ γένει.) καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.		
23. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠρώτων αὐτόν, λέγοντες· Ἀπόλυσον αὐτήν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.	☜		

Annon intelligitis cibo, qui extrinsecus ingreditur in hominem, per os, neminem posse pollui, seu deteriorem fieri & minùs Deo gratum; cùm non subeat animum, sed tantùm stomachum, ac intestina; in quibus pars quâ alimur secernitur ab excrementis, quæ in secessum emittuntur, quò quidquid corpus polluere posset egeritur. Id demum polluit hominem, seu pejorem facit, ac Deo invisum, quod ex ejus animo proficiscitur. Nam ex animo solo, quasi ex fonte manant, quæ mala sunt, ac proinde Deo displicent; hinc enim profluunt pravæ cogitationes, adulteria, stupra, cædes, furta, cupiditas opum, doli, libidines, invidia, mendacia, impia dicta, superbia, & intemperantia. Hæc omnia, aliáque similia animi vitia, ac flagitia ex animo prodeunt, hominémque commaculant; non verò consuetudo edendi illotis manibus, aut simile quidpiam faciendi.

Hinc Jesus discessit in tractum Galilææ Tyriorum & Sidoniorum agris finitimum. Cùm eò perve-

MATTHÆUS. Cap. XV.	MARCUS. Cap. VII.	LUCAS.	JOANNES.
17. Non intelligitis, quia omne quod in os intrat	Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem,		
☞	non potest eum communicare;		
	19. quia non intrat in cor ejus,		
in ventrem vadit, & in secessum emittitur?	sed in ventrem vadit, & in secessum exit,		
☞	purgans omnes escas?		
	20. Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.		
18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.	21. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,		
19. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.	22. furta, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.		
20. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.	23. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem.		
21. Et egressus inde Jesus, secessit in partes Tyri & Sidonis;	24. Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis;		
☞	&, ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere;		
22. & ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa	25. mulier enim statim ut audivit de eo, cujus filia habebat Spiritum immundum, intravit,		
☞	& procidit ad pedes ejus.		
clamavit, dicens ei: Miserere mei, Domine fili David: filia mea malè à Dæmonio vexatur.	☜		
☞	26. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum ut Dæmonium ejiceret de filia ejus.		
23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos.	☜		

pervenisset, domum, in qua diversaturus erat; ingressus suum adventum cuiquam indicari vetuit; ne Ethnici ad eum concurrentes, invidiam ei crearent apud Judæos; nec tamen potuit latere, quia fama ubique notum eum fecerat. Itaque Phœnissa quædam mulier, cui erat filiola à Cacodæmone vexata, eum postea prætereuntem videns, ad ejus pedes provoluta, orabat eum, Dominum ac Filium Davidis vocitans, ut sui misereretur, curarétque filiam suam à Cacodæmone infestam, & pessimis modis habitam. Quæ mulier, cùm in Græca superstitione educata fuisset, prosapiáque esset, ut dixi, Phœnissa, vehementer tamen obsecrabat Jesum, ut Cacodæmonem filiæ suæ corpore expelleret. At Jesus nullo responso eam dignatus prætergressus est; verùm non propterea tacebat mulier; sed sequens constanter opem ejus magnâ voce implorabat. Quare cùm clamoribus suis esset molesta Apostolis, orarunt Jesum ut eam dimitteret; ne eos sequens clamare pergeret, quemadmodum faciebat.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XV.	Cap. VII.		
24. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν.	27. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· Ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα· οὐ γὰρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.		
Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.			
25 Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα· Κύριε, βοήθει μοι.			
26 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.			
27. Ἡ δὲ εἶπεν· Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.	28. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει, ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων.		
28. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῇ· Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις.	29. Καὶ εἶπεν αὐτῇ·		
	Διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε· ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου.		
Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.	30 Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.		
29 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας·	31. Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως.		
καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ.			
	32. Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα.		
	33. Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ᾽ ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ.		
	34. Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι, διανοίχθητι.		
	35 Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί, καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς.		

Itaque conversus Jesus duo ei reposuit; & prius quidem, æquum esse eam exspectare donec filii satiarentur, hoc est, Judæorum ægri omnes curati essent; neque enim eum rectè facturum qui cibum, alendis liberis destinatum, projiceret canibus vorandum. Posterius verò, se missum esse dumtaxat ad oves errantes Judææ gentis; seu sibi in mandatis datum, ut Judæos tantùm miraculis & beneficiis ad saniorem mentem revocaret, non verò Ethnicos. Verùm mulier iterum ad ejus pedes accidens, ferto, inquit, mihi opem. Iterum reposuit Jesus, æquum non esse ut cibus liberorum projiceretur catellis. At mulier, non nego, inquit, æquum esse quod ais, Domine; nam catellis satis esse judicantur micæ panis, quæ sub mensam cadunt, edentibus dominis; verùm hoc unum abs te peto, ut post tot beneficia in Judæos à te profusa, hoc quasi micam quamdam fortè ex eorum lauta mensa cadentem, in me conferas. Quibus verbis auditis, ô mulier, inquit Jesus, de divina potentia ac bonitate, cujus sum minister, magnifice, ut par est, sentis. Itaque fiet quod cupis, & propter hæc tua verba, illico à me è filiæ tuæ corpore ejectus est Cacodæmon. Ac sanè mulier, domum redux,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XV.	Cap. VII.		
24. Ipse autem respondens ait: ☞ Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domûs Israël.	27. Qui dixit illi: Sine priùs saturari filios; non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. ☜		
25. At illa venit, & adoravit eum dicens: Domine adjuva me.			
26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.			
27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.	28. At illa respondit, & dixit illi: Utique, Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.		
28. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. ☞	29. Et ait illi: ☜ Propter hunc sermonem vade, exiit Dæmonium à filia tua.		
Et sanata est filia ejus, ex illa hora.	30. Et, cùm abiisset domum suam, invenit puellam jacentem supra lectum, & Dæmonium exiisse.		
29. Et cum transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ: ☞	31. Et iterum, exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.		
& adscendens in montem, sedebat ibi. ☞	☜ 32. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum.		
	33. Et, apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, & exspuens tetigit linguam ejus,		
	34. & suspiciens in Cœlum, ingemuit: & ait illi: Ephphata, quod est: adaperire.		
	35. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè.		

dux, invenit filiam suam, in lecto jacentem, & Cacodæmone liberatam, quod comperit factum eâ ipsâ horâ, quâ dixerat Jesus. Postea profectus è tractu illo, Ethnicis urbibus vicino, ad oram Genesarethici lacûs, in qua plurimùm versabatur, rediit; & in Decapolitana quidem regione, ad ortum ejus sita, commoratus est. Frequenter illic, in colle sedens, multitudinem docebat. Quo in loco cùm esset, allatus ad eum est homo qui ex graviore morbo non modò surdus factus erat, verùm etiam ægrè loquebatur. Quo coram eo deposito, orabant Jesum qui ægrum attulerant, ut manibus impositis eum curaret. Igitur cum ægro secedens auribus ejus immisit digitos, & salivâ suâ tetigit ejus linguam; non quasi eo facto posset homo curari, sed ut inconspicuam potentiæ suæ efficaciam veluti oculis subjiceret, quod non rarò solebat facere. Tum oculis in cœlum sublatis ingemuit, humanæ vitæ mala in animum revocans, & hominum sortem miseratus; deinde Syriaco sermone dixit, aperiaris; quâ voce jubebat os & aures ægri aperiri. Ecce verò, è vestigio cœpit ille auribus, ut antea, uti, & linguâ, impedimento quo laboraverat solutâ, expeditè loqui.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS. Cap. XV.

30 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλούς· καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

31. Ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας. καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ἰσραήλ.

☞

32. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπε·

Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι·

καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.

☞

33. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;

34. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτὰ,

καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.

35. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

36. Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ.

MARCUS. Cap. VII.

36. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν. ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.

37. Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο λέγοντες· Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.

☞

Cap. VIII.

1. ἘΝ ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι,

προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς·

2. Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι.

3. Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ·

τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσι.

4. Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;

5. Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς· Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά.

☞

6. Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς·

καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ.

Vetuit autem Jesus cùm ægrum, tum homines qui eum attulerant, famam rei spargere; sed quò magis talia evulgari vetabat, eò magis homines officii sui esse putabant benefactoris laudes prædicare. Itaque omnes summâ admiratione perculsi fatebantur omnia esse ab eo facta miracula, quæ à Messia factum iri prædixerat Esaias, hisce verbis: (*Cap.* XXXV, 5.) *tunc aures surdorum patebunt, & lingua muta vociferabitur;* nam per eum surdos audire, & mutos loqui. Quamobrem ad eum magni concursus undequaque facti sunt hominum ad eum adducentium claudos, cæcos, surdos, mancos, & alios multos ægros, quos ad pedes ejus sistebant ut eos curaret. Quod ille verbo faciebat, ita ut omnes obstupescerent, qui videbant homines qui muti fuerant loquentes, qui manci esse integris membris, qui pedibus infirmis stantes ac ambulantes, & qui cæci videntes; laudarentque Deum, à quo Judæi tanta beneficia, per Jesum, accipiebant.

Caput XXXV.

Jesus quattuor millia hominum septem panibus & pauculis pisciculis satiat. It Dalmanutham. Pharisæi ab eo signum è cœlo frustra petunt. Iterum lacum trajicit, agitque interea de fermento Pharisæorum & Sad-

MATTHÆUS. — **MARCUS.** — **LUCAS.** — **JOANNES.**

MATTHÆUS — Cap. XV.

30. & accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos:

31. Ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos luquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israël. ☞

32. Jesus autem, convocatis discipulis suis; dixit:

Misereor turbæ, quia triduo jam perseverant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. ☞

33. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

34. Et ait illis Jesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem,

& paucos pisciculos.

35. Et præcepit turbæ, ut discumberent super terram;

36. & accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis; & discipuli dederunt populo.

MARCUS — Cap. VII.

36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant;

37. & eò ampliùs admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit; & surdos fecit audire, & mutos loqui. ☜

Cap. VIII.

1. In diebus illis iterum cùm turba multa esset, nec haberent quod manducarent,

convocatis discipulis, ait illis:

2. Misereor super turbam: quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent:

3. &, si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via;

quidam enim ex eis de longè venerunt.

4. Et responderunt ei discipuli sui: Unde illos quis poterit hîc saturare panibus, in solitudine?

5. Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. ☜

6. Et præcepit turbæ discumbere super terram:

& accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dedit discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ.

& Sadducæorum. Bethsaïdam navigat, ubi curat cæcum. Inde in agrum Cæsareæ Philippi se confert. Quærit in via ab Apostolis, quem se esse putarent alii, quem verò ipsi. Tum aperit eis, sibi moriendum esse, & quæ sui causâ ferenda essent.

Circa idem tempus, cùm ingens multitudo, in solis Decapoleos locis, versaretur cum Jesu & Apostolis, nec in iis cibos, quibus indigebat sibi posset comparare, adeóque necesse esset eam dilabi, Jesus ad se vocatis Apostolis; miseret me, inquit, hujus multitudinis, quæ per triduum me continenter adsectata est, carétque nunc victibus. Si enim unumquemque jejunum, sicut nunc sunt, domum redire jubeam, vereor ne in ipsa via fame nonnulli intercant, sunt enim qui ex remotis locis venerunt. Responderunt verò discipuli, qui, ut diximus, non animadverterant miraculum, quo quinque panibus ac duobus piscibus cœna præbita fuerat quinque hominum millibus; se non intelligere unde in locis solis posset comparari sat magna copia panum, ut tantæ multitudini satiandæ sufficeret. At Jesus ab iis quæsivit quot ipsi haberent panes, septémque sibi esse responderunt. Quo responso accepto, jussit universam multitudinem humi discumbere; acceptísque septem panibus, Deo gratias, pro more, egit, & cœpit eos frangere, ac frusta dare Apostolis, ut singulis suum apponerent.

Erant

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XV.	CAP. VIII.		
☞	7. Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά.		
37. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις·	8. Ἔφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας.		
38. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες,	9. Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες, ὡς τετρακισχίλιοι		
χωρὶς γυναικῶν, καὶ παιδίων·	☜		
39. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.	καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς. 10. Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.		
CAP. XVI.			
1. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.	11. Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν.		
2. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς. Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός. 3. Καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;	☜		
☞	12. Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει·		
4. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ,	Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.		
εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.	☜		
Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἀπῆλθε.	13. Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς,		
☞	ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.		
5. Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν,	☜		
ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.	14. Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους,		
☞	καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.		
6. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.	15. Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων· Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου.		
7. Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες· Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.	16. Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες· Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.		

Erant etiam Apostolis aliquot pisciculi, quos pariter divisos jussit convivis apponi; nec defuere pisces aut panes, antequàm singulis quod sufficeret appositum esset. Omnes igitur, ad satietatem usque, cùm edissent, sublata sunt reliqua frusta, quibus septem corbes sunt impletæ. Discubuerant autem circiter quatuor virorum millia, præter mulieres & pueros. Ita satiatos homines dimisit Jesus, néve ipsum invitum, spe similium epularum adducti, potiùs quàm discendi studio, adsectarentur, statim cùm Apostolis navigiolum conscendit, quo delatus est in tractum Dalmanuthensem, non procul à Magdala.

Eum in locum cùm appulisset, conventus est ab aliquot Pharisæis & Sadducæis, qui de ejus potestate disceptare cum eo cœperunt, & poscere ab eo miraculum quodpiam cœleste, ex quo intelligerent eum divinitus missum fuisse. Respondit verò Jesus, hisce verbis: vesperi, si rubeat cœlum, conjicitis sequente luce sudam fore tempestatem; mane verò, si sit rubor cœli subniger, procellam exorturam eo die judicatis. Cur verò, ô simulatores virtutis, experientiâ ac ratione vestrâ utimini ad præsagiendas tempestates, ex cœli specie; acumine verò & judicio prorsus destituti estis, ut ex vaticiniis, quibus futura dudum prædicta sunt, possitis

MATTHÆUS.

Cap. XV.

☞

37. Et comederunt omnes, & saturati sunt: &, quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.

38. Erant autem qui manducaverunt quatuor millia hominum,

extra parvulos & mulieres.

39. Et, dimissâ turbâ, adscendit in naviculam, & venit in fines Magedan.

Cap. XVI.

1. ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogaverunt eum ut signum de cœlo ostenderet eis.

2. At ille respondens, ait illis: Facto vespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum;

3. & mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum.

4. Faciem ergo cœli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire?

☞

Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei,

nisi signum Jonæ prophetæ.

Et relictis illis abiit. ☞

5. Et cùm venissent discipuli ejus trans fretum,

obliti sunt panes accipere.

☞

6. Qui dixit illis: Intuemini, & cavete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum.

7. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia panes non accepimus.

MARCUS.

Cap. VIII.

7. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit: & jussit apponi.

8. Et manducaverunt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem sportas.

9. Erant autem, qui manducaverant, quasi quatuor millia.

☜

Et dimisit eos.

10. Et statim, adscendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

11. Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum.

☜

12. Et, ingemiscens spiritu, ait:

Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

☜

13. Et, dimittens eos, adscendit iterum navim, & abiit trans fretum.

☜

14. Et obliti sunt panes sumere;

& nisi unum panem non habebant secum in navi.

15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

16. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus.

LUCAS.

JOANNES.

---

tis dignoscere an jam contigerint signa eorum temporum, quæ etiamnum exspectatis. Quibus verbis, Jesus innuebat signa adventûs Messiæ. Dein imo ex pectore suspirium trahens, propter hominum nequitiam, prava hæc, inquit, & à Deo aliena ætas miraculum à me postulat, ut intelligat an à Deo missus sim, quasi nulla antehac fecerim. At nullum ei præbebitur, ex quo certiùs rem intelligere possit; quàm id, quo mihi continget quidpiam simile ei quod contigit olim Jonæ Prophetæ.

Quæ cùm dixisset, ex illo tractu abiit, & conscenso quidem navigio, ad occidentalem lacûs ripam navigavit. Apostoli interea obliti fuerant emere panes, nec ullum in navigio habebant, præter unum. Contigit autem Jesum, inter navigandum, eos monere ut diligenter sibi caverent à fermento cùm Pharisæorum, tam etiam Herodis, reliquorúmque Sadducæorum. Quibus verbis admoniti recordati sunt à se panes nequaquam emtos fuisse, quantùm satis esset; atque inter se dicebant Jesum sibi rem obscuriùs exprobrare, monereque, ut caverent sibi à pistoribus qui alterutri illi sectæ faverent, quòd malo fermento uterentur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XVI.	CAP. VIII.		
8. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε;	17. Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε;		
9. Οὔπω νοεῖτε,	οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν;		
	18. Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε; καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε;		
οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;	19. Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ· Δώδεκα.		
10. Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;	20. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά.		
11. Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;	21. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς οὐ συνίετε;		
12. Τότε συνῆκαν, ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.			
	22. Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλὸν, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται.		
	23. Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης· καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν εἴ τι βλέπει.		
	24. Καὶ ἀναβλέψας, ἔλεγε· Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας.		
	25. Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας.		
	26. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων· Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.		

At Jesus, animadverso eorum errore, ô homines, inquit, de Dei potentia & bonitate non satis magnificè sentientes, quid quæritis occasionem hujus dicti mei, in eo quòd panes non emistis? An nondum acutiores, peritioresque facti estis, ita ut meam loquendi consuetudinem non magis adsequamini, quàm cùm primùm vos elegi? An ingenium usque adeò vobis etiamnum hebes est & rude? An oculis à Deo acceptis non magis utemini, in iis spectandis quæ facio, quàm si iis careretis? Auribusque præditi doctiores non fietis sermonibus meis, quàm si surdi essetis? An memoria planè caretis, quo fiat ut conspectorum atque auditorum ita obliviscamini? Quando quinque panes divisi quinque hominum millibus, quot cophinos reliquiis implevistis? Responderunt Apostoli, duodecim. Quando verò, inquit, septem panibus satiavi quatuor hominum millia, quot superfuere corbes fragmentis refertæ? Reposuerunt, septem. Annon hinc igitur, ait Jesus, intelligere vos oportuit me non posse esse anxium ob panis penuriam, qui bis usque adeò augere panes potui; ac proinde non cogitasse de pane, cùm vos jussi vobis cavere à fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tum demum intellexerunt Apostoli Jesum noluisse quidquam monere de fermento panis propriè dicti, sed de dogmatibus peculiaribus Pharisæis & Sadducæis, quibus, quasi pernicioso quodam fermento, tota vitæ ratio corrumpi posset.

Postea Jesus, unà cum Apostolis, Bethsaidam ivit; quem in locum, adductus est ad eum cæcus;

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XVI.	CAP. VIII.		
8. Sciens autem Jesus, dixit: Quid cogitatis	17. Quo cognito, ait illis Jesus: Quid cogitatis		
intra vos modicæ fidei,	☞		
quia panes non habetis?	quia panes non habetis?		
9. Nondum intelligitis ☞	Nondum cognoscitis, nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum?		
	18. Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis?		
neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumsistis?	Nec recordamini?		
☞	19. Quando quinque panes fregi in quinque millia, quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.		
10. Neque septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumsistis?	20. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei septem.		
11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum?	21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? ☞		
12. Tunc intellexerunt, quia non dixerat cavendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.			
☞	22. Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret.		
	23. Et, apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & exspuens in oculos ejus, impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret:		
	24. & adspiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes.		
	25. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus, & cœpit videre; & restitutus est ita, ut clarè videret omnia.		
	26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam; & si in vicum introieris, nemini dixeris.		

cæcus; quem ut curaret oratus est, ab iis qui hominem adduxerant. Hoc illis gratificaturus Jesus, noluit tamen miraculum, in vico ipso, facere, seu Bethsaïdenses, incredulitatis causâ, indignos eo spectaculo judicaret; seu concursus hominum, qui jam ad ipsum frequentiores & majores fieri solebant, fugeret, ne mali bonis misti eâ occasione uterentur, ut novi quidpiam in Judæa molirentur contra Romanos. Quod vitabat etiam frequente mutatione locorum, circa lacum Genesarethicum navigatu facilem, propterecáque commodum, cùm multitudini raró suppeterent sat multæ naves, ut illum in alios atque alios tractus subinde navigantem sequi posset. Igitur cæcum manu eduxit vico, eductóque, salivâ suâ ejus oculos madefecit, manusque ei imposuit; quo facto, ab eo quæsivit numquid videret. Ille verò circumspiciens, respondit videre quidem se nonnihil; sed ita ut homines solo motu ab arborum truncis secerneret. Jesus itaque iterum manibus ejus oculos tetigit, quo tactu sic visum ei restituit, ut omnia perspicuè videret. Dein eum domum remisit, vetuítque ne rediret Bethsaïdam, neu cuiquam Bethsaïdensi rem narraret, ob rationes antea memoratas.

MATTHÆUS. Cap. XVI.

13. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

14. Οἱ δὲ εἶπον· Οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν· ἕτεροι δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

15. Λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

16 Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος, εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

17. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

18 Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς·

19 Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

20. Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

21. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

MARCUS. Cap. VIII.

27. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς· Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;

28. Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν· Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· καὶ ἄλλοι, Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, ἕνα τῶν προφητῶν.

29. Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ Χριστός.

30. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ.

31. Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.

32. Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει.

LUCAS. Cap. IX.

18. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

19. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες, εἶπον· Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

20. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε· Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

21. Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·

22. Εἰπών· Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

JOANNES.

Hoc miraculo edito, Jesus paullùm abscessit à Genesarethico lacu, séque contulit in agros Cæsareæ, urbis à Philippo Herodis Magni Filio instauratæ, non procul à fontibus Jordanis. Inter eundum, cùm Jesus secessisset in locum solum, orationis causâ, unà cum Apostolis, ab iis quæsivit quinam vulgò esse diceretur, cùm externâ specie potioris sortis esse non videretur, quàm quivis è vulgo. Responderunt illi: alii quidem te putant esse Joannem Baptistam redivivum, alii verò Eliam è cœlo delapsum, alii Jeremiam è mortuis excitatum, aut alium quempiam è veteribus Prophetis. At vos, inquit, Jesus, quem me esse censetis? Tum verò Petrus, minimè exspectato ceterorum responso, tu es Messias, ait, filius Dei veri ac viventis. Quo responso audito, hisce verbis Petro gratulatus est Jesus veritatis cognitionem: Beatum te esse existimare debes, ô Simon Jonæ fili, quòd rem tanti momenti noveris; neque enim quisquam mortalium eam tibi patefecit, sed solus Pater meus Cœlestis, qui miraculis, quorum edendorum potestatem mihi fecit, quinam sim satis clarè ostendit. Non sine causa tibi Petro dudum nomen indidi, (quo nomine lapis significatur) nam eris prædicatione & constantiâ tuâ veluti lapis, cui ego superstruam Ecclesiam meam; neque ullo mortis terrore umquam po-

teris

MATTHÆUS. Cap. XVI.	MARCUS. Cap. VIII.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES.
13. Venit autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi:	27. Et egressus est Jesus, & discipuli ejus, in castella Cæsareæ Philippi:		
☞	& in via ☞	18. Et factum est, cùm solus esset urans, erant cum illo & discipuli:	
& interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis?	interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines?	& interrogavit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ?	
14. At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam,	28. Qui responderunt illi, dicentes: Joannem Baptistam: alii Eliam:	19. At illi responderunt, & dixerunt: Joannem Baptistam: alii autem Eliam:	
alii verò Jeremiam,	☞	☞ alii verò	
aut unum ex Prophetis.	alii verò quasi unum de Prophetis.	quia unus Propheta de prioribus surrexit.	
15. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis?	29. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis?	20. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis?	
16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus,	Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.	Respondens Simon Petrus dixit: Christum	
Filius Dei vivi.	☞ ☞	Dei.	
17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. 19. Et tibi dabo claves Regni Cœlorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis.	☞	☞	
20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent	30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.	21. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc:	
quia ipse esset Jesus Christus.	☞	☞	
21. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertio die resurgere.	31. Et cœpit docere eos quoniam oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à Senioribus, & à summis Sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere:	22. dicens: Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & Principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die resurgere.	
☞	32. & palam verbum loquebatur.	☞	

teris labefactari. Magnam tibi concedam auctoritatem in Regno Cœlesti; adeò ut si quem cupias, in terris, impietatis pœnas dare, continuò pœnas daturus sit; si cui verò cupias eas pœnas in terris remitti, illico remissionem sit impetraturus.

Postquàm Jesus judicium Petri de se ita collaudasset, & eximiis pollicitationibus remuneratus esset, vetuit omnes Apostolos cuiquam dicere ipsum esse Messiam; ne homines tam malos, quàm bonos, qui terrestre regnum Messiæ fore existimabant, ad se allicerent; seditionem eo nomine, in Judæa, non difficulter concitaturos, & doctrinæ suæ, se invito, rebellionis infamiam inusturos, apud eos quibus non satis notus erat. Ab hoc autem tempore, cœpit Jesus apertè dicere Apostolis, sibi brevi eundum esse Jerosolimam, omnísque generis indignitates illic ferendas, nequitiâ Synedrorum, Sacerdotum, & Legis peritorum, interficiendúmque se, sed tertio die è mortuis resurrecturum. Neque hanc in rem involucris ullis, aut figurata dictione

MATTHÆUS.

Cap. XVI.

22. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ,

λέγων· Ἵλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

23. Ὁ δὲ στραφεὶς, εἶπε τῷ Πέτρῳ· Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ. σκάνδαλόν μου εἶ. ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

24. Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ,

☞

καὶ ἀκολουθείτω μοι.

25. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

26. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ;

ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

☞

27. Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

28. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

☞

MARCUS.

Cap. VIII.

Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ.

☜

33. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων· Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

34. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ,

☞

καὶ ἀκολουθείτω μοι.

35. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν.

36. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;

37. Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

38. Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

☜

39. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.

LUCAS.

Cap. IX.

23. Ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας· Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ

καθ' ἡμέραν.

καὶ ἀκολουθείτω μοι.

24. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.

25. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς;

☜

26. Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

☜

27. Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἳ οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

☜

JOANNES.

---

ctione utebatur, sed apertè omnia prædicebat. Ideóque Petrus eum amicè complexus, cœpit dicere: ne siverit Deus, Domine, tibi simile quidquam contingere.

At Jesus conversus, non sine indignatione, abi, inquit, à me, qui amicitiæ specie vehementissimè consiliis meis adversaris, & objicis mihi offendiculum, quo possim revocari ab iis quæ in mandatis mihi dedit Deus. Neque enim divina consilia animo agitas, sed tantùm humana. Tum vocatâ ad se reliquâ multitudine, quæ eum sequebatur, in hanc sententiam eam est alloquutus: Quicumque cupit esse meus discipulus, eum, nullâ ratione habitâ commodorum suorum, & eorum quæ cupere posset, si esset sui juris, oportet se totum componere ad legem divinam; adeóque secum quotidie statuere quævis mala pati, potiùs quàm eam violet. Ita animati qui fuerint, ii mei discipuli sunto, & habentor; qui aliter sentient ad alios magistros se conferant. Scitote enim eum qui, ut vitæ suæ consulat, me abnegabit, sæpissimè eam ipsam vitam amissurum, contrà verò eos, qui audacter vitæ periculum meâ causâ adibunt, sæpe evasuros. Itaque expedit vobis ut confidenter vos profiteamini meos discipulos; quid enim cetera omnia, quæ perfidiâ vestrâ lucrari possetis, vos juvabunt, si ipsâ vitâ mulctemini? Quid potest esse vitæ æquiparandum, in terrestribus quibusvis bonis? Quod cùm ita sit, multo potiori jure, & cetera omnia, & hæc ipsa mortalis vita, impendenda ad æternam felicitatem comparandam,

MATTHÆUS. Cap. XVI.	MARCUS. Cap. VIII.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES.
22. Et adsumens eum Petrus, cœpit increpare illum,	Et, apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum:		
diceus: Absit à te, Domine, non erit tibi hoc.			
23. Qui conversus, dixit Petro: Vade post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.	33. qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retrò me, Satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.		
24. Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam,	34. Et, convocatâ turbâ cum discipulis suis, dixit eis: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam,	23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem cem suam quotidie,	
& sequatur me.	& sequatur me.	& sequatur me.	
25. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.	35. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam, propter me & Evangelium, salvam faciet eam.	24. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam; nam, qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam.	
26. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?	36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat?	25. Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?	
Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?	37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?		
	38. Qui enim me confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice, & Filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis.	26. Nam, qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.	
27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique, secundùm opera ejus.			
28. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in Regno suo.	39. Et dicebat illis: Amen dico vobis quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Regnum Dei veniens in virtute.	27. Dico autem vobis, verè sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant Regnum Dei.	

parandam, quam ego solis constantibus in Evangelii professione impertiar. Quicumque enim, in hac prava ac à Deo aliena ætate, non sustinebit apertè se discipulum meum profiteri; eum ego pro meo minimè habebo, cùm veniam judicatum de hominibus, splendidissimo apparatu, à Patre meo accepto, unà cum bonis Angelis. Veniam enim, ne dubitetis, divinâ magnificentiâ cinctus, unà cum Angelis, apparitoribus meis; & unumquemque habebo, prout in hac vita se se gesserit. Quin & nonnulli, inter eos qui hîc adstant, minimè morientur, antequàm videant me parte insigni muneris hujus mei defungentem.

CAPUT

MATTHÆUS.

Cap. XVII.

1. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

2. Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

3. Καὶ ἰδοὺ, ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

4. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

5. Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ, νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

6. Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

MARCUS.

Cap. IX.

1. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.

2. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιὼν, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.

3. Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωσεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ.

4. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει τῷ Ἰησοῦ· Ῥαββὶ, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν.

5. Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.

6. Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε.

LUCAS.

Cap. IX.

28. Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

29. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

30. Καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας·

31. Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ.

32. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

33. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοι, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ· μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

34. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ ἐκείνους εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

35. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε.

JOANNES.

Caput XXXVI.

Transformatio Christi, & vox è cœlo jubens eum audiri. Sermones Christi de Elia, & curatio pueri à Cacodæmone muto obsessi, quem Apostoli ejicere non potuerant. Christus mortem & resurrectionem suam prædicit, Apostolis dicta ejus minimè adsequentibus.

Octavo die, post hosce habitos sermones, Jesus jussit Petrum, Jacobúmque & Joannem, Zebedæi Filios, secum seorsim ab aliis adscendere excelsum montem; in quo erat, absque interpellatione multitudinis, Deum oraturus. Cùm autem illic eo religionis officio fungeretur, non procul à tribus Apostolis, quos diximus; ecce verò vultus ejus mutatus est, & divinâ majestate fulgere cœpit, ita ut oculi ejus non magis ferri possent à mortalibus oculis, quàm sol sine nubibus lucens. Vestes etiam ejus tanto candore coruscabant, ut nullus in terris fullo, ullâ arte, eum æquare posset. Præterea ei adfuerunt duo viri, simili splendore vultûs & vestium ornati; quos ex sermonibus constitit esse Mosem & Eliam, maximos vatum omnium, qui olim à Deo missi fuissent. Ii colloquebantur cum Jesu de pœnis, quas sumturus

MATTHÆUS.

Cap. XVII.

1. ET post dies sex adsumit Jesus Petrum & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelsum seorsum.

2. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus, sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba, sicut nix.

3. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.

4. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum.

5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.

Et ecce vox de nube: dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.

6. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.

MARCUS.

Cap. IX.

1. ET post dies sex adsumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis.

2. Et vestimenta ejus facta sunt splendentia, & candida nimis, velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere:

3. Et apparuit illis Elias cum Moyse, & erant loquentes cum Jesu.

4. Et, respondens Petrus, ait Jesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Eliæ unum:

5. non enim sciebat quid diceret; erant enim timore exterriti.

6. Et facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube dicens: Hic est Filius meus carissimus, audite illum.

LUCAS.

Cap. IX.

28. Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & adsumsit Petrum, & Jacobum, & Joannem, & adscendit in montem ut oraret.

29. Et facta est, dum oraret, species vultûs ejus altera: & vestitus ejus albus & refulgens.

30. Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias,

31. visi in majestate: & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.

32. Petrus verò & qui cum illo erant, gravati erant somno: & evigilantes viderunt majestatem ejus, & duos viros, qui stabant cum illo.

33. Et factum est cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi & unum Moysi, & unum Eliæ; nesciens quid diceret.

34. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem.

35. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

JOANNES.

---

rus erat de Jerosolimitanis contumacibus. Paullò antequàm hæc fierent, Petrus & ambo fratres qui cum eo erant, arcto oppressi somno dormiebant; sed excitati splendidissimum hunc conventum viderunt, & partem sermonum audierunt. At non multò pòst cœperunt Moses & Elias valedicere Jesu, Petrúsque, eos diutiùs detinere cupiens, Jesum ita compellavit: Magister, inquit, expedit nos diutiùs hic commorari. Itaque faciamus frondibus arborum tria tabernacula, quorum unum erit tuum, secundum Mosis, tertium Eliæ. At tanto metu; ut & duo alii Apostoli, percellebatur, ut non satis sciret quid diceret; cùm facile esset intellectu Mosem & Eliam è cœlo non descendisse, ut diu in terris cum mortalibus versarentur. Dum verò adhuc loqueretur, nubes splendidissima in omnes qui aderant descendit; quâ non parum territi sunt Apostoli, cùm se eâ ambiri animadverterunt. Tum ex media nube audita est Dei vox dicentis: HIC EST CARUS FILIUS MEUS, QUEM SINGULARI AMORE PROSEQUOR, EJUS DOCTRINÆ ET MANDATIS AUSCULTATE. Hac voce auditâ, usque adeò conturbati sunt Apostoli, ut proni in vultus suos conciderint.

MATTHÆUS.

Cap. XVII.

7 Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν· Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

8 Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

9 Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

10. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Τί οὖν οἱ Γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

11. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·

12. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε,
καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν.
ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν.

οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

13. Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

MARCUS.

Cap. IX.

7. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν.

8. Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

9. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς,

συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

10. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

11. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα·

καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ, καὶ ἐξουδενωθῇ.

12. Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε,

καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν,

καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.

13. Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτοὺς, καὶ Γραμματεῖς, συζητοῦντας αὐτοῖς.

14. Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν.

15. Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς Γραμματεῖς· Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς;

LUCAS.

Cap. IX.

36. Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος.

καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασι.

37. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

JOANNES.

At Jesus accedens, jussit eos surgere & bono esse animo. Tum verò, erectis capitibus, circumspicientes neque nubem, neque homines, qui cum Jesu colloquuti fuerant, amplius viderunt, sed solum Magistrum eâ facie, eóque habitu, quibus fuerat ante transformationem.

Deinde Jesus descendit ex eo monte, & Apostolos, inter descendendum, vetuit cuiquam narrare quod viderant in monte, antequàm ipse è mortuis excitatus fuisset. Nec sanè cuiquam, per omne illud tempus, rem aperuerunt; verùm, illico non adsequebantur quid Jesus intelligeret resurrectione suâ è mortuis, ante quam nefas sibi esset evulgare quod viderant; quòd ultima omnium hominum resurrectio animis eorum obversaretur, ad quam cur premendum esset illud arcanum non intelligebant. Cum verò Elias, brevi tempore cum Jesu versatus, in cœlum rediisset, quæsiverunt à Magistro quare docerent Legis periti Eliam venturum, antequàm Messias regnum iniret, & omnia eam in rem, prout par est, compositurum, atque instauraturum. Respondit autem Jesus, oportuisse quidem Eliam priùs venire, & ad officium Judæos omnes revocare; ut Messiam mox adfuturum eo modo, quo decebat, exciperent;

MATTHÆUS. Cap. XVII.	MARCUS. Cap. IX.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES.
7. & accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.			
8. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.	7. Et, statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Jesum tantùm secum.	36. Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus:	
9 Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.	8. Et, descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam, quæ vidissent, narrarent, nisi cùm Filius hominis à mortuis resurrexerit.		
	9. Et verbum continuerunt apud se,	& ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant.	
	conquirentes quid esset: Cùm à mortuis resurrexerit.		
10. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primùm venire?	10. Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm?		
11. At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia.	11. Qui respondens, ait illis: Elias, cum venerit primò, restituet omnia:		
	& quomodo scriptum est in Filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur.		
12. Dico autem vobis, quia Elias jam venit,	12. Sed dico vobis quia & Elias venit,		
& non cognoverunt eum,			
sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt.	& fecerunt illi quæcumque, voluerunt,		
	sicut scriptum est de eo.		
Sic & Filius hominis passurus est ab eis.			
13. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixisset eis.			
		37. Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa.	
	13. Et, veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas, conquirentes cum illis.		
	14. Et confestim omnis populus, videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes salutabant eum.		
	15. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis?		

rent; neque hoc vaticinium iis contrarium esse, quibus Messiam à Judæis malè habitum iri prædictum fuerat; nam & Eliam venisse, quamvis eum minimè agnovissent Judæi, & aggressum eos vocare ad pœnitentiam, ut ita affecti essent, quemadmodum decebat Messiam excepturos; at sanctum illum virum auditum non esse, imò & interfectum; quod sibi etiam Jesus exspectandum esse dicebat, à Judæis. Hinc intellexerunt Apostoli Jesum loqui de Joanne Baptista, quem & aliàs non obscurè dixerat Eliam illum esse, qui Messiæ adventum antecessurus erat.

Postridie ejus diei, quo Christus & tres memorati Apostoli è monte descenderunt, occurrit Jesu ingens hominum multitudo; nec minorem animadvertit circa reliquos Apostolos, quos invenit disceptantes cum Legis peritis. At statim ac ab ea multitudine est conspectus, adventu ejus commota ei obviam ivit, & advenientem salutavit.

MATTHÆUS. Cap. XVII.	MARCUS. Cap. IX.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES
14. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτὸν,			
15. Καὶ λέγων· Κύριε,	16. Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπε· Διδάσκαλε,	38. Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε, λέγων· Διδάσκαλε,	
	ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον·		
		δέομαί σου,	
ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν,		ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου,	
		ὅτι μονογενής ἐστί μοι.	
ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.			
	17. Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ,	39. Καὶ ἰδοὺ, πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν,	
		καὶ ἐξαίφνης κράζει,	
	ῥήσσει αὐτόν· καὶ ἀφρίζει,	καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ,	
	καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται.		
		καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτόν.	
16. Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.	καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.	40. Καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.	
17. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη,	18. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, λέγει· Ὦ γενεὰ ἄπιστος·	41. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη,	
ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν;	ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι;	ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς;	
ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;	ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;	καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.	
φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.	φέρετε αὐτὸν πρός με.		
	19. Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων.	42. Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν·	
	20. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ· Πόσος χρόνος ἐστὶν ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε· Παιδιόθεν.		
	21. Καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν· ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς.		
	22. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.		
	23. Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου, μετὰ δακρύων ἔλεγε· Πιστεύω Κύριε· βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ.		

Quæsivit autem Jesus à Legis peritis, qua de re cum Apostolis suis disceptarent; quos cùm ita interrogasset, ecce verò vir quidam, è media turba, ad eum accessit ac ad pedes ejus provolutus est; &, Magister, inquit, ad te adduxi filium meum à Cacodæmone muto vexatum; oro autem te, ut mei, ejusque miserearis, cùm præsertim sit mihi unicus. Singulis enim pleniluniis, pessimè à Dæmonio habetur, à quo interdum in ignem, interdum in aquam conjicitur. Cùm verò impurus ille Spiritus eum invadit, tum adolescens magnâ voce exclamat, veluti disrumpitur, humi affligitur, spumam ore emittit, frendet dentibus; qua de causa, planè contabescit. Quin & Cacodæmon ægrè ullam quietem esse ei patitur; vix enim tandem ab eo abscedit, nec dimittit antequàm vires ejus prorsus fregerit. Obtuli quidem eum Apostolis tuis, oravique ut Cacodæmonem ejicerent, quod illi frustra tentarunt.

His verbis auditis, Jesus exclamavit, ô ætatem, parum honorificè de divina potentia ac bonitate sentientem, ideòque indignam in cujus gratiam miracula edantur, ô perversam hominum ætatem,

MATTHÆUS.

Cap. XVII.

14. Et, cùm venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum,

dicens: Domine,

miserere filio meo,

quia lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.

15. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

16. Respondens autem Jesus, ait: O generatio incredula,
& perversa,

quousque ero vobiscum? Usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.

MARCUS.

Cap. IX.

16. Et respondens unus de turba, dixit: Magister,

attuli filium meum ad te, habentem Spiritum mutum:

17. qui, ubicumque eum apprehenderit,

allidit illum,
& spumat,

& stridet dentibus, & arescit.

Et dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

18. Qui, respondens eis, dixit: O generatio incredula,

quamdiu apud vos ero? Quamdiu vos patiar? Afferte illum ad me.

19. Et attulerunt eum: & cùm vidisset eum, statim Spiritus conturbavit illum; & elisus in terram volutabatur spumans.

20. Et interrogavit patrem ejus: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia:

21. & frequenter eum in ignem, & in aquas misit, ut eum perderet: sed, si quid potes, adjuva nos, misertus nostri.

22. Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

23. Et continuò, exclamans pater pueri, cum lacrimis aiebat: Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam.

LUCAS.

Cap. IX.

38. Et ecce vir de turba exclamavit, dicens: Magister,

obsecro te,
respice in filium meum,
quia unicus est mihi:

39. & ecce Spiritus apprehendit eum,
& subitò clamat,
& elidit,
& dissipat eum, cum spuma,

& vix discedit dilanians eum.

40. Et rogavi discipulos tuos ut ejicerent illum, & non potuerunt.

41. Respondens autem Jesus, dixit: O generatio infidelis,
& perversa,

usquequò ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.

42 Et, cùm accederet, elisit illum Dæmonium, & dissipavit.

JOANNES.

ætatem, diutiúsne me oportet incredulitatem vestram ferre? Tum jussit adolescentem ad se afferri, qui ubi allatus est, continuò Cacodæmon eum invasit, distortúmque humi afflixit, ubi volutabatur spumam ore emittens. Tunc Jesus interrogavit patrem ejus, à quo tempore adolescens vexaretur; respondit ille, à puero in eam calamitatem incidisse; sæpe à Cacodæmone conjectum in ignem, sæpe in aquam, ut ab eo occideretur, quod jam contigisset, nisi præsens auxilium infelici latum esset; itaque se orare Jesum, ut si quâ posset, eum Cacodæmone liberaret, cùm ægri ipsius, tum propinquorum ejus misertus. Reposuit Jesus, si hoc à te potes impetrare, ut credas à Deo mihi concessam potestatem ejiciendi Cacodæmonas, facilè obtinebis; nam nihil est quod à Deo impetrare non possint magna de ejus potentia ac bonitate sentientes. Hîc magnâ voce exclamat pater, se credere quidem Deo, & ipsi; sed si quid deesset fiduciæ suæ, orare ut id benignè suppleret.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XVII.	CAP. IX.	CAP. IX.	
	24. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος,		
18. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς,	ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ,	ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ,	
☞	λέγων αὐτῷ· Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω· Ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. 25. Καὶ κράξαν, καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν,	☜	
καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον,	ἐξῆλθε·		
☞	καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλοὺς λέγειν ὅτι ἀπέθανεν. 26. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη.		
καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης·	☜ ☞	καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα,	
☞	☜ ☞	☜ καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.	
	27. Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον		
19. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον· Διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; 20. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.	οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν· Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; ☜		
21. Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.	28. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.		
☞	☞	43. Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ. πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς,	
	29. Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας·	☜	
22. Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,	☜		
☞	καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ.		
εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς	30. Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ☞	εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους·	
Μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.	Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων,	ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.	
23. Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται.	καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν καὶ ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.	☜	

Quibus verbis prolatis, irruebat in eos undique multitudo, cupida videndi quid futurum esset; at Jesus impurum Spiritum increpuit, jussitque corpore adolescentis exire, numquam posthac in id rediturum. Illico impurus Spiritus, edito ore adolescentis ululatu, eoque valde distorto egressus est. At adolescens humi jacebat immotus, haud aliter ac si animam efflasset, ita uti multi existimarent re verâ mortuum esse. Verùm Jesus eum manu prehensum surgere jussit; ac illico adolescens surrexit, ab eo tempore prorsus liberatus Cacodæmone, estque patri à Jesu restitutus.

Postea verò cùm Jesus domum, in qua diversaturus erat, ingressus esset, eum privatim interrogarunt Apostoli; cur, cùm alia miracula, potestate ab eo acceptâ, edidissent, hoc tamen Dæmonium ejicere non potuissent. Respondit Jesus aliud nihil obstitisse ejectioni Cacodæmonis, nisi quòd cùm ipsi, tum propinqui ægri etiamnum nonnihil dubitassent de Dei potentia

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XVII.	Cap. IX.	Cap. IX.	
	24. Et, cùm videret Jesus concurrentem turbam,		
17. Et increpavit illum Jesus,	comminatus est Spiritui immundo,	43. Et increpavit Jesus Spiritum immundum,	
	dicens illi: Surde & mute Spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ampliùs ne introeas in eum.		
	25. Et exclamans, & multùm discerpens eum,		
& exiit ab eo Dæmonium,	exiit ab eo,		
	& factus est sicut mortuus; ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.		
	26. Jesus autem, tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit.		
& curatus est puer ex illa hora.		& sanavit puerum,	
		& reddidit illum patri ejus.	
	27. Et, cùm introisset in domum,		
18. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secretò, & dixerunt: Quare non potuimus ejicere illum?	discipuli ejus secretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere eum?		
19. Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.			
20. Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem, & jejunium.	28. Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio.		
		44. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Omnibúsque mirantibus in omnibus quæ faciebat,	
	29. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam:		
21. Conversantibus autem eis in Galilæa,			
	nec volebat quemquam scire.		
dixit illis Jesus:	30. Docebat autem discipulos suos & dicebat illis:	dixit ad discipulos suos:	
		Ponite vos in cordibus vestris sermones istos:	
Filius hominis tradendus est in manus hominum:	Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum,	Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum.	
22. Et occident eum, & tertio die resurget.	& occident eum, & occisus tertia die resurget.		

potentia & bonitate. Si enim, inquit, vel per breve tempus, Deo confidatis, nullum est tantum miraculum, quod edere non possitis. Si vel hunc, quem videtis, montem jusseritis sede suâ relictâ aliò transferri, continuò transferetur, nec quidquam erit quod à Deo impetrare nequeatis. Hoc autem genus Cacodæmonum, ita volente Deo, à vobis non potuit ejici, nisi adhibitis precibus & jejunio. Omnes verò mirabantur summam Dei potentiam ac bonitatem, quas, Jesu operâ, tam magnificè, támque benignè hominibus ostentabat.

Deinde cœpit Jesus incertis itineribus, cum solis Apostolis, Galilæam peragrare, quòd nollet agnosci, ne concursus multitudinis ad se fierent. Interea studiosiùs, quàm antea, inculcabat Apostolis suis, fore ut traditus in manus Judæorum, atque eorum furori permissus interficeretur, sed tertio die è mortuis excitaretur.

Verùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XVII.	Cap. IX.	Cap. IX.	
	31. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα,	45. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο,	
		καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό·	
Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.	καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.	καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.	
24. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα;	32. Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ.		
25. Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;			
26. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.			
27. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.			
	καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς· Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;		
	33. Οἱ δὲ ἐσιώπων·		
	πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων.	46. Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.	
		47. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν,	
	34. Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος.		
Cap. XVIII.			
1. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες· Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;			

Verùm Apostoli non capiebant quid sibi vellet ea resurrectio tertii diei, quia ultimam tantùm resurrectionem omnium hominum animo versabant, neque umquam audiverant fore ut Messias, scelere Judæorum occisus, resurgeret. Ideò quod non semel ea de re dixerat Christus semper eos fugerat, & hactenus fugiebat. Attamen auditâ mentione mortis, nescio quid mali Jesum sibi ipsum præsagire suspicabantur, nec mediocri dolore afficiebantur; quamquam non audebant petere à Magistro clariorem explicationem eorum quæ dixerat, ne tarditas sua ab eo castigaretur.

Caput XXXVII.

Jesus Didrachmum solvit. Discipulorum ambitionem castigat, qui de prima dignitate in Regno cælorum inter se contenderant. Docet nemini offensionis causam præbendam, neminem contemnendum, & peccantibus in nos sæpiùs condonandum. Vetat quemdam, qui nomine ejus Dæmonia ejiciebat, impedri.

Deinde Jesus, unà cum Apostolis, Capernaümum ingressus est. Tunc temporis ad Petrum venerunt homines à Præfectis Templi Jerosolimitani missi, ut Didrachmum in usum Templi viritim pendi solitum, exigerent; & petierunt à Petro annon Magister ejus solveret Didrachmum solvere; nam ultrò id tributum solvebatur, ab iis quibus cordi erat splendor Templi. Respondit verò Petrus eum solere, & cùm domum ingrederetur ut rem Jesu nuntiaret, eum occupavit Jesus, &, Petre, inquit, quid tibi videtur de re quam abs te quæram? A qui-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XVII.	CAP. IX.	CAP. IX.	
☞	31. At illi ignorabant verbum: ☞	45. At illi ignorabant verbum illud: & erat velatum ante eos, ut non sentirent illud;	
Et contristati sunt vehementer,	☜ & timebant interrogare eum.	☜ & timebant eum interrogare de hoc verbo.	
23. Et, cùm venissent Capharnaüm, accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma? 24. Ait: Etiam. Et, cum intrasset in domum, prævenit eum Jesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? A filiis suis, an ab alienis? 25. Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Jesus: Ergo liberi sunt filii. 26. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus adscenderit, tolle; & aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens da eis pro me, & te.	32. Et venerunt Capharnaüm. ☜	☜	
☞	Qui, cùm domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? 33. At illi tacebant, siquidem in via inter se disputaverant quis eorum major esset. ☞	46. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum major esset. 47. At Jesus, videns cogitationes cordis illorum,	
CAP. XVIII. 1. IN illa hora, accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in Regno Cœlorum?	34. Et residens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister. ☜	☜	

quibus tributa aut censum exigere solent Reges? An à liberis suis, an verò ab alienis? Respondit Petrus, ab alienis. Liberi ergo, ait Jesus, sunt ejusmodi onerum immunes, posseмque proinde, Patri meo, qui in Templo colitur, & cujus nomine id tributum exigitur, nihil solvere, meósque familiares pariter immunes præstare. Sed ne homines offendamus, quasi Templum tanti non faceremus, ut ad id sartum tectum conservandum quidquam conferre vellemus; ito ad lacum, jactóque in aquam hamo, extrahe piscem, qui primus capietur; in cujus ore invenies Staterem, vel Tetradrachmum, quod eis solves meo & tuo nomine.

Domi etiam sciscitatus est ab Apostolis, de qua re, dum se sequerentur, in via disceptassent; ut ex eorum ore confessionem erroris eliceret. Verùm illico nihil responderunt, quia non audebant fateri se ambitiosiùs disceptasse de prima dignitate in regno cœlorum obtinenda, quam non unus eorum sibi vindicabat. Jesus verò probè sciens quid animo agitarent, cùm adsedisset, duodecim Apostolos ad se vocavit, & dicere cœpit eum, qui primas obtinere in Regno Cœlesti cuperet, oportere se ita gerere erga alios, quasi esset omnium infimus, eorúmque commodis diligenter inservire. Quæ verba ubi audierunt Apostoli, quod illico non ausi fuerant fateri aperuerunt, quærentes quis ipsorum in Regno Cœlesti maximam adepturus esset dignitatem.

MATTHÆUS. Cap. XVIII.	MARCUS. Cap. IX.	LUCAS. Cap. IX.	JOANNES.
2. Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν,	35. Καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν	ἐπιλαβόμενος παιδίου, ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ·	
☞	καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς	☞ 48. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς·	
3. Καὶ εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.	☞	☞	
4 Ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.			
5. Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. ☞	36. Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. ☞	Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με· ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. ☞	
6. Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.	41. Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν.		
7 Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.	☞		
8. Εἰ δὲ ἡ χείρ σου, ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα, βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. ☞	42. Καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοι ἐστὶ κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα, ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον· 43. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. 44. Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν· καλόν ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον.		

Tum verò Christus, ut hominum ambitionem retunderet, facto quopiam, quod eorum oculos percelleret, puerulum in medio statuit, eóque in ulnas sublato, sic eos alloquutus est: Profectò, nisi omnem ambitionem animo vestro ejiciatis, adeò ut non magis dignitates terrestres optetis, quàm hicce puerulus, non eritis participes beneficiorum Regni Cœlestis, nedum ut primas in eo tenere possitis. Quisquis æquè modesto animo erit, nec magis honores appetet, quàm hic puer, ille maximam dignitatem in Regno Cœlesti consequetur. Quisquis etiam ejusmodi hominem, quòd se meum discipulum dicat, benignè habuerit, is me ipsum benignè habuisse à me censebitur; at quisquis me beneficio affecerit, non tam mihi quàm Deum ipsum, qui me misit, existimabitur bene fecisse. Modestissimus enim omnium vestrûm, & honorum minimè appetens, in Regno Cœlesti magnam dignitatem obtinebit, si modò ceteris suis officiis functus, ut par est, fuerit. Scio ejusmodi homines vulgò solere ab aliis contemni, & eo contemtu aliquando eorum constantiam labefactari; at scitote quisquis minimum eorum qui mihi crediderint à doctrina mea alienum contemtu reddiderit, caput ejus tanto scelere obstrictum iri; ut multò ei satius fuisset collo lapidi molari revincto in mare antea demersum fuisse. Innumera mala evenient hominibus, quia alii alios improbitate suâ ad deficien-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XVIII.	Cap. IX.	Cap. IX.	
2. Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum;	35. Et, accipiens puerum, statuit eum in medio eorum:	apprehendit puerum, & statuit illum secus se,	
	quem cùm complexus esset,		
3. & dixit:	ait illis:	48. & ait illis:	
Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum. 4. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in Regno Cœlorum;			
5. & qui susceperit unum parvulum talem, in nomine meo, me suscipit.	36. Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit, in nomine meo, me recipit.	Quicumque susceperit puerum istum, in nomine meo, me recipit:	
	& quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit me.	& quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit: nam qui minor est inter vos omnes, hic major est.	
6. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaris in collo ejus, & demergatur in profundum maris.	41. Et quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis, credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur.		
7. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit.			
8. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te.	42. Et, si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam.		
Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.	Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem.		
	43. ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 44. Et, si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:		

deficiendum à me, aut præcepta mea perfringenda adducent. Prout enim sunt homines (nec Deus huic malo aliter, quàm legibus suis, occurret) necesse est ea fieri quibus alii à religione ac virtute alieniores fiant. Verùm non exiguas pœnas dabit, qui nequitiâ suâ religionis virtutisve antea cultores à pio vitæ instituto deterruerit. Si quid ergo, quod non minùs utile in hac vita vobis judicaretis, quàm manus vestras, vos à religionis, ac sanctitatis curriculo revocarit, eo vobis est æquo animo carendum. Præstat enim vos jucundissimis atque utilissimis rebus destitutos vitam hancce ita agere, ut felicitatis æternæ participes fiatis; quàm si iis instructi cùm fuissetis, conjiceremini in locum suppliciorum, æternis flammis cruciandi, ubi, ut loquar cum Propheta, vermis eorum qui pœnas dant non moritur, neque ignis exstinguitur. Si quid, quod non minùs esset vobis carum quàm pedes vestri, vos eò impulerit ut deficiatis à me, ejus jacturam graviter ferre non debetis; satius enim est vos eo carentes vitam transigere & beatos esse post mortem, quàm si postquàm eo fruiti essetis, flammis æternis Deo pœnas daretis, in loco in quo immortali verme obroduntur & igne inexstincto uruntur mali.

MATTHÆUS.

CAP. XVIII.

9 Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

10. Ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων, λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

11. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

12. Τί ὑμῖν δοκεῖ, ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν· οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς, ζητεῖ τὸ πλανώμενον;

13 Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ᾽ αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα, τοῖς μὴ πεπλανημένοις

14. Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων·

15. Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου

MARCUS.

CAP. IX.

45. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

46. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν. καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

47. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται.

48. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται· καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται.

49. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

LUCAS.

JOANNES.

Si quid, quod æquè amatis ac oculos vestros, vos ad impietatem allexerit, id à vobis est abjeiendum, neque desiderandum in hac vita; præstat enim vos voluptate, quam hoc vobis pariebat carere, quàm ei voluptati indulgentes à Deo post hanc vitam damnari, & supplicio numquam intermorituri vermis, neque umquam exstinguendi ignis plecti. Quemadmodum enim omnis farrea oblatio necessariò sale est adspergenda, & imponenda igni inexstincto altaris: ita etiam quisquis à me defecerit igne inexstincto veluti salsus, in loco suppliciorum, Deo pœnas dabit.

Quoniam verò memini salis, mementote ejus, quod vobis aliàs dixi: ut, si contingat salsos cineres amittere id quod habent salis, id illis minimè restituitur, nec ullam in rem utiles esse possunt: sic & vos discipulos meos qui soli estis à me edocti & mandatis instructi, ut terrarum orbem ad saniorem mentem revocetis, si mandata mea neglexeritis, à nemine mortalium aberrantes posse in rectam viam retrahi. Itaque date operam ut officio vestro animosè ac summâ fide defungamini; & præsertim cavete ne inter vos diffideatis, quis enim vos diffidentes ad concordiam revocare posset?

Cavete ne quemquam vel humillimæ sortis, vel animi demissioris propterea contemnatis, quasi Deus eos minùs curaret, quàm magnates, aut ingenii elatioris homines; humilium enim & sorte & animo curam mandat Deus Angelis, qui quovis tempore admittuntur in eum locum, in quo Deus se præsentissimum esse insigni ratione ostendit. Neque dixeritis homines ejusmodi

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XVIII.	Cap. IX.		
	45. ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur.		
9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ☞	46. Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice eum: bonum est tibi luscum introire in Regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis:		
	47. ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur.		
	48. Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.		
	49. Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. ☞		
10. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in Cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis est.			
11. Venit enim Filius hominis salvare quod perierat.			
12. Quid vobis videtur, si fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam quæ erravit?			
13. Et si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quam super nonaginta novem, quæ non erraverunt.			
14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in Cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis.			
15. Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.			

ejusmodi esse quandoque parum castigatis moribus, ideóque indignos quibuscum ego ac vos familiariter versemur; etenim eum in finem in terras missi sumus, ut ad virtutem revocaremus illos qui ab ea defecerunt. Audite hanc in rem similitudinem. Sit cuipiam viro grex centum ovium, quarum una à ceterarum grege aberrarit, & sola seorsim ab aliis & à pastore, vagetur in montibus. Annon vir ille, relictis nonaginta novem ovibus, invios montes peragrabit, ut inveniat unam illam errantem ovem, atque ad reliquum gregem reducat? Quin & eâ inventâ magis gaudebit, quàm gaudet ob securam possessionem nonaginta novem ceterarum ovium, quæ minimè aberrarunt. Eodem modo affectus est Deus erga homines, qui à pravis moribus ad sanctiorem vitam transducuntur. Cavete ergo ne credatis Deum gaudere exitio ullius hominis, etiam humillimi.

Neque dixerit quisquam, se injuriâ, aut contumeliâ ab ejusmodi homine affectum fuisse, ideóque non immeritò eum à se contemni. Si quis enim quapiam re in vos deliquerit, læsus primùm solus cum solo agat, atque expostulet. Si ei auscultet, fateatúrque se deliquisse, & se posthac facturum neget; eum ad saniora consilia adduxerit, eritque cur propterea sibi ipse gratuletur.

 Quòd

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

CAP. XVIII.

16. Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

17. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

18. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.

19 Πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

20. Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

21. Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε· Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;

22. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

23. Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.

24 Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων.

25. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι.

26. Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω.

27. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτόν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ.

Quòd si nullam rationem habeat ejus solius dictorum, læsus eum conveniat iterum cum uno atque altero teste; ut constet, si necesse sit, omnia privatim tentata ut emendaretur, antequàm palam læsus dicat se eum minimè bonum habere virum. Si verò iteratæ hujus admonitionis, præsentiæque testium majorem rationem non habuerit, tum denique palam & apud omnes injuria ab eo illata narretur; ut cùm factum illud suum toti cœtui improbari videbit, & malam famam sibi parere, consensu bonorum & pudore victus ad officium redeat. Si ne his quidem moveatur, eum pro conclamato habete, quales sunt contumaces Idololatræ, aut Publicani plerique; qui nullo æquitatis amore, nec pudore ullo duci se profitentur. Quicumque, credite mihi, ejusmodi facto, neglectis admonitionibus vestris, in terris caput suum obstrinxerit, is ab ipso Deo, in cœlo, scelere obstrictus judicabitur, neque ullo piaculo resolvetur. Contrà verò quicumque pœnitentiâ ductus, admonitionibus vestris obtemperaverit, & à vobis absolutus fuerit, eum etiam Deus, absque ullo alio piaculo, peccati absolvet. Hoc enim præterea à me accipite, cùm duo vestrûm in terris consentient, ad veniam delicti cujuscumque petendam, hanc ab illis à Patre meo Cœlesti impetratum iri, si modò is qui deliquit ex animo resipiscat. Ubicumque enim duo vel tres convenerint, ad orandum Deum,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XVIII.			

16. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

17. Quod si non audierit eos: dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

18. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cœlo.

19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in Cœlis est;

20. ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies?

22. Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies; sed usque septuagies septies.

23. Ideò adsimilatum est Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis;

24 & cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.

25. Cum autem non haberet unde redderet, jussit eum dominus ejus venumdari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.

26. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

27. Misertus autem Dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Deum, ut mei discipuli, non ut Judæi, aut Ethnici, ipse inter eos esse & Deum conjunctim cum iis orare censebor.

His auditis, Petrus petiit à Jesu quot vicibus oporteret læsum ignoscere ei qui in se deliquisset, an septies quidem injuriam inferenti venia esset danda? Jesus verò, non dico, inquit, dumtaxat septimâ vice peccanti condonandam injuriam, sed & ei qui septies septuagesimam infert, hoc est, nullum ignoscendi, apud homines, oportere esse finem. Ita vos gerere par est, in Ecclesia Christiana, erga ejusdem humanæ naturæ participes: ut se se gerit erga vos Deus, quod ex hacce similitudine meliùs intelligetis, & faciliùs recordabimini. Rex fuit qui à ministris, quibus curam divitiarum suarum commiserat, rationem repetiit. Quod cùm faceret, ex subductione rationum constitit quemdam eorum decies mille talenta Regi debere. Quæ cùm non esset solvendo, Rex jussit eum, unà cum uxore & liberis omnibúsque facultatibus suis vendi, summámque quæ confici hinc posset ærario suo inferri. At vir ille ad pedes Regis concidens obnixis precibus eum oravit, ut sibi tempus solvendo concederetur, omnia tandem reddituro. Quare ejus misertus Rex dimitti eum jussit, remisítque ei ingentis illius summæ usuram.

Minister

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

MATTHÆUS

Cap. XVIII.

28. Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων· Ἀπόδος μοι, ὅ, τι ὀφείλεις.

29. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων, Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι.

30. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἀπελθὼν, ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.

31. Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα· καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα.

32. Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· Δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με·

33 Οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα;

34 Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ.

35 Οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

MARCUS

Cap. IX.

37. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων· Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.

38. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Μὴ κωλύετε αὐτόν· οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με.

39. Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν.

40. Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστε, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

LUCAS

Cap. IX.

49. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν· Ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν.

50. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Μὴ κωλύετε·

ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν.

Minister verò ille regius tanto periculo ereptus, è conspectu Regis egressus est, atque incidens in alium Regis ministrum, qui eiscentum denaria debebat, hominem illico arripuit, & obtorto collo trahebat, acerbè debitum ab eo exigens. At debitor ad pedes ejus provolutus, similia ab eo petebat, iis quæ ipse rogaverat Regem, pollicebatúrque se integram summam persoluturum. Verùm acerbum hominum flectere frustra conatus in carcerem ab eo est conjectus, donec integram summam, cum fœnore, persolvisset. Quod cùm animadvertissent ceteri ministri regii, dirâ hominis acerbitate vehementer offensi sunt, cùm præsertim tantam Regis clementiam erga se nuper expertum eum esse scirent. Itaque de compacto ad Regem se conferunt, & facinus, quod ferre non potuerant, ei narrant. Quo audito, Rex hominem ad se vocat, hisque verbis in eum invehitur: Nequissime ministrorum, ingentem summam tibi remisi, precibus tuis permotus; annon etiam par erat te simili miseratione, erga sodalem tuum, perculsum tempus solvendi ei concedere, usurâ pecuniæ remissâ? Tum revocatâ largitione suâ, jussit eum in carcerem conjici, eóque detineri donec integram summam confecisset, unà cum fœnore. Sic & Pater Cœlestis erga homines se geret, nam peccatis adversùs ipsum admissis

MATTHÆUS.

Cap. XVIII.

28. Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.

31. Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde: & narraverunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

32. Tunc vocavit illum dominus suus: & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me:

33. nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum?

34. Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.

35. Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

MARCUS.

Cap. IX.

37. Respondit illi Joannes, dicens: Magister, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem Dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

38. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.

39. Qui enim non est adversùm vos, pro vobis est.

40. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen, dico vobis, non perdet mercedem suam.

LUCAS.

Cap. IX.

49. Respondens autem Joannes, dixit: Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem Dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.

50. Et ait ad illum Jesus: Nolite prohibere:

qui enim non est adversùm vos pro vobis est.

JOANNES.

missis ignoscet, eâ lege ut & homines invicem sibi injurias ex animo condonent; sin minùs, gravissimas pœnas immitibus animis imponet.

Cùm Jesus absolvisset loqui; Joannes Zebedæi filius ei narravit se, unà cum aliis Apostolis, vidisse quemdam virum, qui nomine Jesu prolato ejiciebat Cacodæmonas, nec tamen solebat eum adsectari; quamobrem aiebat se eum vetuisse uti nomine Magistri, quem minimè sequebatur. At Jesus negavit vetandum fuisse, non facilè enim, inquiebat, qui miracula edit, prolato nomine meo, adducetur ut minùs honorificè, aut contumeliosè de me loquatur. Præterea eos qui nobis minimè adversantur, Evangelium nunciantibus, nobiscum facere existimare debemus; nihil enim aliud poscimus, nisi ut æquis auribus audiamur. Ideò non ii modò, qui vos majoribus beneficiis affecerint, & suâ auctoritate ac gratiâ juverint, præmium à me accipient; sed & ii qui leve officium humanitatis, quale est dare aquam sitienti, vobis præstiterint, quia discipuli estis Messiæ, sine mercede non abibunt.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Joannes — Cap. VII.

1. Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.

2. Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ σκηνοπηγία.

3. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ ὕπαγε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς.

4. Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι. εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ.

5. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.

6. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος.

7. Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν.

8. Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην· ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ὅτι ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλήρωται.

9. Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς, ἔμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.

10. Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτήν, οὐ φανερῶς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ.

Lucas — Cap. IX.

51. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

52. Καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

53. Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτόν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ.

CAPUT XXXVIII.

Christus it Jerosolimam ad festum Tabernaculorum, sed clam. A Samaritis nonnullis non excipitur, nec tamen pœnas de iis sumi vult. Varia docet eos, qui ipsum sequi volebant. Mittit ante se septuaginta discipulos binos, in loca per quæ transiturus erat, eósque mandatis instruit. Calamitates prædicit Chorazinensibus, Bethsaidensibus & Capernaümensibus. Medio festo Jerosolimam pervenit. De se & doctrina à Deo accepta orationem habet. Judæi disceptant inter se, an sit Messias.

Ab hisce temporibus, Jesus se finibus Galilææ plurimùm continebat, nec diu commorabatur in Judæa, quemadmodum initio Ministerii sui interdum fecerat; quia norat sibi à Judæorum primoribus, quasi Pseudoprophetæ, insidias strui, séque ab iis occisum iri, quàm primùm commodam occasionem nacti fuissent. Cùm autem instaret festum Judæorum, quod Tabernaculorum frondeorum dicitur, incidebátque eo anno pridie Calendas Octobres; Galilæi nonnulli, Cognati Mariæ, Jesum convenerunt, eique suadere aggressi sunt, ut in Judæa, adeoque Jerosolimæ versaretur potiùs, quàm in angulo Galilææ; quò discipuli ejus, qui illic vivebant, viderent etiam miracula quæ ab eo edebantur. Quisquis enim, inquiebant, cupit auctoritatem, apud plurimos, consequi, quæ facit eam in rem non debet clam facere. Si ergo vis Propheta haberi, ac vera ideò facis miracula, ea facito in quàm maxima poteris hominum frequentia. Ita loquebantur nonnulli ejus Cognati, quia nondum ei prorsus fidem habebant,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Joannes — Cap. VII.

1. Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæam; non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.

2. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia:

3. dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis.

4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo?

5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.

6. Dixit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera ejus mala sunt.

8. Vos adscendite ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.

10. Ut autem adscenderunt fratres ejus, tunc & ipse adscendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.

Lucas — Cap. IX.

51. Factum est autem dum complerentur dies assumtionis ejus, & ipse faciem suam firmavit, ut iret in Jerusalem:

52. & misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum ut pararent illi.

53. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem.

bant, cupiebántque rem Jerosolimæ ad examen revocari, ut judicium procerum Judææ Gentis sequerentur. Verùm respondit eis Jesus, eos quidem quovis tempore posse Jerosolimam, absque periculo, ire, ideóque statim ab initio festi se se eò conferre; sed sibi nondum tempestivum esse id iter, quòd diu in Judæa versari nollet. Illis nullam esse invidiam conflatam apud Judæos, quos nec dictis, nec factis offenderant; sed se iis esse invisum, quòd clarè ostenderet, & palam prædicaret prava esse eorum vivendi instituta. Igitur ipsos quidem posse Jerosolimam ire, ut initio festi illic adessent; sed se eò nondum iturum, quòd opportunum sibi tempus illuc eundi nondum advenisset. Hisce dictis, mansit per aliquot dies in Galilæa; dum Cognati illinc essent Jerosolimam profecti; quo tempore, initio Octobris, ipse quoque subitò idem iter ingressus est, cùm nemo antea sciret an Jerosolimam esset iturus. Norat tempus, quo terris eripi eum oportebat, non esse remorum; ideóque omnino statuerat ire in eam urbem, quamquam per torum octiduum festi in ea morari nollet, ne Judæi satis temporis haberent ad eum opprimendum. Iter ergo cùm faceret per Samariam, præmisissétque nuntios in pagum quemdam, per quem transiturus erat, ut sibi & suis hospitium pararent; noluerunt Samaritæ eum excipere, quia eâ tempestate anni videbatur Jerosolimam ire, festum Tabernaculorum celebraturus.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS

Cap IX.

54. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, εἶπον· Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

55. Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν· Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς.

56. Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην.

57. Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, ἐν τῇ ὁδῷ εἶπέ τις πρὸς αὐτόν· Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρχῃ, Κύριε.

58. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

59. Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον· Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ εἶπε· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

60. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

61. Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος· Ἀκολουθήσω σοι, Κύριε· πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

62. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Cap. X.

1. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

2. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς· Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

Quod cùm renunciassent homines præmissi, Joannes & Jacobus, Zebedæi filii, petierunt à Jesu annon vellet pœnas de Samaritis illis sumi, & à se Deum orari ut ignem eos absumturum demitteret: quemadmodum olim fecerat Elias, in milites, qui eum capturi venerant. At conversus ad eos Jesus, nescitis, inquit, quâ affectione animi oporteat esse Evangelii ministros; qui eos perdere vultis, quos ut servetis omnia tentare debetis. Neque enim in terras veni, eum in finem ut cuiquam exitium crearem, sed ut omnibus salutem afferrem. Itaque in alium vicum se contulerunt.

Cùm autem in itinere essent, quidam se Jesu obtulit perpetuum comitem, si ita videretur, futurum, & sequuturum quocumque iret. Qui cùm animo versaret terrestria commoda, quibus se fruiturum tandem sperabat, si constanter Jesum adsectaretur, hoc responsum accepit, quo erga alium similia spectantem aliquando usus erat Jesus: (*Cap. XXVIII.*) Vulpes habent lustra quæ habitent, & volucres loca in quibus nidificent; at mihi nullus est in terris locus, in quo, quasi meo, possim vel caput reclinare, adeòque amicos meos excipere. Alium verò, qui fortè aderat, jussit Jesus se sequi, discipulum suum futurum. Respondit verò ille quod ab alio aliquando similia jubenti Christo responsum fuerat; (*Cap. XXVIII.*) sibi esse

patrem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. IX.

54. Cùm vidissent autem discipuli ejus Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine, vis dicamus ut ignis descendat de Cœln, & consumat illos?

55. Et conversus increpavit illus, dicens: Nescitis cujus spiritûs estis:

56. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Et abierunt in aliud castellum.

57. Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te, quocumque ieris.

58. Dixit illi Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres Cœli uidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

59. Ait autem ad alterum: Sequere me; ille autem dixit: Domine, permitte mihi primùm ire & sepelire patrem meum.

60. Dixítque ei Jesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade, & adnuntia Regnum Dei.

61. Et ait alter: Sequar te, Domine, sed permitte mihi primùm renuntiare his quæ domi sunt.

62. Ait ad illum Jesus: Nemn mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regnn Dei.

Cap. X.

1. POst hæc autem designavit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos aute faciem suam, in omuem civitatem & locum, quò erat ipse venturus.

2. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo duminum messis, nt mittat operarios in messem suam.

patrem decrepitum, cui ad mortem usque adesse cupiebat, ut ei justa persolveret; quo peracto, se Jesum libenter sequuturum. At Jesus, euram, inquit, sepeliendorum mortuorum mandato iis, qui spiritualis vitæ etiamnum expertes sunt, tu verò esto Regni Cœlestis nuntius. Alius sponte se Jesu offerens, paratum eum constanter sequi se dicebat, si modò sibi liceret priùs familiaria sua negotia componere. Respondit verò Jesus vulgari proverbio, *eum, qui manum admovet aratro, numquam respicere oportere, ne deliret:* paritérque ei, qui cœperat Evangelio cognoscendo, aut propagando operam dare, ad inania pristinæ vitæ negotia, relictâ sanctissimâ occupatione, regredi numquam licere.

In hoc eodem itinere, Jesus selectos septuaginta discipulos, præter duodecim Apostolos, binos præmisit in omnia oppida, omnésque vicos, quà ipse erat transiturus; & ferme similibus mandatis instruxit, quæ dederat Apostolis; cùm eos, ante annum, mitteret Regnum Cœleste Messiæ prænuntiaturos. (*Cap. XXX.*) Eos enim in hanc sententiam alloquutus est: Multa messis est, sed messores pauci; permulti parati sunt excipiendo Evangelio, si sibi nuncietur, sed perpauci id, ut par est, nuntiare possunt. Itaque orate dominum segetum, hoc est, Deum, ut plures messores, seu Evangelii præcones ad homines mittat; atque in-

Cap. X.

3. Ὑπάγετε· ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

4. Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.

5. Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

6. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

7. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

8. Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν·

9. Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς· Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

10 Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε·

11. Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

12. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

13. Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.

14. Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν.

15. Καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

16. Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.

---

terea vos id muneris animosè suscipite, dum Deus adjutores vobis mittat, strenuámque ac fidelem ei operam navate. Vos mitto tamquam agnos ad lupos, hoc est, homines innocuos & parum callidos ad sceleratam gentem, quæ nullam vobis nocendi occasionem prætermittet. Illico autem proficiscimini, neque viaticum ullum aut apparatum itineris vobis comparate; Providentia enim Divina curabit, ne vobis in ea adquiescentibus quidquam desit. Cavete ne uspiam deflectatis à via, aut commoremini, salutandi dumtaxat nobilis cujuspiam viri, aut amici causâ; hoc unum nunc agite, quod vos jubeo. Quamcumque domum ingressi fueritis, ei illico fausta omnia adprecamini. Si quis enim sit in ea dignus, cui fausta omnia obveniant, minimè irritæ erunt adprecationes vestræ; sin minùs, iis poteritis uti postea, in gratiam digniorum. Ejus autem hospitio, quo primùm uti cœperitis, pergite uti, donec eo oppido pagóve exeatis; ne, mutatione hospitii, hominem offendatis. Quæ autem vobis præbebit comedite, non quasi aliena, sed quasi vestro labore parta; nam, ut proverbio fertur, *quivis operarius mercede sua dignus est*. Quocumque veneritis, cibo vobis apposito, frugali licèt, aut vili, contenti estote. Ægros omnium illorum locorum, invocato Deo ut vos, quippe discipulos meos, exaudiat, curate, & nuntiate jam imminere Regnum Cœleste Messiæ. Si quod verò in oppidum, aut si quem in vicum veneritis, quorum incolæ vos excipere noluerint,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. X.

3. Ite, ecce ego mitto vos ficut agnos inter lupos.

4. Nolite portare facculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam falutaveritis.

5. In quamcumque domum intraveritis, primùm dicite: Pax huic domui:

6. Et, fi ibi fuerit filius pacis, requiefcet fuper illum pax veftra: fin autem, ad vos revertetur.

7. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos funt; dignus eft enim operarius mercede fua. Nolite tranfire de domo in domum.

8. Et in quamcumque civitatem intraveritis, & fufceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:

9. & curate infirmos, qui in illa funt, & dicite illis: Appropinquavit in vos Regnum Dei.

10. In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non fufceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite:

11. Etiam pulverem, qui adhæfit nobis de civitate veftra, extergimus in vos: tamen hoc fcitote, quia appropinquavit Regnum Dei.

12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remiffiùs erit, quam illi civitati.

13. Væ tibi, Corozain, væ tibi Bethfaida: quia fi in Tyro & Sidone factæ fuiffent virtutes, quæ factæ funt in vobis, olim in cilicio & cinere fedentes pœniterent.

14. Verumtamen Tyro & Sidoni remiffiùs erit in judicio, quàm vobis.

15. Et tu, Capharnaüm ufque ad Cœlum exaltata, ufque ad infernum demergeris.

16. Qui vos audit, me audit: & qui vos fpernit, me fpernit: qui autem me fpernit, fpernit eum, qui mifit me.

---

fuerint, tum verò in media platea, excuffis calceis pulverulentis, dicite: pulverem, qui nobis ex viis veftris adhæfit, vobis reddimus, nec quidquam commune vobifcum nobis effe volumus; attamen fcitote Regnum Cœlefte Meffiæ inftare. Volo autem vos fcire Sodomenfes, judicii ultimi die, minùs graves pœnas Deo daturos; quàm illius urbis pagive incolas, qui vos excipere noluerint. Quod cùm dixiffet Jefus, recordatus contumaciæ aliquot urbium, ad lacum Genefarethicum fitarum, in quarum agris diu commoratus fuerat & multa miracula ediderat, in hæc verba erupit: Graviffimas pœnas, ô Chorazinenfes, & Bethfaidenfes, Deo dabitis; fi enim apud Tyrios, ac Sidonios, idololatriâ & fuperftitione occæcatos populos, facta fuiffent miracula, quæ apud vos edita fuerunt, jam dudum faccis induti, cineribúfque confperfi, & humi fedentes pœnitentiam publicè egiffent, cùm vos iis ad meliorem frugem adduci non potueritis. Ideóque Tyrii & Sidonii, minùs graviter plectentur à Deo, die judicii, quàm vos, qui Judaïcam Religionem profitemini. Vos verò, Capernaümenfes, quos omnes, propter diuturnam meam apud vos moram, populorum omnium beatiffimos effe judicarunt; pofthac, propter contumaciam veftram, infeliciffimi mortalium habebimini.

Deinde

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VII.

11. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἔλεγον· Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;

12. Καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις· οἱ μὲν ἔλεγον. ὅτι ἀγαθός ἐστιν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Οὔ· ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον.

13 Οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ, διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων.

14. Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκε.

15. Καὶ ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες· Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς;

16 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν· Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με.

17. Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς. πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ.

18. Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

19. Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;

20. Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος καὶ εἶπε· Δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;

21. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε.

22. Διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον.

23. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ;

Deinde ad ſeptuaginta diſcipulos denuò converſus; ite, inquit, eâ fiduciâ, quam ineſſe decet hominibus, qui norunt eos qui ipſis auſcultabunt, eodem loco à me habitum iri, ac ſi mihi præſenti aures præbuiſſent, & obſequuti fuiſſent; qui verò nullam ipſorum rationem habuerint, eos mihi fore eodem loco ac ſi me præſentem ſpreviſſent: quemadmodum & Pater meus ſe ab iis contemtum exiſtimabit, qui mihi fidem non habuerint.

Ab initio feſti Tabernaculorum, Judæi Jeſum Jeroſolimæ quærebant, quem ſciebant ad ſolemnia feſta ſe conferre ſolitum. Itaque ſciſcitabantur à Galilæis, ubi eſſet; nec exiguus rumor de eo ferebatur, inter eos qui feſti causâ Jeroſolimam venerant; dum alii contenderent eum ſanctum eſſe virum ac verum Prophetam, alii verò impoſtorem. Attamen nemo audebat palam Jeroſolimæ ejus exiſtimationem tueri; quòd timerentur proceres Judæorum, quos eſſe ei infenſiſſimos omnes norant. Tandem Jeſus adfuit, circa quartum diem feſtum, atque in Templo Jeroſolimitano plebem docere cœpit. Quod mirabantur Judæi, à ſe invicem quærentes, qui is homo eruditos de Religione ſermones habere poſſet, cùm conſtaret eum nullam, apud Legis peritos, litteris ſacris operam dediſſe? Quæ verba cùm audiſſet Jeſus, in hanc ſententiam reſpondit: Quod ego populum doceo, id non eſt à me inventum, ſed acceptum ab eo qui me miſit. Cujus præceptis ſi quis ex animo obſequatur, is demum facilè intelliget an id quod doceo à Deo acceperim, an verò ipſe invenerim; ſoli enim Dei reverentes rectè judicare poſſunt de doctrina, quæ ad Dei gloriam ſpectat. Pſeudopropheta qui ea profert, quæ ipſe commentus eſt, ſuam ipſius gloriam quærit, & famam adipiſci omni arte nititur;

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VII.

11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Ubi est ille?

12. Et murmur multum erat in turba de eo; quidam enim dicebant: Quia bonus est; alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas.

13. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judæorum.

14. Jam autem die festo mediante, adscendit Jesus in Templum, & docebat.

15. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit?

16. Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

18. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, & injustitia io illo ooo est.

19. Nonne Moyses dedit vobis Legem? Et oemo ex vobis facit Legem.

20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?

21. Respondit Jesus, & dixit eis: Uuum opus feci, & omnes miramini.

22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex Patribus) & in Sabbato circumciditis hominem.

23. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur Lex Moysi, mihi iodiguamini quia totum hominem saoum feci in Sabbato?

---

tur; at Propheta, qui solius Dei gloriam sequitur, à quo se missum esse ait, is verax est & dignus cui fides habeatur; cùm nullam mentiendi rationem habeat, quippe qui ex eo quod dicit ab hominibus nihil emolumenti sperat. Tulit quidem vobis Leges Moses, sed nemo vestrûm mores suos ad eas seriò componit; quare enim alioqui de me interficiendo consilia agitaretis?

Respondit multitudo eorum, qui circa eum in Templo stabant, eum atrâ bile percitum esse, qui talia de se suspicaretur, neque enim ullum de eo occidendo cogitare. Reposuit verò Jesus: Quidpiam feci, proximè præteriti Paschatis tempore, propter quod omnes obstupuistis, quasi Legem perfregissem, meique interficiendi occasionem ab eo tempore quæsivistis. (*Cap. XVIII.*) Itaque meam defensionem audite, nisi indictâ causâ me damnare, quod iniquissimum esset, statueritis. Moses qui vobis ceteras Leges tulit, idem vos jussit observare circumcisionem; prout à tempore Abrahami, ceterorúmque Patriarcharum jam observabatur; hoc est, octavo post natalem die, masculos omnes circumcidi; qua de causa, eos vel Sabbatho ipso circumciditis, si octavus dies in Sabbathum inciderit. Si verò violetur Sabbathum, ne alia Lex Mosis perfringatur, nec dubitetis eo die vulnus humani corporis membro inferre, & quæ ei curando apta sunt imponere; cur mihi indignamini, quòd virum, toto corpore ægrum, die Sabbathi, curaverim.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. VII.

24. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.

25. Ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι;

26. Καὶ ἴδε, παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός;

27. Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν.

28. Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων· Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

29. Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν.

30. Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι· καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

31. Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, καὶ ἔλεγον· Ὅτι ὁ Χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν;

32. Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα· καὶ ἀπέστειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν.

33. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με.

34. Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

35. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς· Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας;

36. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος ὃν εἶπε· Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

Ne ex ſpecie externa facti, quod violatio Sabbathi invidioſè dicitur, judicium ferte; ſed ex ipſa rei introſpectione, quale ſolum judicium juſtum haberi poteſt. Hæc & alia dicentem Jeſum cùm audiviſſent nonnulli Jeroſolimitani, petebant ab aliis annon ille ipſe Jeſus eſſet, de quo interficiendo conſilia agitaverant Judææ Gentis proceres. Quod cùm ita eſſet, mirabantur eum liberè in Templo quidquid videretur proloqui; ſuſpicabanturque fortaſſe eos intellexiſſe illum verè Meſſiam eſſe. Quod tamen qui fieri poſſet non adſequebantur, quia notum erat Jeſum eſſe Nazarenum; aiebant verò priſcarum traditionum periti Meſſiæ patriam, cùm primùm ſe Judæis ſiſteret, ignotam fore.

Tum magnâ voce Jeſus in Templo, dicere cœpit: Vos me, ut dicitis, noſtis, ſcitíſque quæ mihi ſit patria, ac propterea Meſſiam eſſe negatis; attamen ſponte meâ ad vos non veni, & qui me miſit veritatis amans eſt, dignúſque cui fides habeatur; verùm eum nequaquam noſtis, nec quid à vobis poſtulet ſcitis. At ego eum novi, & quæ ſint ejus conſilia ſcio; quia ab eo mandatis acceptis, miſſus ſum.

Cùm hæc dixiſſet, Judæorum proceres cupiebant quidem eum comprehendere, ſed nemo auſus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. VII. 24. Nolite judicare secundùm faciem, sed justum judicium judicate. 25. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere? 26. Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: Numquid verè cognoverunt Principes, quia hic est Christus? 27. Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cùm venerit, nemo scit unde sit. 28. Clamabat ergo Jesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. 29. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. 30. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus. 31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? 32. Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes & Pharisæi Ministros, ut apprehenderent eum. 33. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit. 34. Quæretis me, & non invenietis: &, ubi ego sum, vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inveniemus eum? Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? 36. Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, & non invenietis; &, ubi sum ego, vos non potestis venire?

ausus est ei injicere manus; quia nondum aderat tempus, quo Deus statuerat eum illorum furori permittere. Verùm multi è plebe ei fidem habuerunt, cùm verè apud se reputarent non posse fieri ut Messias plura faceret miracula, quàm Jesus. Quam eorum ratiocinationem cùm audissent Pharisæi, consilio cum Sacerdotum Principibus habitò, miserunt Templi Custodes, qui eum comprehenderent.

Dicebat interea Jesus: brevi adhuc tempore, quidquid contra me machinemini, in terris vobiscum versabor; quo tandem elapso, me subducam ad eum, qui me misit. Tunc si me quæratis, frustra eritis, nusquam comparebo; ubi enim ero, eò homines vestri similes venire non possunt. Quærebant verò ab aliis alii, quò tandem Jesus iturus esset, ubi eum adipisci non possent; an terrarum orbem peragraturus esset, quà Judæi inter Ethnicos erant sparsi, atque Ethnicos ad veri Dei cognitionem vocaturus; tum etiam quid sibi vellet quod aiebat, tunc temporis si quæreretur, tamen inventum non iri, nec homines, quales ipsi erant, eò posse venire.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VII.
			37. Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξε, λέγων· Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.
			38 Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.
			39. (Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη.)
			40 Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης.
			41. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός· ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται;
			42. Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται;
			43. Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' αὐτόν.
			44 Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐτόν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας.
			45. Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι· Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν;
			46. Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται· Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος.
			47. Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐτοῖς οἱ Φαρισαῖοι· Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε;
			48. Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων;
			49. Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι.
			50. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτοὺς, ὁ ἐλθὼν νυκτὸς πρὸς αὐτὸν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν·
			51. Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ;

Ultimo die festo, sive Nonis Octobris, qui dies, lætitiâ singulari celebrari solet, stetit Jesus in Templo & magnâ voce clamabat : Si quis sitit, ad me veniat, & bibat. Quibus verbis omnes discendi cupidos ad se invitabat, ut suæ cupiditati, auditâ ipsius doctrinâ, satisfacerent, respiciebátque ad locum Esaiæ Prophetæ, in quo similia verba habentur, aut eadem certè sententia. (*Cap. LV*, 1.) Tum subjiciebat : quisquis mihi crediderit, tantùm aberit ut sitire queat, ut ex ejus ventre, quemadmodum loquitur Scriptura, flumina aquæ vivæ sint ortum ductura. Respiciebat autem præsertim ad alium Esaiæ locum, (*Cap. LVIII*, 11.) in quo viri boni sic describuntur ; intelligebátque eum qui se doctrinæ ipsius laticibus proluisset, nihil ampliùs requisiturum quo animo suo satisfieret; aliúsque idem solatium, quod anxietates omnes animi sedaret, suppeditaturum. Sciebat enim eos qui ipsi fidem habebant, post aliquot menses, accepturos Spiritum Sanctum ; qui nondum in eos effusus fuerat, quia tum denique erat effundendus, cùm Jesus in cœlum sublatus foret.

Multi ex populo, qui hos aliósque sermones Jesu audiverant, contendebant eum esse Prophetam, qui Messiæ adventum antecessurus vulgò existimabatur ; alii verò ipsum Messiam; quod alii fieri non posse putabant, quòd ex Galilæa Messias oriundus non foret; cùm constaret ex Scriptura Messiam fore ex prosapia Davidis, & nasciturum Bethlehemi, qui vicus fuerat

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VII.

37. In novissimo autem die magno festivitatis, stabat Jesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.

39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.

40. Ex illa ergo turba, cùm audissent hos sermones ejus, dicebant: Hic est verè Propheta.

41. Alii dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid à Galilæa venit Christus?

42. Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine David, & de Bethleem Castello, ubi erat David, venit Christus?

43. Dissensio itaque facta est in turba, propter eum.

44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.

45. Venerunt ergo Ministri ad Pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum?

46. Responderunt ministri: Numquam sic loquutus est homo, sicut hic homo.

47. Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis?

48. Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?

49. Sed turba hæc, quæ non novit Legem, maledicti sunt.

50. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis:

51. Numquid Lex nostra judicat hominem, nisi priùs audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?

rat patria Davidis. Igitur de eo dissentiebant Judæi, atque in diversa studia distrahebantur. Nonnulli eum comprehendi volebant, atque in jus trahi, ad Synedrium Magnum, quod aliis æquum non videbatur. Quamobrem nemo ausus est ei manus injicere, & Custodes Templi redierunt ad Synedrium, re infectâ; à quo rogati cur hominem non comprehendissent, responderunt numquam se audivisse quemquam eâ auctoritate, eáve sapientiâ loquentem. Castigarunt verò eos Pharisæi, &, an, inquiunt, vos quoque fucum vobis ab eo fieri passi estis? An vidistis quemquam ex primoribus populi, aut ex Pharisæis, qui Religionis peritiores sunt, & quorum exempla tutò sequi possitis, ei credidisse? Sola imperita multitudo se se ejusmodi inexpiabili scelere obstrinxit.

Intererat Nicodemus, à quo diximus ante biennium noctu conventum esse Jesum, hisce sermonibus, quippe qui Synedrus erat. Is homines ad saniora consilia revocaturus, ab iis quæsivit, num Lege liceret quemquam, indictâ causâ, damnare?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VII.

52. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται.

53. Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

CAP. VIII.

1. Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν.

2. Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτόν· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς.

3. Ἄγουσι δὲ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην· καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ,

4. Λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη.

5. Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι· σὺ οὖν τί λέγεις;

6. Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ· Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

7. Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς. Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω.

8. Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

9. Οἱ δὲ ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα.

10. Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ· Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

Illi verò irati responderunt: an tu quoque Galilæus es, qui huic homini faveas, ut vulgus Galilæorum? Si putas eum esse Prophetam, inquire in patrias Prophetarum, & comperies neminem eorum ex Galilæa ortum esse? His aliisque sermonibus habitis, Synedri dimissi, re infectâ, domum quisque suam abierunt.

CAPUT XXXIX.

Judicium Christi de adultera. Oratio ejus de se, deque Judæorum illius ævi pravitate.

Jesus verò in urbe non pernoctavit, ad vitandas Synedrii insidias, sed in montem Olivarum, urbi vicinum, se contulit. At matutino tempore; reversus est in Templum, ubi à magna populi multitudine illico cinctus est. Itaque sedens eam cœperat docere Leges & promissa Regni Cœlorum; cùm nonnulli Legis periti & Pharisæi adduxerunt ad eum mulierem in adulterio deprehensam, quam in media corona stare jusserunt, ut judicium ejus coram omnibus de ea audirent. Ut ergo responsum ejus exsculperent, dixerunt ei eam mulierem in ipso adulterio fuisse deprehensam. Scire autem illum ejus sceleris reos, ex Mosaica lege, oportere lapidibus obrui. Quid verò censeret supplicii de ea sumendum. Hæc autem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VII. 52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. 53. Et reversi sunt unusquisque in domum suam. CAP. VIII. 1. JEsus autem perrexit in Montem Oliveti. 2. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, 4. & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. 5. In Lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare: tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7. Cùm ergo perseverarent, interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum, se inclinans, scribebat in terra. 9. Audientes autem unus post unum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Jesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnavit?

tem ab eo quærebant, non quòd cuperent quidquam discere, sed ut ex ejus responso, siquam possent, ei invidiam conflarent; aut apud Romanos, si diceret lapidibus obruendam, quia Romani capitalia judicia Judæis dempserant; aut apud Judæorum vulgus, si Legem Mosaicam observandam negaret. At Jesus in humum inclinatus cœpit digito nescio quid in pulvere exarare, nec quidquam respondebat, ut eorum interrogationem silentio eluderet. Cum tamen instarent, erecto capite respondit, si quis inter eos esset expers peccati, eum primum oportere lapidem in mulierem jacere; quibus verbis obscurè innuebat, quandoquidem non licebat per Romanos, pœnam Lege præscriptam de rea sumere, indulgentia potiùs illa utendum, ut tempus ei concederetur agendæ pœnitentiæ; cùm præsertim si peccati cujuspiam reis meritæ pœnæ à Deo illico infligerentur, essent omnes homines e medio tollendi; non oportere autem aliis facere homines, quod sibi à Deo fieri nollent, sed tempus emendandorum morum reis concedere, quod sibi ipsi à Deo dari optabant. Hoc responso dato, iterum Jesus humi scribere cœpit, quasi aliud quiddam animo agitasset. Illi verò, auditis ejus verbis, & sibi omnes multorum delictorum conscii, dum humum exararet, post alios alii omnes ad unum abierunt; primis digressis grandioribus natu, deinde etiam aliis, ita ut Jesus remanserit solus, cum muliere coram eo stante.

Tum verò, erecto capite, neminem præter mulierem ream conspicatus, illam rogavit, quò ivissent ejus accusatores, ánve à quopiam judice ad aliquam pœnam damnata esset.

Respon-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VIII.

11. Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐδείς, Κύριε. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω· πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε.

12. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων· Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

13. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι· Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

14. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου. ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω· ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω.

15. Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα.

16. Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγώ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν· ὅτι μόνος οὐκ εἰμί, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ.

17. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.

18. Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ.

19. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν.

20. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτόν, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

21. Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

Respondit mulier accusatores dilapsos esse, dum humi scriberet; se verò à nullo judice fuisse damnatam. Ibi Jesus, neque ego, inquit, te ulli supplicio addico. Abi, atque in posterum diligenter à peccato abstineto.

Postea Jesus ad se confluentes iterum Judæos est ita alloquutus: Ego sum lux missa, ad homines in tenebris ignorantiæ palantes illustrandos; quisquis erit meus discipulus, meámque doctrinam animo admiserit, in tenebris non ampliùs versabitur; sed discussâ ignorantiæ caligine, quâ viâ ad vitam sempiternam tendendum sibi sit tenebit. Quæ cùm audirent Pharisæi nonnulli, orationem ejus interpellarunt, dicentes eum testimonium sibi ipsum perhibere; ejusmodi autem judicio, quod de se ipse ferebat, alios credere non posse, & ipsum sui amore fortasse etiam falli. Cui objectioni respondit Jesus, hisce verbis: Quamvis mihi ipse testimonium præbeam, dignum fide est testimonium meum, nec ullum periculum est ne amore mei aliter de me judicem quàm par est; etenim scio à quo missus sim, & ad quem munere meo defunctus sim rediturus; verùm utrumque vobis hactenus ignotum est. Vos de me ex specie externa judicatis, indignúmque propterea putatis, cui fides à vobis habeatur; at ego de nemine ita judico, sed ex ejus factis & dictis, internáque animi affectione. Si quod judicium feram, id veritati consentaneum sit necesse est; quia non ego solus per me judico, sed Patris, qui me misit, judicium sequor. Leges vobis à Mose latæ sanxerunt duorum testium consentientibus verbis habendam esse fidem. Hoc verò in negotio, duos etiam testes habetis; neque enim

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. VIII. 11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & jam ampliùs noli peccare. 12. Iterum ergo loquutus est eis Jesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est verum. 14. Respondit Jesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni, & quò vado: vos autem nescitis unde venio, aut quò vado. 15. Vos secundùm carnem judicatis: ego non judico quemquam: 16. & si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, &, qui misit me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso; & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus: Neque me scitis, neqne Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba loquutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus. 21. Dixit ergo iterum eis Jesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado vos non potestis venire.

enim ego solus de me testor, sed & Pater meus mihi testimonium perhibet miraculis, quorum edendorum potestatem mihi fecit. Qua in re, testimonio Prophetæ de se loquentis fidem faciunt miracula à Deo in ejus gratiam edita, ne id testimonium rejiciatur, ut in alio negotio fieret; ac præterea accedit Dei ipsius auctoritas, omni exceptione major.

Hic Pharisæi à Jesu quæsiverunt, ubi esset ejus Pater, cùm non intellexissent Deum ab illo eo nomine designari. At Jesus, nec quis sim, inquit, scitis; nec eum, quem Patrem meum vocavi, nostis. Verùm si sciretis quis sim, illico intelligeretis quem Patrem meum vocaverim. Si, nimirum, scivissent eum esse Messiam, Dei Filium, eadem operâ intellexissent quem ille Patrem suum vocitaret. Hanc autem orationem habuit Jesus in Atrio Gentilium, non procul ab eo loco, in quo sunt cistæ positæ, ad excipiendam pecuniam, quam religiosi homines sponte in usum Templi conferunt. Nec tamen quisquam ex Custodibus Templi eum comprehendere ausus est, quamvis jussisset Synedrium; quia nondum aderat tempus, quo Deus eum sævitiæ Judæorum permittere statuerat.

Iterum cœpit eos alloqui, hisce verbis: Brevi hinc discedam, vósque me frustra quæretis, ut me malè habeatis, atque in vestra erga me contumacia moriemini. Quò enim ego me recipiam, eò vos venire non poteritis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. VIII.

22. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει, Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

23. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστέ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.

24. Εἶπον οὖν ὑμῖν ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

25. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

26. Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν· ἀλλ' ὁ πέμψας με ἀληθής ἐστι· κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον.

27. Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν.

28. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν, ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ.

29. Καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε.

30. Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

31. Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ·

32. Καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

33. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ· Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε· πῶς σὺ λέγεις· Ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε;

34. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας·

Tum verò à se invicem quærebant Judæi, an hisce verbis, quæ non semel proloquutus erat, significaret se sibi violentas manus allaturum; quâ ratione, futurum erat, ut quò iviſſet nollent eum sequi. Igitur Jesus paullò clariùs mentem suam expreſſit, &, vos quidem, inquit, ab inferioribus hisce locis ortum ducitis; ego verò ex superioribus sum oriundus. Vos affectibus laboratis origini vestræ consentaneis, quales insunt humano generi; ego non sum ex eorum numero, qui hujusmodi affectibus inquinati, ac præpediti sunt. Dixi autem fore ut in contumacia vestra moreremini; si mihi enim credere nolitis me eſſe id quod dixi, alii de me loquentes majorem fidem apud vos non invenient, neque enim majora, aut plura edent miracula; ideóque nemo umquam vos ab ista vestra pertinacia poterit revocare. Quisnam verò es? inquiunt illi. Sum, inquit Jesus, is, quem me eſſe profeſſus sum, ex quo vos alloqui cœpi. Multa verò parum honorifica de vobis dicere queam, & vos reos non ferendæ incredulitatis peragere. Verùm hoc tempore satis erit vos monuiſſe eum, à quo miſſus sum, dignum eſſe cui fidem habeatis; nec me quidquam dicere, apud homines evulgandum, quod ab illo non acceperim. At illi ne ex hisce quidem verbis intellexerunt Jesum de Patre Cœlesti verba facere.

Perrexit

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VIII.

22. Dicebant ergo Judæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quò ego vado, vos non potestis venire?

23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.

24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quis ego sum, moriemini in peccato vestro.

25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium, qui & loquor vobis.

26. Multa habeo de vobis loqui, & judicare: sed qui me misit, verax est: & ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

27. Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum.

28. Dixit ergo eis Jesus: Cùm exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed, sicut docuit me Pater, hæc loquor.

29. Et, qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum; quia ego quæ placita sunt ei facio semper.

30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31. Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis,

32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

33. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus umquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

34. Respondit eis Jesus: Amen, amen, dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati.

Perrexit porrò eos docere, hanc in sententiam: Cùm sustuleritis me, tum demum multi agnoscent me eum esse quem dixi. Nihil facio, nihil dico, sponte meâ; sed omnia facienda ac dicenda accepi à Patre meo. Qui me misit is perpetuò mihi adest, dictorum, factorúmque auctor & vindex; neque me umquam deseruit, quia semper summâ fide omnia mandata ejus exsequor.

Hisce, aliisque sermonibus, multis persuasit se à Deo missum fuisse; quos ita alloquutus est: Si præceptis meis posthac constanter pareatis, tum demum digni eritis, qui verè dicamini discipuli mei, intelligetisque pleniùs integram meam doctrinam; quæ vos ab eorum dominio, quorum mancipia estis, liberabit. Quod cùm diceret Jesus de pravis affectibus ac vitiis, quibus serviebant; rudes homines intellexerunt de corporea servitute. Igitur, soboles, inquiunt, Abrahami sumus, nec cuiquam umquam servivimus; neque capimus quam nobis manumissionem aut liberationem à servitute pollicearis. At Jesus, quisquis, ait, vitiis est deditus, is, credite mihi, vitiorum mancipium est, quibus sponte suâ servit.

Quoniam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. VIII.

35. Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

36. Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

37. Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

38. Ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, λαλῶ· καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν, ποιεῖτε.

39. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν.

40. Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν.

41. Ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν, τὸν Θεόν.

42. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ᾽ ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.

43. Διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.

44. Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὶ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν, ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

45. Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι.

Quoniam verò vos servos esse dixi, eâ ipsâ appellatione, admoneri potestis vestræ sortis, quæ & in alia re servili similis erit, nisi à me liberemini. Ut servi non possunt scire an in herorum suorum familia semper sint mansuri, quia eos pro arbitrio cùm ipse, tum ejus heredes aliis vendere possunt: ita si servorum, potiùs quàm filiorum, loco à Deo habeamini, vos ex familia sua, cùm videbitur, ejiciet. Contrà verò si filii ejus sitis, pro liberorum jure, in ejus familia æternùm manebitis. Si verò filius familias vos liberaverit, coheredésque suos fecerit, tum verè liberi facti, hoc est, vitiis purgati, in Patris æterni familia in perpetuum manebitis. Scio vos esse oriundos ex Abrahamo, sed propterea non estis meliores; cùm nonnulli vestrûm occasionem mei occidendi quærant, eò quòd præcepta mea sanctiora sint, quàm ut àb iis admittantur. Ego quidem quæ dico, ea à Patre meo accepi: quemadmodum & vos facitis ea quæ à Patre vestro didicistis.

Reposuerunt illi sibi Patrem communem esse, eúmque conditorem Hebrææ Gentis Abrahamum. Jesus verò, si digni, inquit, esse velletis qui diceremini posteri Abrahami, & eo conditore meritò gloriari, ejus mores imitaremini. Nunc verò me, qui meram veritatem vos docere aggressus sum, quam à Deo ipso accepi, occidere propterea nitimini, quòd ei veritati non satis conveniat cum pravis vestris moribus. Ita se Abrahamus non gerebat, qui revelationibus omnibus divinis ex animo credidit & paruit. Sed alium imitamini, qui vitiorum omnium auctor, & fautor est, ac Pater vester meritò dici queat. Cùm animadverterent Judæi

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. VIII. 35. Servus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. 36. Si ergo vos filius liberaverit, verè liberi eritis. 37. Scio quia filii Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. 38. Ego, quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. 39. Responderunt, & dixerunt ei, pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 40. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, quam audivi à Deo. hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri? Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Jesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me; ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestris vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater ejus. 45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

dæi Jesum non loqui de prosapia propriè dicta, sed de exemplo quod sequerentur; tum negarunt se esse Idololatras, conscceleratis Majoribus ortos, eorúmque imitatores; ac dixerunt unum se, piorum omnium Patrem, colere Deum; ídque unicum exemplar, quod imitarentur, sibi proposuisse.

Respondit Jesus: Si Deus esset exemplar, ad cujus leges mores vestros componeretis, me sine dubio amaretis, cùm ab eo mandatis instructus ad vos venerim; neque enim sponte meâ vos ad saniorem mentem vocare cœpi, sed ab eo propterea sum missus. Quare non agnoscitis illico sermones meos esse eo, qui me misit, dignos? Ex nulla, nimirum, hoc oritur ratione, nisi quia mihi attentas, atque æquas aures præbere non vultis. Quin etiam sanguinem meum sititis, quia imitatores atque adeò filii Cacodæmonum estis, eorúmque affectibus indulgetis; fuerunt enim ab initio rerum humani generis inimici, ídque quoad potuerunt, mendacio suo perdidere. A sanctitate atque à veri studio defecerunt, & quia à veritate planè alieni sunt, cùm mentiuntur, ex suo ingenio, suáque natura loquuntur; nam, ut dixi, & ipsi mendaces sunt, & ille Cacodæmonum princeps, qui primus à Deo defecit, ceterísque exemplum defectionis fuit. Cùm ergo ita sitis affecti, non mirum est, si mihi vera dicenti fidem detrahatis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VIII.

46. Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι;

47 Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστέ.

48. Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ· Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;

49. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με.

50. Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων.

51. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

52. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται, καὶ σὺ λέγεις· Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα.

53. Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς;

54. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι.

55. Καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης· ἀλλ' οἶδα αὐτὸν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.

56. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

57. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;

Estne verò aliquis vestrûm, qui possit ostendere me à Deo minimè accepisse mandata, quæ mihi data contendo? Nemo profectò; quod cùm ita sit, nulla sat justa causa est, cur mihi fidem non habeatis. Quisquis Deum patrem agnoscit atque ex animo amat, is mandatis ejus libentissimè auscultat. Vos verò iis aures præbere non vultis, quia Deum patrem vestrum, cui vos obsequi par sit, non habetis.

Hac Jesu oratione, exasperati Judæi nonnulli responderunt ex ejus dictis facilè colligi posse non immeritò dictum esse Samaritam, seu inimicum Judææ gentis, & à Cacodæmone vexari, qui de populo Dei ita loqueretur. Ego verò, inquit Jesus, à Cacodæmone minimè obsideor, sed Patri meo diligenter pareo, vos verò dictorum meorum nullam rationem habetis, méque adeò dedecore afficitis. Ego quidem cupiditate existimationis apud vos mihi comparandæ minimè moveor, nec judicia vestra, ad me quod attinet, curo; sed Deus ipse vult me, ab iis ad quos missus sum, prout par est legatum ejus, excipi, pœnásque exiget ab iis qui secus fecerint. Si quis dictis meis paruerit, is in æternum minimè morietur, sed fiet sempiternæ felicitatis particeps; quisquis verò ea spreverit, is non excitabitur è mortuis, nisi ut æternas Deo pœnas det.

Responderunt iidem homines, nunc se denuò videre, ex ejus sermone, à Cacodæmone eum agitari, cùm Abrahamus & Prophetæ, hoc est, sanctissimi quique viri & Deo acceptissimi, interiissent omnes, aut fermè omnes; ille verò promitteret immortalitatem suorum præceptorum observantibus. Tum quæsierunt à Jesu an se Deo acceptiorem esse crederet, majoréque gratiâ apud eum valere, quàm Abrahamum; qui mortuus erat, ut & Prophetæ? Quem tandem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. VIII

46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

48. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes?

49. Respondit Jesus: Ego Dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me.

50. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & judicet.

51. Amen, amen, dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.

52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia Dæmonium habes: Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum.

53. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est; & Prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis?

54. Respondit Jesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est,

55. & non cognovistis eum. Ego autem novi eum: &, si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem ejus servo.

56. Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est.

57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

dem se esse diceret, qui ea polliceretur discipulis suis, quod optimis ac religiosissimis viris Deus minimè concesserat? Si, inquit Jesus, de me honorificè loquerer, absque ullis argumentis quæ dictis meis fidem facerent, gloriatio hæc mea nullius ponderis esset. Verùm Pater meus, miraculis, quorum faciendorum potestatem mihi largitus est, ostendit quanti sim faciendus à vobis, & quem me haberi velit. Eum autem vos Deum vestrum vocatis. At nescitis quem potissimùm cultum sibi præberi velit, ego verò probè scio; quod si negarim, fiam vestri similis, hoc est, mendax. Sed profiteor me scire quid ab hominibus postulet, ejusque mandata fideliter exsequor. Abrahamus ipse, à quo vos genus ducere jactatis, vehementer optavit videre ea tempora, quibus Deus hominibus apertè se se patefaceret, quod hac demum ætate per me fieri debuit. Ea vidit, sic Deo volente, quamobrem summopere gavisus est. Quod cùm Jesus intelligeret de revelatione prophetica rerum futurarum, rudes & maligni Judæi ita verba ejus interpretati sunt, quasi dixisset se fuisse æqualem Abrahamo. Itaque cœperunt dicere eum quinquaginta annos nondum esse natum, ut ex ejus vultu conjicere licebat; quî ergo fieri posset, ut Abrahamum vidisset? Quod minimè dixerat, sed Abrahamum vidisse sua hæc tempora; revelantis, nimirum, futura Dei beneficio.

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

CAP. VIII.

58. Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι.
59. Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν· καὶ παρῆγεν οὕτως.

CAP. IX.

1. Καὶ παράγων εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.
2. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ῥαββί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;
3. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ.
4. Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με, ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νύξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.
5. Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου.
6. Ταῦτα εἰπών, ἔπτυσε χαμαί, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ.
7. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ (ὃ ἑρμηνεύεται, ἀπεσταλμένος.) Ἀπῆλθεν οὖν καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων.
8. Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαιτῶν;
9. Ἄλλοι ἔλεγον· Ὅτι οὗτός ἐστιν· ἄλλοι δέ· Ὅτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν· Ὅτι ἐγώ εἰμι.
10. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί;
11. Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπεν· Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς, πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ εἶπέ μοι· Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ, καὶ νίψαι. Ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος, ἀνέβλεψα.

At non mirum est, inquit Jesus, me dixisse Abrahamum vidisse hæc mea tempora; jam enim antequàm Abrahamus in rerum natura esset, statuerat Deus me mittere, ut præcepta ejus ac promissa hominibus patefacerem. Quibus verbis, cùm se præferre Abrahamo videretur, summopere incensi Judæi, lapides sustulerunt ut eum illico obruerent; at Jesus, offusâ eorum oculis caligine, se per mediam turbam è Templo subduxit, atque eorum furori eripuit.

CAPUT XL.

Curat Jesus cæcum natum, variósque sermones habet, cùm de causa ejus cæcitatis, tum etiam de ejus curatione, quæ accendit invidiam Judæorum quòd Sabbatho eum curasset. Judæos docet se esse verum pastorem, qui moriturus erat pro ovibus suis, à quibus agnoscendus erat. In varias de illo sententias eunt Judæi.

PRÆTEREUNTI autem Jesu objectus est in via cæcus quidam vir à natalibus; quem cùm animadvertissent Apostoli, quæsiverunt à Magistro, quare immissa esset homini cæcitas; an esset hæc pœna delictorum ab ejus mente, in antecedente vita, admissorum, an verò peccati cujuspiam parentum? Neque hic, inquit Jesus, ullo peccato sibi hasce pœnas contraxit,

neque

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES

CAP. VIII.

58. Dixit eis Jesus: Amen, amen, dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego sum.

59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

CAP. IX.

1. ET præteriens Jesus vidit hominem cæcum à nativitate:

2. & interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3. Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.

4. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.

5. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.

6. Hæc cùm dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus,

7. & dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloë (quod interpretatur *Missus*) Abiit ergo, & lavit, & venit videns.

8. Itaque vicini, & qui viderant eum priùs, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est;

9. alii autem: Nequaquam, sed similis ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum.

10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?

11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & lava. Et abii, lavi, & video.

---

neque ejus parentes. At Deus non obstitit ne cæcus nasceretur, ut olim sua potentia in eo homine elucesceret. Dum mihi suppetit tempus, exserenda mihi est in terris potestas mirifica, quam mihi dedit Deus, qui me misit; mox enim aderit tempus, quo corpore præsens in terris ampliùs non ero, nec miracula qualia nunc facio edam, spectantibus me hominibus. Itaque ut homines interdiu maturant in agris absolvere quod necesse est, quia nocte opus rusticum non faciunt: sic mihi dum versor in terris, arripienda est occasio, si quid inspicientibus me hominibus facere velim. Dum hìc sum, præsens præsentium hominum animos doctrinâ meâ collustro: quemadmodum nunc præsens præsenti huic cœco, coram vobis, oculorum usum largiar. Quæ cùm dixisset, despuit in humum, fecitque lutum ex pulvere salivâ diluto; quo luto, cæci oculos inunxit. Deinde cæco, abi, inquit, atque ablue oculos tuos, in piscina Siloæ (quæ vox missum sonat.) Quod ille cùm fecisset, ab ea piscina rediit ad suos, adeptus oculorum usum. Vicini verò & qui antea hominem viderant, notántque à natalibus cæcum fuisse, ab aliis alii quærebant, annon esset idem ille cæcus, qui sedens in via à prætereuntibus stipem petere solebat. Alii quidem dicebant esse illum ipsum hominem; alii verò negabant, & similem dumtaxat illi esse contendebant. At quis esset ipse aperuit.

Petebant ergo ab eo, quomodo factum esset ut visum adipisceretur, quo numquam antea præditus fuerat. Tum respondit se à Jesu curatum, & quidem eo modo quem diximus.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

JOANNES — Cap. IX.

12 Εἶπον οὖν αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει· Οὐκ οἶδα.

13. Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους, τόν ποτε τυφλόν.

14. Ἦν δὲ σάββατον ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς.

15. Πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω.

16. Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινές· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. Ἄλλοι ἔλεγον· Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς.

17 Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν· Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὅτι προφήτης ἐστίν.

18. Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ ὅτι τυφλὸς ἦν καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος.

19. Καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει;

20. Ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ εἶπον· Οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη·

21. Πῶς δὲ νῦν βλέπει οὐκ οἴδαμεν· ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλήσει.

22. Ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται.

23. Διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον· Ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε.

24. Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ· Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν.

Quæsiverunt verò illi, ubi esset Jesus; quod se scire negavit, quia à Jesu digressus se abluerat piscinæ Siloæ aquâ, nec visu jam præditus eum uspiam viderat. Quo audito, illico hominem rapiunt ad Synedrium, ut ex ejus testimonio accusarent Jesum violati Sabbathi; nam die Sabbathi, fecerat Jesus lutum, curaverátque cæcum, illitis eo luto ejus oculis. In Synedrio, Pharisæi iterum sciscitati sunt ab eo, quî oculorum usum adeptus esset, rémque ille, prout erat, ingenuè confessus est. Quamobrem nonnulli Pharisæorum, qui in Synedrio erant, negabant Jesum à Deo missum fuisse, quia minimè observarat, ut illis videbatur, sacrosanctas Sabbathi ferias. Alii verò Synedri negabant se capere, quomodo vir malus, & Legis divinæ spretor posset tot & tanta miracula edere, quot & quanta à Jesu facta esse constabat. Quamobrem dissentiebant à se invicem Synedri de judicio, quod de Jesu ferendum esset. Nonnulli verò eorum quæsiverunt ab eo qui cæcus fuerat, quid ipse sentiret de viro, à quo erat curatus. Respondit existimare se eum esse Prophetam.

Quod cùm coram Synedrio professus esset, fuerunt qui credere nollent cæcum fuisse, & oculorum

JOANNES.

Cap. IX.

12. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio.

13. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.

14. Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus.

15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & lavi, & video.

16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est.

18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus qui viderat:

19. & interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

21. quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, & ipse de se loquatur.

22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conspiraverant Judæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret.

23. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

24. Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo peccator est.

---

lorum usum à Jesu accepisse, donec vocati hominis parentes suum hunc filium à natalibus oculis cassum fuisse testarentur. Itaque accersiti sunt in Synedrium parentes, qui interrogati an hic esset eorum filius, qui cæcus natus erat, & quomodo factum esset, ut visum adipisceretur, responderunt se quidem probè scire hunc esse filium suum, eúmque à natalibus cæcum fuisse; sed se ignorare quomodo & à quo visum accepisset, cùm rei minimè adfuissent. Ceterùm filium suum adultum esse, & interrogari posse, ipsum pro se responsurum. Sic autem loquebantur cæci curati parentes, quòd sibi timerent à Synedrio, à quo norant jam constitutum esse, si quis Jesum Messiam esse contenderet, eum è familiari consortio hominum ejiciendum esse. Ea de causa, non ausi sunt dicere ipsi quid sentirent, sed Synedrium ad filii sui testimonium amandarunt, quippe jam adultum.

Igitur revocatus est homo in Synedrium, jussúsque veritatem ingenuè confiteri, quandoquidem, post maturum rei examen, Synedrio constabat Jesum esse Legis spretorem.

 Respon-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. IX.

25. Ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος καὶ εἶπεν· Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὤν, ἄρτι βλέπω.

26 Εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν· Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς;

27. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς· Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι;

28 Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτόν, καὶ εἶπον· Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί.

29. Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.

30. Ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστί, καὶ ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς.

31. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει.

32. Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου.

33. Εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν.

34. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.

35. Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὑρὼν αὐτόν, εἶπεν αὐτῷ· Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ;

36. Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε· Τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν;

37. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Καὶ ἑώρακας αὐτόν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν.

38. Ὁ δὲ ἔφη· Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

39 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον· ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται.

Respondit constanter cæcus, se quidem nescire an Jesus Legem sperneret; at se hoc unum scire se nunc uti oculis, quorum usu antea privatus fuerat. Quæsiverunt denuo quid fecisset Jesus, ut eum visu donaret. Quod ille jam à se dictum esse respondit, sed illos noluisse sibi fidem habere; nec se videre cur iterum rem audire cuperent, nisi & ipsi se Jesu in disciplinam tradere vellent. Homini verò convitiati, eum quidem Jesu discipulum esse, at se Mosem unum magistrum sequi dixerunt. Sibi constare à Deo Mosem fuisse compellatum, & missum; sed se nescire à quo missus esset Jesus, quáve potestate instructus. Tum verò vir ille respondit, mirum sibi videri à Synedrio non intelligi à quo missus esset vir qui tantum miraculum ediderat, qualis erat curatio cæci nati. Notum enim esse à Deo non exaudiri preces impiorum, ut ejusmodi miracula in eorum gratiam fieri velit; sed eos demum qui ejus reverentes essent, legibúsque obsequerentur. Numquam hactenus auditum esse à quoquam apertos esse oculos hominis à natalibus cæci; nec se capere à Jesu, nisi à Deo missus esset, quidquam ejusmodi fieri posse. Quibus verbis offensi Synedri, & homini indignantes, itáne verò, inquiunt, tu qui, ut ex cæcitate tua colligere licet, maxima peccata admiseras in priore vita, antequàm natus esses, nos docere quæ ad Legem pertinent aggrederis? Dein jubent hominem è conclavi in quod convenerant ejici, quasi indignum qui propiùs ad bonos accederet.

Cùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. IX. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia, cæcus cùm essem, modò video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli ejus fieri? 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysis discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit eis? In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. 31. Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. 32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. 33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. 34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus: & tu doces nos; & ejecerunt eum foràs. 35. Audivit Jesus quia ejecerunt eum foras; & cùm invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? 37. Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, &, qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo, Domine: & procidens adoravit eum. 39. Et dixit Jesus: In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

Cùm Jesus audivisset homini esse consortio familiari aliorum interdictum, quòd constantet coram Synedrio professus esset se credere ipsum esse Prophetam; cúmque in illum paullò pòst incidisset, ab eo quæsivit an fidem haberet Filio Dei, seu Messiæ? Cui quæstioni respondit ille, paratum quidem se esse ei credere, si modò eum nosset, & se optare etiam scire quis esset. Tum Jesus, qui intelligebat hominem ex animo loqui, & se posse ejus fidei rem tantam credere; vidisti, inquit, jam Filium illum Dei, & nunc te alloquentem audis. Ille verò ad pedes Jesu accidens, tibi, inquit, Domine, fidem habeo.

Postea Jesus, multis audientibus, ad hujus hominis curationem respiciens, dixit: Ego quidem in terras veneram, ut omnibus hominibus benefacerem; sed nonnullorum contumaciâ factum est ut cùm qui minimè antea videbant perspicaces evaserint, contrà qui videbant jam sint occæcati; quibus verbis intelligebat, homines quidem planè ignaros, & qui, in rebus ad intelligentiam Prophetarum spectantibus, non erant oculatiores, quàm fuerat cæcus quem curaverat, ad lucem corpoream quod attinet, jam luce Evangelii illustratos fuisse; contrà verò eos qui eruditi habebantur, & perspicaces in Prophetarum scriptis, ignorantiæ & cæcitatis brevi esse arguendos.

Qua

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Cap. IX.

40. Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ· Μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν;

41. Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε· Ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.

Cap. X.

1. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής.

2. Ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων.

3. Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, καὶ ἐξάγει αὐτά.

4. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται. καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

5. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ· ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν.

6. Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς.

7. Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων.

8. Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα.

9. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται· καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.

10. Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν.

11. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Qua de causa, Pharisæi nonnulli, qui Jesum hæc dicentem audiverant, eum ad ipsos respicere rati, quæsiverunt, an se ergo haberet cæcorum loco? Tum Jesus, si, inquit, cæci essètis, peccati hoc in negotio argui non possetis; nunc verò, estis, si vobis credimus, oculati; quamobrem contumacia vestra, nullâ excusatione, potest elevari.

Dein similitudine hac usus est: Quisquis, mihi credite, versatur in caula, nec tamen in eam ingressus est per januam, sed septum extrinsecus, scalâ admotâ, transgressus, fur est habendus; nam pastori patet semper janua, per quam ingrediatur. Janitor enim ei pulsanti illico aperit, & oves ipsæ vocem ejus agnoscunt, quas etiam nominatim appellat & facilè è caula abducit. Nam eum antecedentem & vocantem sequuntur, quia vocem ejus optimè norunt. Verùm alium nequaquam sequerentur, sed, auditâ ejus voce, fugerent, neque enim eam agnoscerent. Hac parabolâ quid vellet Jesus, minimè intellexerunt Judæi; cùm non obscurè significasset se esse pastorem illum, qui à Deo id muneris accepisset, quod per miracula ingressus erat; non furem, qui oves Dei surripere conaretur, ut Cacodæmones, hominésque

ab

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

CAP. IX.

40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus?

41. Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis: Quia videmus, Peccatum vestrum manet.

CAP. X.

1 AMen, amen, dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed adscendit aliunde, ille fur est, & latro.

2. Qui autem intrat per ostium, Pastor est ovium.

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt: & proprias oves vocat nominatim, & educit eas.

4. Et, cùm proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.

6. Hoc proverbium dixit eis Jesus; illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.

7. Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen, dico vobis, quia ego sum ostium ovium.

8. Omnes, quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves.

9. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet.

10. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant.

11. Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.

---

ab iis afflati, qui in munus alienum involant. Verùm pastorem divinitus missum à bonis quibusque facilè secerni, & libenter excipi; contrà vero ab iis vitari homines, qui eos à Dei ovili abducere vellent.

Igitur ut Judæi intelligerent Jesum voluisse de se loqui, iisdem imaginibus usus ad exprimendam clariùs mentem suam: Ego solus, inquit, sum janua ovium, nec est cur de re dubitetis. Quicumque ante me professi sunt per se ad Dei ovile aditum esse, illi fures erant, qui Dei oves surripere, hoc est, bonos ad pravos mores adducere conabantur; verùm à bonis minimè sunt auditi. Ego, inquam, solus sum janua, per quam aditur Dei ovile. Quisquis doctrinam meam amplexus erit, is id ovile ingredietur, in quo tutò manere poterit. Securus vitam agitabit, doctrinæ meæ pabulo pastus. Fures ad ovile non accedunt, nisi ut furentur oves, easque mactent; nec impostores alio animo minùs cautos circumveniunt, nisi ut ex eorum pernicie lucrum sibi parent. Ego verò ad homines veni, quemadmodum veri pastores ad oves, quas non modò necessario prorsus pastu alunt, sed & copiosiore.

Ego sum eximius pastor, idémque ovium dominus, qui periculum vitæ adeo, ut oves meas contra feras defendam.

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS

CAP. X.

17. Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες· Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν, ἐν τῷ ὀνόματί σου.

18. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

JOANNES

CAP. X.

12. Ὁ μισθωτὸς δὲ, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα.

13. Ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων.

14. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν.

15. Καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

16 Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν.

17. Διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.

18. Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου.

19. Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, διὰ τοὺς λόγους τούτους.

20. Ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν· Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;

21. Ἄλλοι ἔλεγον· Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν;

At mercenarius, qui alienas oves pascit, si videat lupum ingruentem, fugit atque oves deserit; quas desertas lupus partim vorat, partim disjicit. Cùm sit dumtaxat mercenarius, non tanti facit oves alienas, ut propterea vitâ periclitetur. At ego sum, ut dixi, pastor, cujus sunt oves, quique eas novi, quemadmodum ab iis noscor. Pater meus scit etiam quæ consilia agitem, & ego scio quid velit à me fieri; nec dubito mori pro meis ovibus, quia ita illi visum est. Sed & alias oves habeo quæ ad hoc Gentis Judaïcæ ovile minimè pertinent, & quas me oportet in idem ovile, cum Judæis mihi credentibus, cogere. Eæ, statim ac audient Evangelium, divinitus ad homines missum esse intelligent; quo modo oves omnes meæ in unum, idémque ovile, sub unius Pastoris curam, cogentur. Propterea Pater meus me amat, quòd moriturus sim, ut salutem iis afferam, qui mihi crediderint. Sed vitam, quam propterea amisero, recipiam. Eam nemo mortalium mihi invito eripere queat, sed libens, in breve tempus, eam deponam; nam hæc mihi facta est potestas, ejus pro arbitrio deponendæ, & depositæ resumendæ. Hæc in mandatis à Patre meo accepi.

Hac oratione Jesu auditâ, iterum Judæi in diversas sententias, contrariáque studia abierunt. Nonnulli enim contendebant eum à Cacodæmone obsessum, & atrâ bile percitum esse. Alii verò negabant hanc esse orationem hominis furiosi; quærebántque ab aliis, an Cacodæmones possent cæcorum oculos aperire.

CAPUT

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. X. 17. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam Dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam Satanam, sicut fulgur de cœlo cadentem.	CAP. X. 12. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves. 13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. 14. Ego sum Pastor bonus; & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. 15. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. 16. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Pastor. 17. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. 18 Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso: & potestatem habeo iterum sumendi eam: Hoc mandatum accepi à Patre meo. 19. Dissensio iterum facta est inter Judæos, propter sermones hos. 20. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet & insanit: quid eum auditis? 21. Alii dicebant: Hæc verba non sunt Dæmonium habentis. Numquid Dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

CAPUT XLI.

Redeunt Septuaginta discipuli ad Jesum, quos alloquitur, & ostendit beatissimos esse. Jesu responsum Legis perito quærenti, quâ æternam vitam consequi posset, déque eo qui proximus dicendus. Excipitur Jesus à Martha & Maria. Doctrina ejus de prece. A Dæmonio muto vir obsessus curatur; quod miraculum contra calumnias Pharisæorum defendit Christus, admonétque Judæos ut sibi caveant. Ostendit qui beati sint, agitque de contumacia Judæorum miraculum flagitantium. Vocatur Jesus ad prandium à Pharisæo, qua ex occasione graviter simulatores virtutis castigat, qui ei insidiantur.

EXACTO festo Tabernaculorum, Jesus Jerosolimâ egressus est, quo tempore ad eum redierunt septuaginta discipuli, quos diximus ab eo in varia loca dimissos, ut Regnum Cœleste Messiæ instare nuntiarent. Illi verò gaudio efferebantur, quòd invocatus Deus sibi, ut discipulis Jesu, usque adeò propitius fuisset, ut Cacodæmonas, se orantibus, corporibus hominum ejecisset. Respondit Christus, dum illi Evangelium nuntiarent, se cogitasse de eversione regni Cacodæmonum, & jam animo eam prævidisse; adeóque eos è cœlo, in quod, hominum impietate, veluti sublati fuerant, fulguris instar, sibi visos delabi.

 Verùm,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. X.

19. Ἰδού, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ.

20. Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

21. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναί, ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

22. Πάντα παρεδόθη μοι παρὰ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατήρ, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

23. Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητάς, κατ' ἰδίαν εἶπε· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

24. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

25. Καὶ ἰδού, νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτόν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

26. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

27. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

28. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

29. Ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτόν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;

Verùm, inquit, ut pergatis mandato vobis munere fortiter fungi, in vos confero potestatem calcandi absque noxa serpentes & scorpios, & spernendi quidquid vobis objicere possent Cacodæmones, aliique Evangelii adversarii, absque ullo periculo. Attamen ne tam gaudeatis quòd Cacodæmones inviti vobis pareant, quàm quòd nomina vestra scripta sint in censualibus tabulis Regni Cœlestis Messiæ.

Cùm hæc dixisset Jesus, & secum reputaret quinam essent ii quorum operâ utebatur, ad spargendum Evangelium, animo commotus est, ita ut lætitia in ejus vultu cerneretur, atque in hæc verba erupit: Gratias tibi ago, ô Pater, rerum omnium Domine, & maximam sapientiam tuam elucentem cerno in ratione, quâ curas patefieri Judæis Evangelium; cujus divinitas minimè animadversa ab iis, qui vulgò prudentes ac eruditi habentur, nihilo seciùs percellit oculos minùs doctorum ac sapientium, qui solent ex illorum judicio pendere. Quod tibi, ô Pater, sapientissimis de rationibus, quamvis homines vulgò fugiant, est visum.

Tum conversâ oratione ad audientes, accepi, inquit, à Patre quæcumque dico; nec ullus novit consilia mea præter Patrem, ut nec quisquam probè scit quid Pater fieri velit, præter Filium, & eos quibus Filius rem patefacere voluerit. Deinde vocatis Apostolis privatim dixit, beatos esse eos, quibus à Deo datum esset præsentibus intueri quæ tunc videbant; ipsum, nempe, & ejus miracula. Multi enim, inquiebat, Prophetæ & Reges pii cupierunt videre tempora, qualia nunc videtis, quibus tot miraculis homines ad sanctiorem vitam vocantur;

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. X. 19. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in Cœlis. 21. In ipsa hora exsultavit Spiritu Sancto, & dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine Cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater; & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. 23. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. 25. Et ecce quidam Legis peritus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut te ipsum. 28. Dixitque illi: Rectè respondisti: hoc fac, & vives. 29. Ille autem, volens justificare se ipsum dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus?	

cantur; & audire sermones quales auditis, quibus apertè docemini, quî vobis liceat vitam æternam consequi; nec tamen simile quidquam viderunt, aut audiverunt.

Cùm hæc dixisset Jesus, quidam Legis peritus eum interrogavit, ut videret numquid Legi contrarium doceret, &, Magister, inquit, quid censes mihi esse faciendum, ut vitam æternam consequar? Jesus verò, intellecto hominis animo, ab illo quæsivit, quænam ab hominibus Lex Mosaïca postularet, jussítque eum proferre hanc in rem quempiam ejus locum. Legis peritus protulit verba Mosis, quibus summam totius Legis complexus est: *Amabis Dominum Deum tuum, totâ mente tuâ, toto animo & quàm maximè potes; & proximum tuum, instar tui.* (*Deut. VI*, 5. *Levit. XIX*, 18.) Quæ verba si intelligantur amplissimo sensu, qui ex doctrina Evangelii eis tribuendus, non more Judaïco, reverâ complectuntur consummatissimæ virtutis præcepta. Ideóque Jesus, rectè, inquit, respondisti; hoc facito & vitam æternam consequêris. Legis peritus verò cupiens religionem ac probitatem suam ostentare, quæsivit à Jesu quis *proximus* in Lege diceretur; ut audito ejus responso, profiteretur se hac in re Legem observasse; neque enim dubitabat quin facilè crederetur Deum amare toto animo, quia satis constabat cùm ipsum, tum multos alios Judæos, amorem suum minimè dividere inter verum Deum, & fictitia Numina, sed illum solum colere.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. X. 30. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. 31. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρῆλθεν. 32. Ὁμοίως δὲ καὶ Λευΐτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν. 33. Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη. 34. Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. 35. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ· καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι. 36. Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς; 37. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. 38. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. 39. Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ. 40. Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε· Κύριε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται.	

Jesus verò, ut hominem doceret, multùm abesse ut proximum amaret, quemadmodum se ipsum, cùm id vocabulum etiam ad eos quos Judæi justo odio se prosequi posse censebant, pertineret, hoc Apologo quæstioni ejus satisfecit. Judæus, inquit, quidam, Jerosolimâ Jerichuntem iter faciens, incidit in latrones, qui non modò eum spoliarunt, sed & pluribus vulneribus affectum in via semianimem reliquerunt. Contigit autem casu Sacerdotem per eamdem viam paullò pòst transire, & quidem è regione hominis vulnerati, quem probè vidit; at nullum ei auxilium ferre aggressus est, sed iter institutum facere perrexit. Transiit etiam Levita, viditque hominem, sed non magis infelicis miserandâ sorte commotus est. At Samarita quidam, eadem viâ iter faciens, eo conspecto non sustinuit, nullo ei lato auxilio, præterire. Itaque accedens vulneribus ejus oleum ac vinum affudit, eáque diligenter obligavit. Deinde hominem suo jumento imposuit, vehendum ad proximum diversorium; ad quod cùm pervenisset, curam ejus gessit. Postridie verò, cùm discedendum ei esset, præter sumtum à se factum, cauponi solvit duo denaria, eùmque jussit curare diligenter ægrum; se cùm rediret sumtus omnes, quos in eum fecisset, ei redditurum pollicitus. Narrato hocce Apologo, quæsivit Jesus à Legis perito, quinam ex tribus illis, Sacerdote, Levita, ac Samarita, esset habendus proximus hominis qui in latrones inciderat, & ab iis spoliatus ac vulneratus fuerat? Respondit Legis peritus eum proximum ejus habendum esse, qui humanitatis officia ei præstiterat.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. X.	
		30. Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit io latrones, qui etiam despoliaveruot eum, & plagis impositis abieruot semivivo relicto. 31. Accidit autem ut Sacerdos quidam desceoderet eadem viâ: & viso illo præterivit. 32. Similiter & Levita, cùm esset secus locum, & videret eum, pertransiit. 33. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eum; & videns eum misericordiâ motus est: 34. & appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in jomentom suum, duxit io stabulum, & curam ejus egit. 35. Et altero die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Coram illius habe; & qoodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qoi iocidit in latrooes? 37. At ille dixit: Qui fecit misericordiam io illum. Et ait illi Jesus: Vade, & tu fac similiter. 38. Factum est autem, dom irent, & ipse intravit in quoddam castellum: & mulier quædam, Martha nomioe, excepit illum in domom suam. 39. Et huic erat soror, nomine Maria, quæ etiam sedens secùs pedes Domini audiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea relioquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adjuvet.	

terat. Quo responso audito, ito, inquit, Christus & eum quem laudas imitare. Quibus verbis docebat pro proximo habendos & omnibus humanitatis officiis sibi devinciendos esse omnes, qui nobis ejusdem humanæ naturæ vinculo sunt conjuncti, cujuscumque gentis sint, & quamcumque tandem in Religione sententiam sequantur; non verò solos Judæos, ut vulgò credebant Legis periti. Nec erat cur offenderetur Legis peritus, qui non poterat dicere Judæis non licere facere adversùs Samaritas, quod fassus erat à Samarita erga Judæum, summa cum laude, factum esse.

Jesus autem Jerosolimâ, ut in Galilæam iret, profectus transivit per Bethaniam vicum duobus milliaribus Jerosolimâ remotum, in quo degebant Martha & Maria, mulieres Dei timentes, unà cum fratre Lazaro. Cùm illis notus esset Jesus, eum prætereuntem ædibus suis exceperunt. Itaque ingressus domum Jesus sedens eos qui aderant docere cœpit, pro sua consuetudine. Quamobrem Maria, doctrinâ ejus capta, ad ejus pedes, missis omnibus aliis negotiis, adsedit, ut eum audiret. Interea Martha distinebatur officiis variis, ut pararet quæ hospitibus necessaria erant, atque ægrè ferebat eam curam sibi soli à sorore esse relictam. Igitur Jesum appellavit, ut juberet sororem suam sibi auxilio esse, quam videbat otiosam ad pedes suos sedere.

Cap. X.

41. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά.

42. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

Cap. XI.

1. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ·

2. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· ΠΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

3. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.

4. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

5. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, καὶ εἴπῃ αὐτῷ· Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους·

6. Ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ·

7. Κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ· Μή μοι κόπους πάρεχε· ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσίν· οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι.

8. Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστάς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον· διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει.

9. Κἀγὼ ὑμῖν λέγω· Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

10. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

Respondit verò Jesus, &, Martha, inquit, in multas curas minùs necessarias distraheris; cùm unâ dumtaxat re opus sit, doctrina, nimirum, ex qua intelligere licet, quî ad beatitudinem æternam perveniri possit. Soror tua, quæ hanc sibi elegit curam, in æternum fructus ejus capiet; cùm ceterarum omnium curarum fructus sint caduci, atque evanidi.

Cùm verò Jesus hinc profectus alio in loco versaretur, in quo Deum seorsim precatus erat, postquàm absolvisset, quispiam ex ejus discipulis, qui non audiverat formulam precum dudum ab eo discipulis traditam, eum hisce verbis aggressus est: Domine, inquit, quandoquidem Joannes Baptista docuit discipulos suos quâ ratione Deum ab iis orari oporteret, tu etiam nos formulam quampiam orationis doceto. Jesus verò eam repetiit, quam jamdudum tradiderat; (*Cap. XXII.*) & alia denuo docere cœpit, de necessitate, & efficacia precum, captâ occasione sibi commodùm oblatâ. Si cui vestrûm, inquit, sit amicus; qui mediâ nocte ad vos veniat, petátque tres panes mutuos; quòd amicum ex via hospitio imparatus exceperit,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. X.

41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima:

42. porrò unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

1. ET factum est, cùm esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Joannes discipulos suos.

2. Et ait illis. Cùm oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adveniat Regnum tuum.

3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes,

6. quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum;

7. & ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi:

8. & si ille perseveraverit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quòd amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios?

9. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10. Omnis enim qui petit accipit; & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur.

---

ceperit, nec ullos habeat quos illi apponat; responderitisque etiam pulsanti, vobis esse molestum, januam enim jam esse clausam, vos esse in lecto, non secus ac servos, nec posse surgere ut detis ei panes; attamen, si pergat petere à vobis, ut eo beneficio ipsum afficiatis, qui amicitiæ causâ nihil impetraverit à vobis, pertinaciâ & audaciâ, panes, quotquot opus sibi erit, vobis extorquebit. Ita & si quid impetrare à Deo velitis, vos oportet constanter ab eo petere; nec animum despondere, quia illico preces vestras non exaudit.

Si quid vobis desit ad religiosè & sanctè vivendum, id à Deo petite & impetrabitis; diligenter quærite, & invenietis; objectam, ut ita dicam, januam, quâ quidpiam vobis occultatur, pulsate, & aperietur. Quisquis enim ita, ut par est, petit, impetrat à Deo quod cupit; quisquis animo veri studioso necessarium quidpiam investigat, id invenit; & qui oppositam januam pulsat, ut decet, impetrat tandem ut sibi aperiatur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

11. Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ καὶ ἰχθύν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

12. Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠόν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον;

13. Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

14. Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν· ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι.

15. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον· Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

16. Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, σημεῖον παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ.

17. Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν αὐτοῖς· Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον, πίπτει.

18. Εἰ δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ, ὅτι λέγετε, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν με τὰ δαιμόνια.

19. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο κριταὶ ὑμῶν αὐτοὶ ἔσονται.

20. Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

21. Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλήν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ·

22. Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτόν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσιν.

Nec dubitate de Dei erga vos voluntate, ſi eum religioſis precibus adeatis. Quis enim veſtrûm petenti filio panem porrigat lapidem? aut pro piſce, quem dari ſibi orat, jubeat dari ſerpentem? vel pro ovo, quod expetit, ſcorpium ei in manum tradat? Si autem homines, qui tot vitiis attaminati ſunt, ſolent utilia liberis ſuis dare, & noxia ab iis amoliri; quantò magis Pater veſter Cœleſtis vobis petentibus ſuppeditabit rem longè utiliſſimam; nimirum, eam animi affectionem, quâ ad omnem virtutem feramini?

Cùm hæc diceret Jeſus, oblatus ei eſt curandus homo, qui à Cacodæmone obſeſſus propterea mutus factus fuerat; quem illico verbo curavit, ita ut, expulſo Cacodæmone, homo loquelam recuperaret; quod ſummopere mirabatur multitudo, quæ norat difficillimè ejuſmodi Cacodæmonas ejici. At quidam uſque adeò adverſabantur Jeſu, ut dictitarent ab eo Dæmonia ex hominum corporibus exturbari, non divinâ poteſtate, ſed à Beelzebule Cacodæmonum principe acceptâ. Alii verò non cognoſcendi veri ſtudio, ſed dumtaxat ut experirentur quid eſſet facturus & occaſione datâ uterentur, ab eo miraculum cœleſte petebant.

Verùm Jeſus qui hominum cogitationes ac ſermones norat, adversùs priores, à quibus magicarum artium inſimulabatur, ea uſus eſt defenſione, quâm dudum contra ſimilem criminationem adhibuerat, &, omne, inquit, regnum, in quo ſunt diſſidia, omnis item domus quæ diſſenſionibus laborat, brevi tempore deſolantur ac collabuntur. Similiter ſi regnum Cacodæmonum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XI. 11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi: aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi: 12. aut, si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem? 13. Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quantò magis pater vester de Cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se? 14. Et erat ejiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm ejecisset Dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. 15. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. 16. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. 17. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne Regnum in seipsum divisum desolabitur, & domus supra domum cadet. 18. Si autem & Satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit Regnum ejus? Quia dicitis in Beelzebub me ejicere Dæmonia. 19. Si autem ego in Beelzebub ejicio Dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi judices vestri erunt. 20. Porrò, si in digito Dei ejicio Dæmonia, profectò pervenit in vos Regnum Dei. 21. Cùm Fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. 22. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet.	

dæmonum usque adeò intestinis discordiis laceraretur, ut alii alios oppugnarent; quî posset fieri ut eorum regnum ad finem usque omnium rerum, prout contenditis, staret? Alii autem Cacodæmones alios oppugnarent, si, ut dicitis, potestate à Cacodæmonum principe acceptâ, alios Cacodæmonas humanis corporibus exigerem. Si ego, qui sanctissima præcepta hominibus observanda propono, eáque tot miraculis confirmo, à vobis insimuler ejectorum, ope magicâ, Cacodæmonum; quodnam judicium feretis de popularibus vestris, qui similia facere nituntur? Profectò si quid dicere queant, quo se contra ejusmodi calumnias tueantur, id multò potiori jure usurpaverim in mei defensionem. Igitur, vel illis judicibus, possim causam meam obtinere. Si verò singulari potestate à Deo acceptâ, ejiciam Cacodæmonas, quemadmodum ex re ipsa liquet; necesse habetis fateri me esse, apud vos, Regni Dei præconem. Cùm vir fortis & manu promtus stat in ædium suarum vestibulo armatus, fures ei nihil eripere possunt, & omnibus suis tutò fruitur. Sed si fortior venerit, qui victum armis exuerit, quibus potissimùm fidebat, ejúsque spolia aliis diviserit; tum verò ædes victoris arbitrio diripiuntur. Similiter cùm ego Cacodæmonas invitos expello ex corporibus humanis, in quibus quasi in ædibus habitabant; hinc intelligere licet potestatem, quâ utor, Cacodæmonum potentiâ superiorem esse, adeóque divinam.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Cap. XI.

23. Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

24. Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν· καὶ μὴ εὑρίσκον, λέγει· Ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον.

25. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον.

26. Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων.

27. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ· Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.

28. Αὐτὸς δὲ εἶπε· Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

29. Τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων ἤρξατο λέγειν· Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

30. Καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευΐταις, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τῇ γενεᾷ ταύτῃ.

31. Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτούς· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος, καὶ ἰδού, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

32. Ἄνδρες Νινευῒ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδού, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

Deinde Jesus respondit iis qui cœleste miraculum fieri petebant, & qui simulabant se ceteroqui doctrinæ ejus nequaquam adversari, hisce aut similibus verbis: quisquis mihi non credit, eum adversarii loco habeo; & quisquis discipulorum meorum numerum non auget, perinde mihi est ac si eos à me avocaret; pro vulgari illo dicto, *qui non est mecum, contra me est; qui non cogit mecum, spargit.* Itaque ne putate vobis licere hîc neutras partes sequi, aut vos gratiam meam inire, quòd adversariorum instar vos minimè geratis. Audite quæ futura sit eorum conditio, qui miraculis jam à me editis minimè affecti fuerint. Cùm Spiritus malus è corpore humano ejectus est, in quod ei non licet illico redire, per loca sola atque arida versatur, ut quærat sibi sedes, in quibus possit quiescere; quas postquàm non invenit, consilium capit redeundi in corpus, ex quo expulsus fuit, si modò possit. Quod si interea contigerit hominem diro hospite liberatum, divino illo beneficio ad castigatiorem vitam minimè adductum fuisse; à Deo iterum Cacodæmoni permissus, fit illi instar domûs diligenter purgatæ atque ornatæ, ad excipiendum hospitem. Quo intellecto, Cacodæmon alios plures deteriores spiritus secum adducit, unáque cum iis corpus hominis subit; ita ut hujus posterior conditio fiat anteriore multò infelicior. Sic & vos, postquàm maximis beneficiis à me affecti fueritis, & acceperitis qui vitia vestra sint emendanda; si pro sanctioribus moribus, ad quos vos vocavi, pristinis vitiis vestris indulgeatis, & adversùs me ingrati sitis; scitote vos à Deo vitiis illis vestris traditum iri & graviores multò pœnas vobis contracturos, quàm eas quibus digni eratis, antequàm vobis innotuissem.

Cùm hæc dixisset Jesus, mulier quædam è media turba, magnâ voce clamavit: O beatam mulie-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

23. Qui non eſt mecum, contra me eſt: &, qui non colligit mecum, diſpergit.

24. Cùm immundus Spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem; & non inveniens dicit: Revertar in domum meam, unde exivi.

25. Et, cùm venerit, invenit eam ſcopis mundatam, & ornatam,

26. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios Spiritus ſecum, nequiores; & ingreſſi habitant ibi: & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

27. Factum eſt autem, cùm hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.

28. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

29. Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam eſt: ſignum quærit; & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ prophetæ.

30. Nam, ſicut fuit Jonas ſignum Ninivitis, ita erit & Filius hominis generationi iſti.

31. Regina Auſtri ſurget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquàm Salomon hic.

32. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ: & ecce pluſquàm Jonas hic.

---

mulierem, quæ te utero geſſit, tibíque ubera præbuit? Jeſus verò, illi, inquit, beati ſunt cenſendi, qui ad Evangelium diligenter auditum mores ſuos exigunt; non qui ſanguine mecum ſunt conjuncti, ſi mihi nequaquam credant. Cúmque plures ad ſe confluere videret, cupiditate cernendi cujuſpiam miraculi, quaſi ſat multa non edidiſſet; prava eſt, inquit, hæc ætas, quæ cùm tot & tanta miracula fecerim, à me alia poſtulat. At nunc quidem nullum impetrabit, & poſthac nullum videbit, quod æquiparari poſſit cum eo quo mihi quidpiam continget ei ſimile quod olim Jonæ Prophetæ contigit. Quale enim oſtentum fuit Jonas apud Ninivitas, tale ego ero hujus ætatis Judæis, quem ab hominum vulgo non ſecernunt. At eo minimè movebuntur, quamobrem ultimi Judicii die, Regina Sabæorum, quæ Arabiæ ultimo tractui ad meridiem imperitabat, cum iis conferetur, ex qua collatione liquebit eos eſſe damnandos; quandoquidem non dubitavit ab extrema Arabia Jeroſolimam venire, ut audiret Salomonis ſapientes ſermones, quos fama tunc temporis celebrabat; iiſque auditis, plena admiratione in regnum rediit. Habent verò nunc Judæi apud ſe Salomone multò potiorem, & res multò majoris momenti proloquentem; at eum vix audiunt, auditúmque plerique deſpicantur. Ninivitæ, die Judicii, comparati hodiernis Judæis meliores iis videbuntur, qua de cauſa damnabuntur Judæi; nam Jonas denuntiatione pœnarum, quas luituri erant, niſi eos peccatorum pœnituiſſet, Ninivitas uſque adeò commovit, ut pœnitentiam publicè egerint. Verùm Judæi, dictis Prophetæ Jonâ multò præſtantioris, minime percelluntur.

 Attamen

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

33. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὸν τίθησιν, οὐδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι, τὸ φέγγος βλέπωσιν.

34. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐστιν· ἐπὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σου σκοτεινόν·

35. Σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστίν.

36. Εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινὸν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε.

37. Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτα αὐτὸν Φαρισαῖός τις ὅπως ἀριστήσῃ παρ᾽ αὐτῷ. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν.

38. Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη, πρὸ τοῦ ἀρίστου.

39. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε· τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

40. Ἄφρονες, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;

41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἰδοὺ, πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.

42. Ἀλλ᾽ οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον, καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

43. Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς.

44. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν.

Attamen propterea non supersedendum mihi est, nec discipulis meis, à prædicatione Evangelii, eum enim in finem veni in terras, eósque elegi; cùm Evangelium sit instar lucernæ, quæ minimè accenditur, ut occultetur, aut modio subjiciatur; sed ut candelabro imposita, è loco conspicuo illuceat omnibus ingredientibus. Oculi sunt veluti lucerna totius corporis, quæ membris omnibus illucet; ideóque si minimè sint illiberales, & minimè invidi, in reliquo corpore nullum erit illiberalitatis aut invidiæ vestigium, sed benignitate atque liberalitate illustrabitur. Si verò ægrè cernant alienam felicitatem, & cupiditatem sordidam prodant; vitiorum horum tenebris, reliqua membra obscurabuntur. Date ergo operam ne id quod in vobis virtutum lumine præfulgidum esse oportet, vitiorum caligine obnubiletur. Quod si feceritis, totum corpus vestrum luce virtutum splendebit, absque ulla vitiorum umbra; quemadmodum fulgida lucerna, quæ objecta omnia luce suâ, instar fulguris, illustrat. Cum hæc diceret Jesus, Pharisæus quidam eum convenit atque ad prandium vocavit. Promisit Jesus se iturum, adeóque domum ejus ingressus parato prandio accubuit. Miratus verò est Pharisæus Jesum, illotis manibus, accubuisse. Quod cùm animadverteret Jesus, occasionem hanc arripuit castigandi vitia ejusmodi hominum, &, vos, inquit, Pharisæi externæ munditiei magnam nunc curam geritis, internam verò animi sanctitatem negligitis; ita ut animus rapax & nequam sæpe sit iis, qui maximè munditiem externam sectantur. Quod æque absurdum est ac si quis diligenter

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

33. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.

34. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

35. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.

36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgaris illuminabit te.

37. Et, cùm loqueretur, rogavit illum quidam Pharisæus ut pranderet apud se: & ingressus recubuit.

38. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium?

39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina, & iniquitate.

40. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est etiam id, quod deintus est, fecit?

41. Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

42. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis judicium & caritatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

43. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro.

44. Væ vobis, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra nesciunt.

---

ligenter quidem calices & lances extrinsecus purgaret, intrinsecus verò sordes iis inesse non ægrè ferret. O insipientes, idem ille Deus qui corpora vestra fecit, & cui vos acceptiores esse eorum munditie putatis; annon etiam animorum vestrorum creator est, ac proinde omnis sceleris puros esse vult? Quamobrem omissâ curâ externæ munditiei, animum avaritiâ omni atque illiberalitate purgate; quod si feceritis, quomodocumque vos, ad externam munditiem quod attinet, gesseritis, per omnia mundi, hoc est, boni atque accepti Deo eritis. Verùm graves pœnas vobis contrahitis, dum religiosi videri vultis, decimatione menthæ, rutæ, omniúmque olerum edulium; at justitiâ & Dei amore non fucato prorsus caretis. Ante omnia, Deus amandus est & justitia adversùs homines colenda. Tum externi illi ritus, si ita videatur, observandi. Justitiam divinam non parum provocatis, quòd quamvis vos modestos esse fingatis, omni ope nitamini honores adipisci; quales sunt præesse in Synedriis, ac salutari in viis; virtutémque ipsam spernatis. Deum vobis infensum facitis, ô Legis periti & Pharisæi simulatores virtutis, quia minime estis quos vos esse fingitis; similes enim estis sepulcris latentibus, quæ homines nescii calcantes polluuntur ossibus aut cadaveribus, quæ occultant. Nam cùm boni videamini, pleni estis nequitiâ.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XI.

45. Ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν νομικῶν λέγει αὐτῷ· Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις.

46. Ὁ δὲ εἶπε· Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.

47. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

48. Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν· ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτούς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα.

49. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν· Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας, καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσιν.

50. Ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

51. Ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου, τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου· ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

52. Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε.

53. Λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς, ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

45. Ἐνεδρεύοντες αὐτόν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

At Legis peritus quispiam, qui illic aderat, reposuit Jesu, dum hæc diceret imprudentem eum amplissimo ordini convitiari. Jesus verò eâ admonitione ne minimùm quidem commotus, cùm perspecta ei esset hominum nequitia, nullâ mansuetudine emendanda, vehementiùs in eos invectus est; &, vobis, inquit, ô Legis Interpretes, grave supplicium accersitis, dum aliis onera rituum intoleranda imponitis, quorum nullam partem ipsi subire vultis. Pœnas dabitis crudelitatis vestræ, erga eos quos ad vos mittit Deus; quamvis eorum quos Majores vestri occiderunt sepulcra instauretis atque ornetis. Qua in re, imprudentes ostenditis vobis minimè improbari eorum cædes; cùm occisorum à Majoribus vestris monumenta collapsa restituatis, quasi memoriâ eorum scelerum, quam exstinctam oportuit, delectaremini. Quæ cùm sit vestra indoles, attamen statuit divina sapientia, ad vos mittere Prophetas & Nuntios, quos probè novit à vobis esse inimicè vexandos, atque occidendos. Quibus rebus fiet, ut quoniam ab injusta cæde eorum quos Deus ad homines mittit, tot antiquis exemplis, exprobrationibúsque & pœnis, Sacrorum Scriptorum calamo ad posteros transmissis, minimè deterreri potueritis; cum omnibus impiis sæculorum præteritorum consensisse non immeritò judicandi sitis; ita ut à vobis repeti possint pœnæ cædium omnium innocentium ac Prophetarum ab

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XI.

45. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.

46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt; & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

47. Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.

48. Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulcra.

49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur;

50. ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi, à generatione ista;

51. à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis; & eos, qui introibant, prohibuistis.

53. Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & Legisperiti graviter insistere, & os ejus opprimere de multis,

53. Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore ejus, ut accusarent eum.

ab initio rerum admissarum, à trucidatione usque Abelis, Adami filii, ad cædem Zachariæ, filii Barachiæ, qui inter altare & templum occisus est à Majoribus vestris. Imò verò reipsâ ab hac Judæorum ætate repetetur supplicium dignum contumacia & scelere hominum, qui factis suis præteritas omnes nefarias cædes comprobarint. Dabitis pœnas, ô Legis Interpretes, qui veluti clavem eruditionis gestatis, quâ si rectè uteremini, reseraretis mysteria Regni Cœlestis; in quod tamen neque vos ingredimini, neque alios ingredi pati potestis.

Cùm hæc dixisset Jesus, graviter offensi sunt Legis periti & Pharisæi, cœperúntque omnem artem adhibere ut plura ex ejus ore elicerent. Nam ei insidiabantur, conabanturque ex eo sermones exsculpere, ex quibus eum aut apud Synedrium, aut apud Præsidem Romanum insimularent.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XII.

1. ἘΝ οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις.

2. Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

3. Ἀνθ' ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε, ἐν τοῖς ταμιείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων.

4. Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.

5. Ὑποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν· ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε.

6. Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ;

7. Ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται. μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε.

8. Λέγω δὲ ὑμῖν· Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ·

9. Ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων Θεοῦ.

10. Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται.

11. Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε·

CAPUT XLII.

Varia Christi præcepta ac monita de vitando fermento Pharisæorum, de Evangelio palam prædicando & absque metu, de contumelia in Spiritum Sanctum inexpiabili, de avaritia & anxietate circa futura, de liberalitate in egenos, de vigilantia; de virtute eruditioni consentanea, de discordia ex Evangelii prædicatione, nequitiâ hominum, nascitura, de signis adventûs Messiæ, deque reconciliando sibi adversario.

INTER hæc, tanta ad Jesum confluxit undique multitudo, ut alios alii propemodùm conculcarent, nec eo seciùs coram omnibus docebat discipulos suos, quid ab iis Deus postularet; &, ante omnia, inquit, cavete vobis à fermento Pharisæorum, ne eo tota vestra vita corrumpatur. Intelligo autem simulationem virtutis, quæ simulatio omnia eorum facta corrumpit. Qui eo vitio attaminati sunt non possunt diu latere, nam, prout fert dictum vetus, *nihil est occultum quod non tandem patefiat, nihil arcanum quod non denique innotescat.* Ea de causa, scitote quod in obscuro conclavi clam dixeritis, id in apertam lucem prolatum iri; & quæ in penetralibus, ore auri admoto, susurraveritis, ea è tectis ædium aliquando promulganda. Igitur nihil clam facite, quod evulgatum pudori vobis esse possit. At Evangelium palam atque audacter nuntiate, ô vos Apostoli mei; neque formidate iram eorum qui, occiso corpore, nocere ampliùs non possunt. Vos docebo quem à vobis timeri par sit; eum, scilicet, qui occiso corpore, animum in locum pœnarum mittere potest; nam is demum metuendus est, qui æternas de animis vestris pœnas sumere queat.

Ne

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XII.

1. Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

2. Nihil autem opertum est, quod non reveletur; neque absconditum, quod non sciatur:

3. quoniam, quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur; & quod in aurem loquuti estis, in cubiculis, prædicabitur in tectis.

4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent ampliùs quid faciant.

5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete.

6. Nonne quinque passeres veneunt dipondio; & unus ex illis non est in oblivione coram Deo:

7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt: nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos.

8. Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum, coram Angelis Dei.

9. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.

10. Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.

11. Cùm autem inducent vos in Synagogas, & ad Magistratus & Potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis:

Ne putate vobis quidquam, invito aut inscio Deo, contingere posse. Aliquot enim passeres cùm exiguo ære vendantur, attamen ne unus quidem eorum divinam notitiam fugit. Ne ergo timete ne Deo lateant pericula vestra, nam Deus multò pluris vos facit quàm passeres, majorémque vestri curam gerit. Quin etiam novit numerum crinium vestrorum, ita ut nulla mutatio in vobis eo invito contingat.

Quisquis se meum discipulum impavidè, coram quibusvis hominibus, profitebitur; ejus, coram Angelis Dei, magistrum esse ego me prædicabo. At si quis sibi metuens non ausit id quod de me sentit prædicare; eum ego, coram Angelis Dei, pro discipulo meo à me agnosci negabo. Si quis, cui mea miracula non innotuerint, mihi detraxerit, is poterit, agnito errore suo, ad saniorem mentem redire, veniámque peccati sui impetrare; at si quis miracula à Spiritu Divino profecta, & quibus doctrina mea confirmatur, Cacodæmonibus tribuerit, is nullâ ratione ad meliùs de me sentiendum, pœnitentiámque agendam adduci poterit, nec proinde umquam peccati veniam consequetur.

Vos quidem, ô mei discipuli, in jus rapiemini ad tribunalia Synedriorum ac Præsidum; at ne vereamini, propter imperitiam vestram, ut causam Evangelii satis rectè apud Judices agere possitis, neve quidquam antea meditemini.

Spiritus

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Cap. XII.

12. Τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν.

13. Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου· Διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν.

14. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ. Ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;

15. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς. Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας· ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ.

16. Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτούς, λέγων· Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα·

17. Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων· Τί ποιήσω; ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.

18. Καὶ εἶπε· Τοῦτο ποιήσω· καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω· καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γενήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου·

19. Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.

20. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;

21. Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν.

22. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε. μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε.

23. Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος.

24. Κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν· οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη, καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν;

Spiritus enim Sanctus, qui in vos demittetur, vobis suggeret, eo ipso tempore quo coram iis stabitis, quid sit calumniis adversariorum respondendum.

Hæc dicentem interpellavit quidam, ex eorum multitudine qui eum sequi solebant, &, magister, inquit, jube fratrem meum mecum hereditatem æquis conditionibus herciscere. At Jesus negavit se eum in finem missum, ut judicem ageret de rebus hujus vitæ, invitòsve cogeret bona communia dividere. Attamen occasione oblata usus est, ut in avaritiam inveheretur; & cavete vobis, inquit, à cupiditate divitiarum, neque enim vita sustentatur eo quod habetis, præter id quod vobis necesse est. Deinde parabolam hanc subjecit: Hominis divitis agri, insolitatâ fertilitate, ingentem copiam fructuum ediderant. Ille verò apud se consilia agitabat de eo quod facturus erat, ut fructuum suorum copiam ingentem reconderet; ac tandem statuit apothecis, quas habebat angustiores, dirutis, majores ædificare, ut in iis omnia sua posset reponere. Tum verò, quandoquidem in multos annos copiosum victum habebat, decreverat lætari & genio suo indulgere, quasi nihil esset cur angeretur. At divinitus monitus est mortem, eâ ipsâ nocte, ei imminere; unde homo parum prudens intellexit bona quæ in

MATTHÆUS. | MARCUS. | LUCAS. | JOANNES.

Cap. XII.

12. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsâ horâ quid uporteat vos dicere.
13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.
14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos?
15. Dixítque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex his quæ possidet.
16. Dixit autem similitudinem ad illus, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit:
17. & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos?
18. Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & majura faciam, & illuc congregabo umnia quæ nata sunt mihi, & bona mea;
19. & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.
20. Dixit autem illi Deus; Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cujus erunt?
21. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.
22. Dixítque ad discipulos suos: Ideò dico vubis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini.
23. Anima plus est quàm esca, & corpus plusquàm vestimentum.
24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum; & Deus pascit illos. Quantò magis vos pluris estis illis?

in apothecas novas erat, ut existimabat, reconditurus, in alienas manus subitò esse transitura. Ea sors est eorum qui terrestres opes sibi avidè congerunt, non verò thesauros rectè factorum, apud Deum veluti depositos, habere satagunt.

Dein Jesus conversus ad Discipulos, propterea, inquit, cavere debetis, ne dum muneribus vobis à me demandatis defungimini, anxii sitis de victibus qui ad vitæ conservationem vobis necessarii sunt, aut de vestibus quibus corpus vestrum tegatis; ita ut præcepta mea, ad victum, aut vestitum vobis comparandum, ulla in re perfringatis. Deus enim, qui majora vobis jam dedit, qualia sunt vita ipsa & corpus, minora etiam suppeditabit, qualia victus & vestitus, iis qui officiis suis, ut par est, defungentur. Contemplamini corvos, aliásve aves, quæ neque sementem faciunt, neque metunt, & quibus nulla est cella in quam recondant, atque ex qua depromant cibos. Providentiâ tamen divinâ fit ut victus eis necessarii minimè desint. Vos verò Deus multò pluris facit, quàm aves, majorémque vestri curam proinde geret.

 Quod

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XII.

25. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

26. Εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε;

27. Κατανοήσατε τὰ κρίνα, πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· λέγω δὲ ὑμῖν, οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων.

28. Εἰ δὲ τὸν χόρτον ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι;

29. Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· καὶ μὴ μετεωρίζεσθε.

30. Ταῦτα γὰρ πάντα, τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ· ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρῄζετε τούτων.

31. Πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

32. Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν·

33. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην· Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς διαφθείρει.

34. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

35. Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι·

36. Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων· ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, εὐθέως ἀνοίξωσιν αὐτῷ.

Quod eò faciliùs persuaderi vobis par est, quòd nullâ curâ, aut anxietate, possitis vel per brevissimum tempus, vitam vestram producere, si Deus eam à vobis repetere velit. Si enim, invito Deo, vestrâ prudentiâ nihil præstare possitis, in conservatione vitæ vestræ; nulla causa est cur, neglectis officiis ab eo vobis impositis, cetera anxiè curetis. Contemplamini similiter lilia, & alios flores quomodo crescant, & quantâ sint pulcritudine, cùm expansis floribus vigent. Neque nent, neque alium ullum laborem suscipiunt, quo sibi eximium illum vestitum atque ornatum comparent. Attamen ne Salomon quidem, splendidissimis indutus vestibus, eorum pulcritudinem, mihi credite, æquavit. Si autem Providentiâ Divinâ fiat ut plantæ minimè perennaturæ, sed quæ paucis diebus florent, deinde exsiccantur ac comburuntur, tanto splendore sint ornatæ; multò magis vobis, officia vestra facientibus, necessaria omnia, ejusdem curâ, suppetent, ô homines de Deo non satis rectè sentientes. Ne ergo, mandata à me accepta exsequuturi, anxii sitis de victu & vestitu, ita ut propterea ab officiis vestris supersedeatis. De ejusmodi rebus anxiè laborant orbis terrarum gentes, quibus ignota est veri Dei Providentia; at vos Patri Cœlesti, qui se vobis patefecit, curam horum permittite, cùm probè norit ea quibus indigetis. Date dumtaxat operam, ut nuntietis adesse Regnum Cœleste, ejusque fines apud homines amplietis; cetera verò omnia à Deo, auctarii instar præteritorum ejus beneficiorum, accipietis. Ne verò timeatis, quia perpauci estis,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XII.	
		25. Quis autem vestrûm cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?	
		26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis?	
		27. Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent; dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis.	
		28. Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantò magis vos pusillæ fidei?	
		29. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli:	
		30. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis.	
		31. Verumtamen quærite primùm Regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis.	
		32. Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.	
		33. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in Cœlis; quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.	
		34. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.	
		35. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.	
		36. Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertetur à nuptiis; ut cùm venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei.	

estis, collati aliis hominibus; nam Deo visum est vos, ante omnes alios, civitate Cœlesti donare, quam tuebitur contra omnia molimina malorum.

Quicumque facultates habent eas potiùs omnes vendant, quàm ut sinant quemquam necessariis indigere, dum ipsi omnium rerum copiâ abundant; atque confectam hinc pecuniam pauperibus dividant. Quod si fecerint, opes habebunt apud Deum, quæ nec ob vetustatem crumenarum, nec ob earum exiguam copiam, umquam amittentur aut deficient. Ejusmodi divitias in divina benevolentia sitas, neque tineæ absumere possunt, neque fures auferre, ut facultates terrestres. Alioquin in rebus ad hanc vitam spectantibus, quæ omnibus illis casibus obnoxiæ sunt, si sitas esse putetis vestras divitias; necesse erit vos animum iis intentum semper habere, eumdémque anxium esse; nam quæ pretiosissima nobis esse censemus, ea necessariò animi nostri attentionem ad se convertunt.

Sitis semper parati ad me excipiendum, ut decet, ad vos redeuntem, postquàm hinc abiero; sive numquam desinite omnibus vestris officiis fideliter defungi. Imitamini servos, qui quia adventurum herum exspectant, totâ nocte induti sunt, & lucernam ardentem habent; ut cùm redibit ex nuptiis, pulsanti fores illico aperiant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XII.

37. Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγοροῦντας· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς.

38. Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτω, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι.

39. Τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκε διορυγῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

40. Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

41. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;

42. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;

43. Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.

44. Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

45. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· Χρονίζει ὁ κύριός μου ἔρχεσθαι, καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι·

46. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτόν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

47. Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς.

48. Ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολύ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ· καὶ ᾧ παρέθεντο πολύ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν.

Bene erit servis illis, quos herus redux vigilantes, & operi intentos deprehendet; nam interdum herus, ut ostendat quanti eos faciat, jubebit eos accumbere & ipse altè succinctus servilia accumbentibus ministeria obibit. Quòd si herus nunc secundâ, nunc tertiâ noctis vigiliâ rediens imparatos numquam opprimat, iis sine dubio benefaciet. Quemadmodum etiam pater familias, qui monitus esset certâ noctis horâ adventurum furem, ædes ejus perfossurum, vigilaret, neque pateretur ædium suarum murum perfodi: sic & vos semper paratos esse oportet, & jugem officiis à me vobis impositis operam dare; qui cùm moniti sitis me brevi quidem adventurum, attamen nescitis ipsum temporis articulum quo adero.

Tum interrogavit Petrus Jesum, num ea similitudo ad solos Apostolos spectaret, an verò ad omnes ejus discipulos. Respondit verò Jesus similitudine, quâ significavit ita se ad omnes respexisse, ut Apostolos, præ ceteris omnibus, monitos voluisset. Quem tandem, inquit, ex servis eliget Pater familias, ut fidum ac prudentem, quem præficiat ceteris ut demensum stato tempore iis dividat? Ejusmodi, nimirum, servum, cui herum benefacturum esse dixi, quòd

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XII.

37. Beati servi illi, quos, cùm venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd percinget se, & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis.

38. Et si venerit in secunda vigilia, & si io tertia vigilia veoerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi.

39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & oon sineret perfodi domum suam.

40. Et vos estote paratis quia quâ horâ ooo putatis, Filius hominis veniet.

41. Ait autem ei Petrus: Domioe, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omoes?

42. Dixit autem Dominus: Quis putas est fidelis dispeoiator, & prudens, quem constituit domious supra familiam suam, ut det illis io tempore tritici mensuram?

43. Beatus ille servus, qoem cùm venerit dominus invenerit ita facientem!

44 Verè dico vobis, quoniam supra omoia quæ possidet constituet illom.

45. Quod, si dixerit servus ille io corde suo: Moram facit domious meus venire, & cœperit percutere servos & ancillas, & edere, & bibere, & ioebriari;

46. veoiet dominos servi illius in die quo non sperat, & hora quâ oescit, & dividet eum, partémque ejus cum infidelibus pooet.

47. Ilie autem servus, qui cognovit voluotatem domini sui, & non præparavit, & non fecit secuodùm voluntatem ejus, vapulabit multis:

48. qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo; &, cui commendaverunt multum, plus peteot ab eo.

---

quòd eum imparatum minimè oppresserit; neque enim alium, mihi credite, facultatibus omnibus suis præficiet, nisi quem fidum ac vigilantem fuerit expertus. Quòd si postea dispensator factus, absente hero, apud animum suum reputet diu peregrè futurum herum suum, incipiátque, pro arbitrio, ceteros servos, aut ancillas verberare, genio indulgere, ac liberaliùs æquo se se invitare; aderit aliquando herus die, quo minimè eum exspectabit, & horâ quâ nesciet eum adfore. Tum verò herus jubebit hominem sublimem rapi, & seorsim ab aliis vinctum servari, ut pœnas luat, quas infidi servi luere solent. Certè ejusmodi servus, qui cùm probè nosset quam fidem, quámve vigilantiam herus à se postularet, nec fidum, nec vigilantem se se præstiterit, graviùs verberabitur, quàm si quid eilet officii sui ignorasset. Quòd si alius servus, nescius eorum quæ vellet fieri herus, quapiam in re deliquisset, tot plagis minimè cæderetur. Plura enim, ut fert vulgare dictum, repetentur ab eo cui plura data; plura postulabuntur ab eo, cui plura credita fuerint.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XII.

49. Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;

50. Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ;

51. Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν.

52. Ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσί, καὶ δύο ἐπὶ τρισί.

53. Διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρί· μήτηρ ἐπὶ θυγατρί, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρί· πενθερὰ ἐπὶ τὴν νύμφην αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς.

54. Ἔλεγε δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις· Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν, εὐθέως λέγετε· Ὄμβρος ἔρχεται· καὶ γίνεται οὕτω.

55. Καὶ ὅταν νότον πνέοντα, λέγετε· Ὅτι καύσων ἔσται· καὶ γίνεται.

56. Ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν· τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον πῶς οὐ δοκιμάζετε;

57. Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον;

58. Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ· μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλλῃ εἰς φυλακήν.

59. Λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς.

Dein orationem suam ad alia convertens, quamquam, inquit, hominibus auctor sum concordiæ ac mutuæ caritatis, nequitiâ adversariorum doctrinæ meæ, fiet ut omnia dissidiis, & contentionibus ardeant, cùm per terrarum orbem spargetur; quod quandoquidem, quæ sunt hominum ingenia, vitari nequit, velim jam ignem illum dissensionum accensum esse, unáque, vel cum illo incendio, Evangelicam doctrinam serpere per omnes gentes. Scio antea mihi ipsi, adversariorum malignitate ac sævitiâ, mortem esse subeundam, ut veluti sanguinis mei baptismo consecrer; nec possum non animo angi, donec ea parte muneris mei sim defunctus. Quamvis autem meâ morte sim Deum & homines, qui mihi crediderint, in concordiam redacturus; attamen nolite credere me plerosque homines eò adducturum, ut depositis inimicitiis, concordes agant, & diremtis controversiis, idem de Religione omnes sentiant. Haud aliter dissentient, ac disceptabunt, occasione captâ ex doctrina mea, quàm si eo animo in terras venissem, ut omnia dissidiis miscerem. Ab hoc ipso tempore, in una paucorum capitum familia, erunt discordiæ; ita ut, tribus Evangelio faventibus, duo adversentur; duobúsve mihi credentibus, tres fidem detrahant. Parentes à liberis, liberique à parentibus; socrus à nuru, nurúsque à socru dissentient, atque in diversa abibunt, Evangelii causâ.

Postea

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XII. 49. Ignem veni mittere in terram; & qnid volo, oifi ut accendatur? 50. Baptiſmo autem habeo baptizari: & qoomodo coarctor, uſque dum perficiatur? 51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, ſed ſeparationem. 52. Erunt enim ex hoc quinque io domo una diviſi, tres in duos, & duo in tres. 53. Dividentur pater in filium, & filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus io norum ſuam, & ourus in ſocrum ſuam. 54. Dicebat autem & ad turbas: Cùm videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nimbus veoit, & ita fit. 55. Et, cùm ſoſtrum flantem, dicitis qnia æſtus erit, & fit. 56. Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo oon probatis? 57. Quid autem & à vobis ipſis non judicatis quod juſtum eſt? 58. Cùm autem vadis cum adverſario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, oe fortè trahat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. 59. Dico tibi, oon exies inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas.	

Poſtea & multitudinem audientium ita eſt alloquutus: Cùm videtis nubes cogi ab occaſu, ex mari quod ad eam cœli plagam porrectum eſt, conjicitis adventare pluviam, nec vos fallit conjectura. Cùm ſentitis meridianum ventum ſpirare, æſtum futurum non fruſtra judicatis. O ſimulatores religionis, ex ſpecie cœli aut terræ futuram tempeſtatem, longâ & accuratâ obſervatione, non malè conjicitis; quî verò fit ut non intelligatis adeſſe tandem tempns Regni Cœleſtis? Quomodo etiam, ex veſtra ipſorum conſuetudine, non colligitis quid par ſit nunc à vobis fieri? Cùm à quopiam cui debetis in jus trahimini, datis operam ut in viâ, ſi fieri licet, cum creditore paciſcamini; ne ad judicis tribunal adducti damnemini, & viatori traditi in carcerem conjiciamini; ex quo non liceat vobis exire, donec integrum debitum exſolveritis. Quidni etiam intelligitis pariter vobis eſſe cum Deo ipſo, quam ptimùm, ut ita dicam, pœnitentiâ tranſigendum; antequàm vos in locum pœnarum detrudat, in quo merita ſupplicia vos dare erit neceſſe?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XIII.

1. ΠΑρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

2. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν;

3. Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.

4. Ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς, δοκεῖτε ὅτι οὗτοι ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ;

5. Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε.

6. Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν. Συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην· καὶ ἦλθε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν.

7. Εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν. Ἰδού, τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω· ἔκκοψον αὐτήν· ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;

8. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ. Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κοπρίαν

9. Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν.

10. Ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς σάββασι.

11. Καὶ ἰδού, γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας, ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ· καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

12. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.

CAPUT XLIII.

Jesus docet exempla sæpe à Deo statui in hominibus, qui ceteris deteriores non sunt. Parabola de ficu. Curatio mulieris, die Sabbathi, defensa contra rectorem Synagogæ. Similitudines de Regno Dei. Numerus servandorum exiguus. Jesus monetur ut sibi caveat ab Herode, prædicitque se Jerosolymæ occidendum; cujus urbis civibus pervicaciam exprobrat, & pœnas intendit.

CUM hæc dixisset Jesus, nuntiatum est à nonnullis, Galilæos quosdam sacra facientes à Pilato, Procuratore Cæsaris, ad ipsum altare fuisse contrucidatos; ita ut eorum sanguis mistus fuisset cum sanguine victimarum, quas obtulerant. Quo nuntio audito, Jesus respondit: an putatis Deum passum esse hosce Galilæos, ita trucidari, quòd deteriores eos judicaret ceteris Galilæis? Si ita censetis, fallimini. Deus in iis, reis quidem, at ceteris minimè pejoribus, exemplum statuit, ut omnes intelligant sibi etiam imminere perniciem, nisi, mutatis moribus, divinam justitiam flectant. An existimatis octodecim illos homines, quos oppressit turris, quæ ad piscinam Siloensem collapsa est, & quos occidit, fuisse aliis omnibus Jerosolimitanis deteriores? Non erant, sed Deus, ex omnium reorum numero, eos opprimi passus est ruinâ turris,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XIII. 1. ADerant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. 2. Et respondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? 3. Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. 4. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines, habitantes in Jerusalem? 5. Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. 6. Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. 7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum, in ficulnea hac, & non invenio; succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? 8. At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: 9. Et si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam. 10. Erat autem docens in Synagoga eorum Sabbatis, 11. & ecce mulier, quæ habebat Spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. 12. Quam cùm videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua;	

ris, ut doceat omnes Jerosolimitanos instare iis similiter exitium, nisi maturâ resipiscentiâ id à se averruncent.

Tum Jesus, eamdem in rem, hanc subjecit similitudinem. Vir quidam, qui in vinea ficum habebat, ad hanc per tres annos, eâ tempestate quâ ficus maturæ sunt, ivit ut fructus in ea quæreret, nec tamen ullos invenit. Itaque convenit vinitorem suum, &, per hosce tres annos, inquit, frustra quæsivi fructus in hac arbore. Itaque eam secato, cum impediat quominùs spatium terræ quod occupat, plantam ullam aliam frugiferam alat. Tum verò vinitor oravit dominum vineæ, ut pateretur ficum per quartum annum illic stare, quo circumquaque terram fossurus erat, & stercoraturus; quo facto, si fructum nullum ederet, tum demum eam secari juberet.

Cùm verò aliquando Jesus in Synagoga Galilææ, die Sabbathi, doceret; mulier quædam aderat à Cacodæmone, ab annis octodecim, morbo vexata, ita ut incurvum corpus nullo modo erigere posset. Eam conspicatus Jesus ad se vocavit; &, mulier, inquit, morbo tuo liberator; simúlque manus ei imposuit.

 Quibus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIII.

13. Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας· καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη, καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν.

14. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ· Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι· ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου.

15. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ εἶπεν· Ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει;

16. Ταύτην δὲ, θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

17. Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ.

18. Ἔλεγε δέ· Τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν;

19. Ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ· καὶ ηὔξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

20. Καὶ πάλιν εἶπε· Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;

21. Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

22. Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων, καὶ πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ.

23. Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς,

24. Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πολλοὶ, λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν.

Quibus verbis prolatis, illico curata est, atque erecto corpore Deo gratias agere cœpit. Præfectus verò quidam ejus Synagogæ, indignè ferens à Jesu die Sabbathi ægram mulierem curatam fuisse, multitudinem quæ aderat increpuit, quòd cum sex essent dies, quibus eis operi cuivis incumbere licebat, ac proinde ægros à Jesu curari fas erat, confluerent tamen ad eum, die Sabbathi, quo religiose observandas ferias norant. Quod cùm audisset Jesus, hominem acriter castigavit, &, simulator, inquit, religionis, quid dissimulas quod probe nosti; esse, nimirum, opera quæ haud illicita sunt die Sabbathi? Annon notum est licere cuivis bovem aut asinum præsepi vinctum solvere, & adaquatum ducere? Quod cum fas esse omnes putent, quidni etiam mihi licuit die Sabbathi solvere morbi, ut ita dicam, vinculum, quo Cacodæmon mulierem hancce Israelitidem per octodecim annos vinctam malè habuit? Quæ verba iis, qui illic ei adversabantur ac detrahebant, pudorem incusserunt. Multitudo verò cetera summopere gaudebat, ob insignia miracula, quæ videbat à Jesu edi. Cùm verò ille animo versaret exigua initia nuntiationis Evangelii & quàm pauci ei crederent, cáque conferret cum maximo numero eorum, qui aliquando ei fidem habituri erant, quem præsciâ futuri mente providebat, cœpit dicere quod alias dixerat, &, cui rei, inquit, simile est Regnum Cœli, aut

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XIII. 13. & imposuit illi manus, Et confestim erecta est, & glorificabat Deum. 14. Respondens autem Archisynagugus, iodignens quia Sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari; in his ergo venite, & curamini, & nun die Sabbati. 15. Respondens autem ad illom Dominus dixit: Hypocrita, ouusquisque vestrum Sabbato noo solvit bovem suum ent einnm à præsepio, & ducit edaquare? 16. Haoc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas, ecce decem & octo ennis, oon oportuit solvi à vinculo isto die Sabbati? 17. Et, cùm hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus: & omnis pupulus gaudebat in universis, quæ gluriosè fiebant ab eo. 18. Dicebat ergu: Cui simile est Regnum Dei, & cui simile æstimabo illud? 19. Simile est grano finapis, quod ecceptum hnmo misit io hortum suom, & crevit, & factum est in arborem magnam; & volucres cœli requieverunt in ramis ejus. 20. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo Regoum Dei? 21. Simile est fermento, quod ecceptum mulier abscondit in farinæ sata tria: donec fermentaretur totum. 22. Et ibat per civitates & castella, docens, & iter faciens in Jerusalem. 23. Ait autem illi quidam: Domine, si peuci sunt qui salvantur; Ipse autem dixit ed illos: 24. Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poteruot.	

cum quanam re id conferam? Simile est grano seminis sinapis, quod quispiam serit in horto, vidétque in ingentem arborem adolescere, adeò ut aves in ejus ramis nidulari possint. Cui alii præterea rei comparabo Regnum Cœleste? Conferri queat & cum fermento, quod mulieres exiguâ copiâ miscent tribus farinæ satis, & quod totam farinæ subactæ molem tumefacit. Sic enim Evangelium, quod nunc inter paucos coërcetur arctis finibus, latè per totum terrarum orbem spargetur; & pauci illi, qui ei nunc fidem habent, hujus suæ fidei ingentem hominum multitudinem participem facient.

Hæc & alia docens peragrabat urbes & pagos Galilææ, lentis itineribus se se Jerosolimam, ad festum Dedicationis, conferens. Tunc temporis cuipiam quærenti, multíne, an pauci salutem essent consequuturi? respondit, januam salutis arctam esse, nec sine magna animi contentione ullum posse eam ingredi; adeóque permultos, qui cuperent eam subire, falsis doctrinis, pravísque moribus transversos actos, ab ea aberraturos. Quamobrem diligentissimam omnibus operam esse dandam, ut eam invenirent, inventámque ingrederentur.

 At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIII.

25. Ἀφ᾽ οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες· Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ·

26. Τότε ἄρξεσθε λέγειν· Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας.

27. Καὶ ἐρεῖ· Λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· ἀπόστητε ἀπ᾽ ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας.

28. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω.

29. Καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ καὶ νότου· καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

30. Καὶ ἰδού, εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶ πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι.

31. Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ· Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν· ὅτι Ἡρώδης θέλει σε ἀποκτεῖναι.

32. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ· Ἰδού, ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.

33. Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.

34. Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

35. Ἰδού, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδητε ἕως ἂν ἥξῃ ὅτε εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

At erit, inquiebat, tempus, quo pater familias, cujus hæc est potestas, fores suas claudet. Tum verò multi vestrûm foris stantes januam pulsabunt, eúmque obnixè orabunt, ut sibi jubeat aperiri fores; at ille negabit eos sibi esse notos. Respondebunt quidem illi se cum eo eidem mensæ accubuisse, séque eum audivisse in plateis oppidorum, vicorúmve suorum docentem; verùm ille constanter negabit se scire quinam sint, & sic amandabit à se omnes qui improbis moribus fuerint. Tum demum ejulabitis & dolore incredibili opprimemini, cùm videbitis Abrahamum, Isaacum & Jacobum, Gentis vestræ conditores, atque omnes Prophetas Regni Cœlestis gloriâ fruentes, vos verò eo ejectos. Quin etiam ex regionibus orientalibus, occiduis, septentrionalibus & meridianis, quacumque patet terrarum orbis, venient, qui convivabuntur cum Majoribus vestris, in Regno Dei. Tunc temporis, licebit videre eos, qui ultimi omnium Evangelium audiverint & alienissimi ab eo videbantur, primas sedes beatitudinis obtinentes; contra verò eos quibus primis Evangelium nuntiatum est, & ad quos præsertim pertinebat, ultimo loco stantes, seu prioribus postpositos.

Eo ipso die, quo hæc dicebat Jesus, nonnulli è Pharisæorum secta eum convenerunt, monuerúntque ut quàm primùm egrederetur è Galilæa; nam Herodem Tetrarcham Galilææ, oc-
casionem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. CAP. XIII.

25. Cùm autem intraverit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis, & respondens dicet vobis: Nescio vos unde sitis.

26. Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27. Et dicet vobis: Nescio vos unde sitis: discedite à me omnes operarii iniquitatis.

28. Ibi erit fletus, & stridor dentium; cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in Regno Dei, vos autem expelli foras.

29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in Regno Dei;

30. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt novissimi.

31. In ipso die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.

32. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce ejicio Dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras: & tertio die consummor.

33. Verumtamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Jerusalem.

34. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, & noluisti?

35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: Dico autem vobis quia non videbitis me, donec veniat cùm dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

---

casionem ejus interficiendi, quemadmodum antea occiderat Joannem Baptistam, captare: Respondit verò Jesus, se optare ut renunciarent suo nomine illi vulpi (sic enim Herodem, ob astutiam, vocabat) se ejecturum Dæmonia & curaturum ægros, per brevissimum tempus, & paullò pòst victimæ instar mactatum iri. Propterea se brevi Galilææ finibus excessurum, quia occidendus erat Jerosolimæ, quæ urbs longo usu jus occidendorum Prophetarum sibi usurpabat. Tum subitò ad Jerosolimitas oratione conversâ, ô Jerosolimitæ, inquit, qui Prophetas occidere soletis, & lapidibus obruere eos qui ad vos à Deo mittuntur, quoties aggressus sum vos omnes ad me congregare, ut discipuli mei facti salutem consequeremini: quemadmodum Gallina pullitiem sub alas suas cogit? Verùm adhortationibus meis minimè auscultatis. Propterea urbs vestra vastabitur, & desolata relinquetur. Ego verò, postquàm semel à vobis abscessero, non redibo ita ut me cernere possitis; nisi eo tempore, quo libenter me nomine Dei venientem lætis adclamationibus exciperetis, si quid vobis, ad vitandas pœnas, eæ adclamationes prodessent.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XIV.

1. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν.

2. Καὶ ἰδού, ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

3. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ Φαρισαίους λέγων· Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν;

4. Οἱ δὲ ἡσύχασαν· Καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε.

5. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς, εἶπε· Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

6. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα.

7. Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτούς·

8. Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν· μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ·

9. Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι· Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.

10. Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον· ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι· Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον τῶν συνανακειμένων σοί.

11. Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

12. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτόν· Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους· μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα.

CAPUT XLIV.

Hydropicus à Jesu Sabbatho curatur. Admonitiones de inferiore loco sumendo, in convivio, déque pauperibus vocandis. Apologus de vocatis ad cœnam. De animi proposito quod esse debet in discipulis Christi.

DIE Sabbathi, contigit Jesum vocari ad convivium à Pharisæo quodam, Synedrii Magni adsessore; erántque unà & alii ejusdem sectæ homines vocati, qui diligenter observabant Jesum, si quid fortè Legi Mosaïcæ minimè consentaneum faceret. Cùm ergo ad ædes Pharisæi se conferret, ecce verò vir hydrope laborans atque opem ejus implorans ei objectus est; quo conspecto, quæsivit Jesus à Legis peritis & Pharisæis, qui aderant, an liceret hominem curare die Sabbathi? Illi verò tacuerunt, ne quid temerè respondentes ab illo inscitiæ arguerentur, quod aliis contigerat. Verùm Jesus manu apprehensum ægrum illico curavit, & domum dimisit. Cùm tamen probè sciret factum hoc suum minimè probari Pharisæis, voluit ostendere nihil à se factum, quod eorum institutis repugnaret; &, an, inquit, quisquam est inter vos, cujus asinus aut bos sit delapsus in fossam, qui dubitet eum illinc extrahere, etiam die Sabbathi? Quod cùm ita sit, multò potiori jure hominem periculoso & longinquo morbo laborantem, die Sabbathi, curare potui. Pharisæi verò nihil habuerunt quod ei objicerent.

Cùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIV.

1. ET factum est, cùm intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum Sabbato, manducare panem, & ipsi observabant eum.

2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum:

3. & respondens Jesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet Sabbato curare?

4. At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit.

5. Et respondens ad illos dixit: Cujus vestrûm asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbati?

6. Et non poterant ad hæc respondere illi.

7. Dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:

8. Cùm invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit invitatus ab illo;

9. & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum; & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere.

10. Sed, cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco; ut, cùm venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, adscende superiùs. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

11. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

12. Dicebat autem & ei, qui se invitaverat: Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: ne fortè te & ipsi reinvitent, & fiat tibi retributio.

Cùm autem domum Pharisæi ingressus in triclinio esset, observarétque quanto studio summa lectorum loca occuparent, cœpit eos ita admonere. Quotiescumque vocabimini ad nuptias, cavete ne illico summum locum invadatis; ne si fortè honoratior sit vocatus, eo ingrediente, is qui convivium præbet vos jubeat ei locum facere, atque ita ad infimum lectum deturbemini, quod non sine ignominia vestra poterit fieri. Si velitis illico accumbere, infimum lectum occupate, ut, cùm veniet is qui vos vocavit, jubeat potiùs vos in summo lecto accumbere, quod vobis erit honorificum apud alios convivas. Sic & in reliqua vita, non apud homines tantùm, sed etiam erga Deum vos gerite, humiliora æquo vobis potiùs tribuentes, quàm nimia. Quicumque enim superbiùs se geret, is à Deo & ab hominibus ad humiliorem sortem detrahetur; quicumque verò modestiam studiosè colet, is à Deo & ab hominibus ad majora evehetur.

Deinde conversus ad eum à quo vocatus fuerat; quotiescumque, inquit convivium adornabis, quod Deo & hominibus gratum esse cupies, ne vocato amicos, aut fratres, aut consanguineos, aut vicinos divites; qui te possunt vicissim vocare ad convivium, & tibi rependere quæ illis tribueris; sed potiùs pauperes, mutilos, claudos, cæcos, in plateis mendicantes.

 Tum

Cap. XIV.

13. Ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχήν, κάλει πτωχούς, ἀναπήρους, χωλούς, τυφλούς.

14. Καὶ μακάριος ἔσῃ· ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.

15 Ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

16. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς.

17. Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις· Ἔρχεσθε, ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα.

18. Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. Ὁ πρῶτος εἶπεν αὐτῷ· Ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

19 Καὶ ἕτερος εἶπε· Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

20. Καὶ ἕτερος εἶπε· Γυναῖκα ἔγημα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν.

21. Καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ· Ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως· καὶ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε.

22. Καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος· Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί.

23 Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον· Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου.

24. Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου.

25. Συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ στραφεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς

Tum demum bene tibi erit, ob tuam liberalitatem; quod enim tibi homines non reddiderint, quia non poterant, hoc tibi rependet ipse Deus eo tempore, quo boni è mortuis excitati in beatas æternæ felicitatis sedes intromittentur.

Cùm hæc audisset quidam Præfectus Synagogæ, exclamavit ei demum bene futurum, qui convivaturus esset in Regno Dei. Quamobrem Jesus arripuit occasionem exprobrandæ Judæis pervicaciæ, hoc Apologo: Vir quidam, inquit, opiparam cœnam parari jusserat multis convivis, quos ad eam vocaverat. Cùm verò instaret hora cœnæ, nec ulli convivæ adessent, misit servum ad singulos vocatos, qui nuntiaret cœnam esse paratam, quare eos tempestivè jam ad se venturos. At verò omnes uno animo recusarunt, & primus quidem dixit se agrum emisse, idcóque necesse sibi esse ut urbe egressus eum viseret, & orare convivatorem ut se excusatum haberet. Alter optavit pariter se excusari, quia, ut aiebat, emerat quinque paria boum, quæ volebat experiri; qua de causa, rus erat iturus, nec convivio adfuturus. Tertius respondit sibi non esse commodum ire ad cœnam, quòd uxorem duxisset, cum qua epulari volebat. Alius denique alia excusatione est usus; quas omnes servus hero renuntiavit. Is verò indignatus se deludi ab iis, quibus cœnam paraverat, jussit servum è vestigio exire in plateas & vias urbis, atque adducere ad convivium mutilos, claudos & cæcos,

LUCAS

Cap. XIV.

13. Sed cùm facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos;

14. & beatus eris quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi, in resurrectione justorum.

15. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei!

16. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.

17. Et misit servum suum, horâ cœnæ, dicere invitatis ut venirent; quia jam parata sunt omnia.

18. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.

19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.

20. Et alius dixit: Uxorem duxi; & ideò non possum venire.

21. Et reversus servus nuntiavit hæc domino suo. Tunc, iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plateas & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos, introduc huc.

22. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperasti, & adhuc locus est.

23. Et ait dominus servo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea:

24. dico autem vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

25. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conversus dixit ad illos:

cos, aliósque mendicos, in quos incideret. Paruit illico servus, sed sat mendicorum non invenit in plateis urbis, ut loca vocatorum omnia implerent, qua de re herum sibi monendum duxit. At herus eum jussit urbe ipsâ egredi & per vias publicas, ac circa sepes quærere pauperes, quos vel precibus, si necesse esset, adduceret ut convivaturi ad se venirent, ita ut domus iis impleretur. Aiebat enim se cupere, ut quidquid paraverat eâ vesperâ absumeretur; ne quis vocatorum fortasse veniens quidquam degustaret, ex iis quæ fuerant parata. Qui Apologus satis clarè designabat incredulitatem Judææ Gentis, cui primæ prædicabatur Evangelium; & cujus pervicaciâ futurum erat ut Ethnici ad ejus cognitionem vocarentur, & beneficiis Judæis frustra oblatis fruerentur.

Cùm verò Jesus pergeret ire Jerosolimam, intereáque oppidatim & vicatim doceret, ingens hominum multitudo eum sequebatur; quam cùm videret, ad eam conversus cœpit docere quantam constantiam à discipulis suis postularet, hisce verbis: Si quis se se in disciplinam meam tradere velit & mihi constanter adhærere, oportet eum, potiùs quam ullum præceptorum meorum negligat, deserere parentes, uxorem, liberos, fratrésque & sorores; aut nullam eorum rationem habere, quasi eos odio prosequeretur. Alioqui discipulus meus esse non potest, eo nomine dignus, quisquis præcepta mea perfringet, ut illis gratificetur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIV.

26. Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφάς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.

27. Καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

28. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν;

29. Ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ,

30. Λέγοντες Ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

31. Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν;

32. Εἰ δὲ μήγε, ἔτι αὐτοῦ πόῤῥω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.

33. Οὕτως οὖν, πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

34. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται;

35. Οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν· ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Cap. XV.

1. Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοί, ἀκούειν αὐτοῦ.

2. Καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, λέγοντες Ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.

Quisquis secum non reputat sibi gravissima quæque fortiter esse perferenda, si necesse sit, dum se discipulum meum constanter profitetur; is frustra me adsectari aggrediatur, non potest enim esse discipulus meus, idque nomen meritò sibi adrogare. Antequàm ergo mihi in disciplinam vos tradatis, hoc certum & prævisum vobis sit oportet; sin minùs, ingruente vexatione, turpiter susceptum vitæ institutum deseretis. Sic si quis apud vos turrim ædificare aggrediatur, diligenter priùs & sedato animo, calculum init sumtuum, quos fieri necesse est ut absolvatur; ne si, incepto opere, eum pecunia defecerit, ludibrio sit omnibus ædificium temerè inchoatum adspecturis; & dicturis hominem quidem cœpisse turrim, sed absolvere non potuisse. Sic & si quis Rex bello impetatur à vicino Rege, quo sit inferior numero copiarum, ita ut dimidiâ parte majorem exercitum habeat hostis; antequàm exercitum educat, maturè deliberat, an decem millia, exempli causâ, suorum militum tutò possit opponere viginti millibus militum Regis vicini. Sin minùs, antequàm exercitus hostilis fines ejus populetur, legatos ad hostem mittit, pacémque, quibusvis legibus, ab eo impetrare conatur. Pariter & vobis, antequàm discipuli mei esse aggrediamini, certum sit oportet facultatibus omnibus, amicisque & consanguineis valedicere, si ita res ferat, potiusquàm quidquam quod discipulis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XIV.

26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

27. Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

28. Quis enim ex vobis, volens turrim ædificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum?

29. Ne, posteaquàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei,

30. dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.

31. Aut quis Rex, iturus committere bellum adversùs alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?

32. Alioquin, adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.

33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

34. Bonum est sal: si autem sal evanuerit, in quo condietur?

35. Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

1. ERant autem appropinquantes ei Publicani, & peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

discipulis meis indignum sit faciatis. Quemadmodum salsi cineres utiles sunt, ad fœcundandos agros; at si salsuginem suam amiserint, cùm restitui eis nequeat, neque apti sunt ad fructus edendos, instar reliqui soli, neque ad id stercorandum; qua de causa, in publicas vias projecti, ab omnibus calcantur. Digna res est quæ attentè à vobis consideretur, si velitis facultatibus à Deo acceptis rectè uti; res enim, ut & aliàs vos monui, ad vos ipsos pertinet.

CAPUT XLV.

Apologi de cura, quâ Deus maximos peccatores ad saniorem mentem revocat; & benignitate quâ redeuntes ad se excipit.

AD Jesum audiendum, magno numero concurrebant publicani, aliíque profligati homines, qui & eo familiariùs utebantur. Quamobrem fremebant vulgò Pharisæi & Legis Interpretes, eique vitio vertebant quòd benignè eos exciperet, atque unà cum eis convivaretur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XV.

3. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγων·

4. Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό;

5. Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων;

6. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας; λέγων αὐτοῖς· Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός.

7. Λέγω ὑμῖν ὅτι οὕτω χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενηκονταεννέα δικαίοις. οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας.

8. Ἢ τίς γυνὴ, δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ;

9. Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα· Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα.

10. Οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

11. Εἶπε δέ. Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς·

12. Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, Πάτερ. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

13. Καὶ μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως.

14. Δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι.

15. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους.

Itaque Jeſus, quàm iniqua eſſent eorum judicia, hac ſimilitudine oſtendit: Si cui veſtrûm, cui ſint centum oves, unam ex iis amittere contigerit; illico in ſolitudine nonaginta novem oves ſuas relinquit, inveſtigátque eam quæ à grege digreſſa aberravit, donec invenerit; inventámque imponit gaudens humeris ſuis, ut citiùs ad aliarum gregem reducat. Tum domum redux vocat amicos ac vicinos, vúltque eos ſibi gratulari, quòd amiſſam ovem ſuam invenerit. Sic & Angeli magis gaudent, ob reſipiſcentiam unius hominis, qui antea flagitioſam vitam egerat; quàm propter conſtantem virtutem nonaginta novem bonorum virorum, qui ejuſmodi reſipiſcentia minimè indigent.

Si mulier, cui erant drachmæ decem, unam noctu amiſiſſe ſe deprehenderit, illico, accenſâ lucernâ, verrit ædes, ſtudioſéque eam quærit, nec tam gaudet quòd novem ſibi ſuperſint, quàm dolet unam amiſſam eſſe, & pergit eam quærere donec invenerit. Poſtquàm verò invenit, rem lætam renuntiat amicis mulieribus ac vicinis, vúltque eas ſecum gaudere, quòd amiſſam drachmam invenerit; cùm antea nullo inuſitato gaudio commoveretur, quòd decem drachmas incolumes haberet. Similiter, ut jam dixi, maxima eſt lætitia Angelis, cùm unum peccatorem ad ſanctiorem vitam redeuntem animadvertunt.

Dein

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XV.	
		3. Et ait ad illos parabolam istam, dicens:	
		4. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, &, si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam:	
		5. & cùm invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens:	
		6. &, veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat?	
		7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.	
		8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat:	
		9. & cùm invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram?	
		10. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.	
		11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios,	
		12. & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.	
		13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam, vivendo luxuriosè.	
		14. Et, postquàm omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.	
		15. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius, & misit illum in villam suam ut pasceret porcos.	

Dein subjunxit hunc Apologum. Vir, erat, inquit, qui duos filios habebat; quorum junior protervus ac libidinosus petiit à patre, ut sibi patrimonii sui partem daret, quâ sibi privatim quæstum faceret, quemadmodum nonnullis in locis fieri solet. Itaque pater facultatum suarum rationem iniit, ut videret quid ei dare posset; ne interea ulla injuria majori natu fieret. Quo peracto, divisit iis quæ vivus dare poterat, quamvis major natu in familia paterna remanserit, neque partem, quam instar fratris sibi potuisset petere, à paternis reliquis bonis separari voluerit, quippe eorum heres futurus. Paucis pòst diebus, junior, omnibus convasatis, in longinquam regionem profectus est, quasi illic negotiaturus; verùm, libidinosâ vitâ, brevi quidquid à patre acceperat absumsit. Cùm autem nihil ei superesset, contigit in eo terrarum tractu, in quo erat, gravissimam esse penuriam annonæ, quo factum est ut necessario cibo indigere inciperet. Igitur operam suam locavit oppidano cuidam, qui illum rus misit, ut subulci vili munere fungeretur.

Quod

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XV.	
		16. Καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι· καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.	
		17. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν, εἶπε· Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι.	
		18. Ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐρῶ αὐτῷ, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου.	
		19. Καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.	
		20. Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη· καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.	
		21. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱὸς, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου.	
		22. Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ· Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν· καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας·	
		23. Καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε· καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν·	
		24. Ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.	
		25. Ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν.	
		26. Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα.	
		27. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει· καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν.	
		28. Ὠργίσθη δὲ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθὼν παρεκάλει αὐτόν.	

Quod cùm faceret, tam parcè alebatur, ut ne ceratoniæ quidem fructus, quibus vescebantur porci, eâ copiâ habere posset ut fami satisfaceret. Miserâ ergo sorte suâ perculsus ad se tandem rediit, cœpitque secum reputare, apud patrem suum multos esse mercenarios, qui pane abundarent, dum ipse ejus filius fame propemodum peribat, peregrè collocatâ suâ operâ in abjectissimum ministerium. Itaque statuit ad patrem redire, veniámque ab eo petere delicti quod cùm adversùs Deum, tum adversùs patrem admiserat, cùm juvenili fiduciâ petierat partem facultatum paternarum, quibus abuteretur; & fateri se minimè dignum esse, qui filius ejus diceretur; quare se orare, ut mercenarii dumtaxat loco se haberet. Nec ullam moram interposuit, cúmque accederet ad ædes paternas, pater miserabili habitu ad se venientem procul conspicatus misericordiâ commotus est. Itaque confestim ei obviam processit, eúmque amplexus atque exosculatus est. Verùm adolescens confessus se gravissimè in Deum atque in patrem deliquisse; se dignum esse, qui filius ejus diceretur, negabat. At pater miserâ sorte filii & lacrimis permotus, pro objurgationibus quas meritus erat, jussit à ser-

vis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XV.

16. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.

17. In ſe autem reverſus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus; ego autem hîc fame pereo?

18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in Cœlum, & coram te:

19. jam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis.

20. Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt; & accurrens cecidit ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eum.

21. Dixítque ei filius: Pater, peccavi in Cœlum, & coram te; jam non ſum dignus vocari filius tuus.

22. Dixit autem pater ad ſervos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus:

23. & adducite vitulum ſaginatum, & occidite: & manducemus, & epulemur;

24. quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus eſt. Et cœperunt epulari.

25. Erat autem filius ejus ſenior in agro, & cùm veniret, & appropinquaret domui, audivit ſymphoniam & chorum.

26. Et vocavit unum de ſervis, & interrogavit quid hæc eſſent.

27. Iſque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſalvum illum recepit.

28. Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum:

---

vis illico afferri pretioſam tunicam quâ indueretur, daríque ei annulum & calceos. Dein, mactemus, inquit, hodie vitulum ſaginatum, & convivio atque hilaritate diem tranſigamus; hic enim filius meus à me pro mortuo habebatur, nunc verò eſt veluti è mortuis excitatus; amiſſus exiſtimabatur, nunc verò poſtliminio rediit. Quibus verbis, tota familia in lætitiam eſt effuſa. Interea, filius major natu, qui ruri erat, domum rediens, cùm jam appropinquaret, non ſine admiratione audiit concentum vocum, & choros canentium. A ſervo itaque in quem incidit, ſciſcitatus quid hoc rei eſſet, & quodnam inſperatum gaudium patri contigiſſet; reſponſum accepit fratrem ejus domum tandem rediiſſe, qua de cauſa herus juſſerat altilem vitulum mactari, convivium facturus, propter receptum filium incolumem. Ille verò, invidiâ atque irâ accenſus, ingredi ædes paternas nolebat. Quod cùm nuntiaretur patri, domo ipſe egreſſus, filium orabat ut lætitiæ ſuæ, recepto fratre, particeps fieret.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XV.

29. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρί· Ἰδοὺ, τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ.

30. Ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

31. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν.

32. Εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

Cap. XVI.

1. Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον· καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

2. Καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ· Τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν.

3. Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος· Τί ποιήσω, ὅτι ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ; σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.

4. Ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν.

5. Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώτῳ· Πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου;

6. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα.

7. Ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε· Σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἑκατὸν κόρους σίτου. Καὶ λέγει αὐτῷ· Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὀγδοήκοντα.

Filius verò cœpit exprobrare patri, quòd cùm per tot annos ei inserviret, & per omnia dicto audiens fuisset, numquam tamen ab eo vel hædo donatus fuisset, ut cum amicis convivium agitaret; fratris verò minoris natu causâ, qui patrimonium ab eo acceptum meretriciis amoribus absumserat, vitulum saginatum mactasset, statim ac eum reduceem viderat. At reposuit pater ipsum semper in ædibus paternis versatum, facultatibus suis secum fruitum esse, & heredem fore; itaque, missâ omni invidiâ, debuisse cum tota familia lætari, quòd fratrem amissum, ac propemodum mortuum recuperasset. Quo Apologo, non obscurè significabat Jesus male facere Pharisæos aliósque castigatioris vitæ Judæos, qui Publicanis, aliisque idgenus hominibus invidebant, quòd familiariùs iis uteretur; cùm contra debuissent gaudere profligatos antehac homines, eâ tangi pœnitentiâ, ut delectarentur sermonibus & consortio Jesu, à quo ad sanctius vitæ institutum traducebantur.

Caput XLVI.

Similitudo de vero usu divitiarum. Castigatio avaritiæ Pharisæorum. Apologus de divite Epulone & paupere Lazaro, eodem spectans.

Postea Jesus multis egit de usu divitiarum, in sublevanda pauperum egestate; quam in rem

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Cap. XV.

29. At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis servio tibi, & numquam mandatum tuum præterivi, & numquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer:

30. sed postquàm filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

31. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt:

32. epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est.

Cap. XVI.

1. Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum; & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

2. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ; jam enim non poteris villicare.

3. Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem: fodere non valeo, mendicare erubesco?

4. Scio quid faciam, ut, cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta.

7. Deinde alii dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta.

rem hac similitudine usus est: Viri, inquit, cujusdam divitis dispensator apud patronum insimulatus est, quasi ejus facultates dilapidaret. Itaque patronus eum vocavit, & rationem reddere dispensationis jussit; negabat enim se ejus operâ, in administrandis suis facultatibus, ampliùs usurum. Dispensator verò, intelligens se pristino munere non ampliùs functurum, apud animum suum consilia agitabat de ratione, quâ vitam esset sustentaturus; cùm nullam artem didicisset, nec opus rusticum facere posset, aut mendicare sustineret. Igitur ut quispiam munere ejectum domo suâ eum exciperet, hoc consilii iniit; ut debitoribus patroni sui partem debitorum remitteret. Vocatum ergo unum eorum, interrogavit quid deberet patrono. Respondit ille se debere centum batos olei; dispensator verò jussit eum, prolatâ syngraphâ, in eâ dumtaxat quinquaginta scribere. Ab alio idem sciscitatus, cùm respondisset ille se debere centum coros tritici, jussit eum in syngrapha, ex qua hoc constabat, scribere tantùm octoginta. Quâ ratione, homines sibi devinxit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVI.

8. Καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσι.

9. Κἀγὼ ὑμῖν λέγω· Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. ἵνα ὅταν ἐκλείπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

10. Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν.

11. Εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει;

12. Καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;

13. Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει· οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

14. Ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.

15. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν· ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐστι.

16. Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου· ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

17. Εὐκοπώτερον δέ ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν.

18. Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει· καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει.

Quod cùm audivisset patronus, quamquam factum improbabat, non potuit non laudare solertiam dispensatoris, qui alienis facultatibus parabat sibi amicos, qui ei in rebus adversis auxilio essent. Ac sanè homines toti hujus vitæ rebus addicti, in suis negotiis, multò prudentiùs se gerunt; quàm Judæi, luce cœlesti collustrati, in rebus ad alteram vitam pertinentibus. Ego etiam vobis auctor sum, ut iis bonis, quæ injustitiâ plerumque acquiruntur, amicos vobis comparetis; ut cùm morientes deserent divitiæ, excipiamini, beneficentiæ vestræ causâ, in æternæ beatitudinis sedes.

Quem in rebus minoris pretii fidum sæpiùs experti sumus, eum administrationi rerum majorum tandem, quasi fidum etiam in iis futurum, adhibemus. Quem verò malâ fide minora administrasse vidimus, ei majora nolumus credere; quòd in iis, in quibus major est fallendi facultas, majúsque emolumentum, non satis fidum fore existimemus. Igitur, si divitiarum terrestrium vobis à Deo concessarum mali dispensatores fueritis; nulla ratio est cur veris divitiis, hoc est, Evangelii cognitione meliùs usuri esse existimemini. Si minimè fidi fueritis, in administratione facultatum quæ auferri possunt; rectè non uteremini iis quæ eripi nequeunt, hoc est, divinæ revelationis notitiâ. Præterea nullus servus potest rectè servire duobus heris simul; unum enim odio habet, ejúsque imperia negligit: alterum verò amat, eíque libenter obsequitur. Unum magni facit, cujus gratiam sibi conciliare nititur; alterum verò spernit, neque ei operam dat, nisi invitus. Ita nec vos potestis simul parere Deo, atque indulgere cupiditati coacervandarum divitiarum.

Hæc omnia cùm audirent Pharisæi, genus hominum avarum & lucri cupidum, quamquam larvâ religionis vitia sua tegere conantur, cum tamen irridebant, quasi exigeret ab hominibus, quod

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XVI. 8. Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis, in generatione sua, sunt. 9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 10. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? 12. Et, si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? 13. Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. 14. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant avari, & deridebant illum. 15. Et ait illi: Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra; quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. 16. Lex & Prophetæ usque ad Joannem: ex eo Regnum Dei evangelizatur, & omnis in illud vim facit. 17. Facilius est autem Cœlum & terram præterire, quam de Lege unum apicem cadere. 18. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: &, qui dimissam à viro ducit, mœchatur.	

quod nonnisi stultè fieri posset. Quorum superbiam, hac castigatione, retudit Christus: Vos quidem, inquit, vos bonos esse viros, apud homines, qui facilè specie religionis falluntur, jactatis; sed Deus probè novit superbiam animorum vestrorum, quâ vobis tribuitis virtutes quibus minimè præditi estis. Quæ adrogantia, ut & alia quævis superbia, Deo summopere est invisa. Si libenter ego versor cum publicanis, nec timeam ne ab iis polluar, scitote me non sine ratione id facere; nam præcepta ejusmodi cærimonialia, cùm Legis, tum Prophetarum, qualia sunt quæ pertinent ad corpoream pollutionem, necessariò observanda fuere dumtaxat ad tempora Joannis Baptistæ, qui Regni Cœlestis præco fuit, nec quidquam ab hominibus postulavit, nisi ut veram virtutem posthac colerent. Itaque ab eo tempore, homines antea mali, quales publicani, aliique, mutatis tantùm pravis moribus, nullâ ratione habitâ cærimonialium legum, veluti irrumpunt in Regnum Cœleste, Deique favorem consequuntur. Quod non eò dico, quasi ullam virtutem Lege præceptam, posthac negligendam censeam; dum enim cœlum & terra erunt, semper homines ejusmodi præceptis tenebuntur, nec vel minimum quidem eorum à Deo abrogabitur. Imò verò majorem, atque accuratiorem sanctitatem à discipulis meis postulo; ut vel ex hoc exemplo intelligere potestis, quòd repudium, Mosaïcâ Lege minimè interdictum, omnino tollo, & adulteros pronuntio, quibuscum propterea Lege agi non poterat. Quisquis enim repudiatâ uxore, eâ vivente aliam ducit, adulter à me censetur; ut & is qui repudiatæ nubit, vivo eo à quo dimissa est.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVI.

19. Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς.

20. Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος.

21. Καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ.

22. Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ· ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη.

23. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ.

24. Καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε. Πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ.

25. Εἶπε δὲ Ἀβραάμ· Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ καὶ ὀδυνᾶσαι.

26. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν.

27. Εἶπε δέ· Ἐρωτῶ οὖν σε, πάτερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου·

28. Ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφοὺς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου.

29. Λέγει αὐτῷ Ἀβραάμ· Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

30. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐχὶ, πάτερ Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, μετανοήσουσιν·

Castigatis hac ratione Pharisæis, Jesus eò rediit unde erat digressus; ad rectum, nimirum, usum divitiarum, in liberalitate erga pauperes situm, qui quanti sit momenti, novo Apologo docuit, quo simul viros bonos pauperes & calamitosos solatus est. Vir erat, inquit, ex Abrahami prosapia ditissimus, byssòque & purpurâ indutus, ac qui quotidie splendidè epulabatur. Erat etiam, eodem tempore, pauperrimus quidam vir, cui nomen erat Lazaro, idémque æger & ulceribus refertus; qui solebat jacêre ad vestibulum ædium illius divitis, ut ejus opem imploraret. Is se beatum putasset, si donatus fuisset vel minimis reliquiis conviviorum, quales micæ panis quæ sub mensam cadunt, quas tamen minimè impetrabat. Nemo enim ex ea familia ad eum prodibat, ut paupertatem ejus & miseriam levaret. Canes dumtaxat, domo exeuntes, ejus ulcera lambendo purgabant; quasi misericordiâ quadam tacti fuissent erga hominem, qui ab hominibus usque adeò negligebatur. Non multò pòst, contigit Lazarum mori, cujus, cùm bonus vir fuisset, animus ab Angelis translatus est in beatas sedes; in quibus animi Abrahami, aliorúmque piorum resurrectionem exspectant, & juxta Abrahamum collocatus. Mortuus pariter est vir dives, cui, pro divitiis suis, justa facta sunt, & cujus cadaver pro more monumento est illatum. Animus verò ejus, cùm, ut dixi, immisericors fuisset, post mortem corporis, erat in loco suppliciorum; ex quo prospexit Abrahamum, & Lazarum, juxta eum, quem viventem usque adeò spreverat, ut ne minimâ quidem beneficentiâ dignatus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. CAP. XVI.

19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.

20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus,

21. cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis; & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.

22. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculus suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus;

24. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intinguat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

26. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est; ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

27. Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei;

28. habeo enim quinque fratres; ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos.

30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed, si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

---

tus esset. Tum verò magnâ voce oravit Abrahamum, conditorem generis sui, ut sui misereretur & ad se mitteret Lazarum; qui, tincto aquâ digito, linguam suam tangeret, ut intolerandam sitim, quâ in pœnarum flamma urebatur, levaret. At Abrahamus jussit hunc suum nepotem recordari, dum esset in vivis, quamvis malus esset, omnibus deliciis fruitum esse; Lazarum verò, quamvis bonum virum, cum gravissimis ærumnis conflictatum. Quamobrem tempus jam advenisse, quo, mutatis vicibus, Lazarum gaudere oporteret, illum verò dolere. Præterea ingentem esse abyssum, inter beatos & infelices, quâ vetabantur ad se invicem commeare. Quibus verbis auditis, dives oravit Abrahamum ut Lazarum mitteret ad familiam paternam; sibi enim etiamnum in vivis esse quinque fratres; quos cupiebat ab eo moneri, ut ita vitam instituerent, ne post mortem eorum animi in locum cruciatuum in quo erat mitterentur; alioqui non satis ad animum revocaturos divinas leges. Reposuit verò Abrahamus Judæis esse scripta Mosis & aliorum Prophetarum; ad quæ vitam suam exigere possunt, ut pœnas quas patiebatur fugiant. Habent quidem, inquit dives, verùm iis non afficiuntur; sed sine dubio monitis percellerentur, & ad saniorem mentem redirent, si quis mortuorum reversus in vitam eos ad pœnitentiam vocaret.

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVI.

31. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται.

Cap. XVII.

1. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.

2. Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔῤῥιπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.

3. Προσέχετε ἑαυτοῖς. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ.

4. Καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σέ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σέ, λέγων· Μετανοῶ· ἀφήσεις αὐτῷ.

5. Καὶ εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ Κυρίῳ· Πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

6. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Εἰ εἴχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ· Ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν.

7. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα, ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ εὐθέως· Παρελθὼν ἀνάπεσαι,

8. Ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω· καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ;

9. Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ, οὐ δοκῶ.

10. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε· Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

At Abrahamus respondit homines qui, ob pravam animi affectionem, & inolitam peccandi consuetudinem, præcepta Mosis, & ceterorum Prophetarum negligerent; eadem de causa, minimè affectum iri verbis mortui ad vivos reversi.

Caput XLVII.

De offensionibus, de condonandis delictis, de augmento fidei, déque servis exigui pretii. Decem Leprosi curati, quorum unus gratias Jesu agit. De subito adventu Regni Cœlestis.

Post hæc varia cœpit repetere, quæ jam audientibus aliis dixerat, cùm ut audirentur à nonnullis qui non adfuerant ea dicenti, tum etiam ut altiùs memoriæ eorum, qui audiverant, infigerentur. Qualia sunt, inquiebat, hominum ingenia, non est sperandum nullos fore qui alios à fide atque obsequio, quæ Evangelio debentur, deterreant atque revocent. At quisquis hoc fecerit gravissimas pœnas dabit. Satius certè illi fuisset, si antea collo ejus molari lapidi colligato, in mare demersus esset; quàm si minimum discipulorum meorum deterruerit ab officio, quod ab eo mihi præstari par est, & alioqui præstaretur.

Cavete vobis ne injuriâ affecti subitò ultionis consilia agitetis. Si quis in vos deliquerit, eum peccati arguite, ut intelligat injustè à se esse factum. Quod si agnoverit, & pœnitere se facti testetur, ei ignoscite. Neque vos semel dumtaxat atque iterum ita erga eum gerite; sed si vel septies in die vos læderet, & septies à vobis veniam peteret pœnitere se rei prælatus, ei ignoscite.

Apostoli,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XVI.

31. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

1. ET ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non veniant scandala: væ autem illi, per quem veniunt.
2. Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis.
3. Attendite vobis. Si peccavit in te frater tuus, increpa illum; & si pœnitentiam egerit, dimitte illi.
4. Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi.
5. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem.
6. Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis.
7. Quis autem vestrûm, habens servum arantem, aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe.
8. Et non dicat ei: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes?
9. Numquid gratiam habet servo illi, quia fecit quæ ei imperaverat?
10. Non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Apostoli, hoc audito, intellexerunt non posse tantam mansuetudinem in hominem cadere, nisi præmia à Deo ei promissa, minimè vacillante fide, exspectaret. Itaque Jesum orarunt, ut sibi fidem augeret. Respondit verò illis, si vel per breve tempus promissis divinis fidem haberent, non hoc modò à se ipsos facilè impetraturos; sed si Sycomorum, quæ fortè illic erat, juberent fractis aut evulsis radicibus in mare insilire, atque in eo stare, parituram è vestigio Sycomorum.

Si cui, inquiebat, sit servus ruri, qui aret agros, aut qui pascat greges, si ipse rus eat, non avocat servum ab opere, ut servus cibum sumat, dum ipse esurit; sed eum jubet sibi priùs prandium parare, & altè cinctum accumbenti ministrare; quo demum peracto, potest etiam servus prandere. Sic & in rebus, quæ ad Regnum Cœleste pertinent, antequàm vestris ipsorum commodis inserviatis, quæcumque à Deo jussi estis sunt perficienda, ac semper aliis omnibus negotiis antevertenda.

Cùm servus heri imperia exsequutus est, propterea herus non existimat sibi ab illo quidquam imputari posse; quia ea est servorum conditio, ut quidquid jubentur facere necesse habeant. Similiter & vos cùm omnia feceritis, quæ jussi estis, ne propterea vos magni facitote; sed agnoscite vos servos esse non magni pretii, qui nihil feceritis, nisi quod à vobis fieri debuit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVII.

11. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας.

12. Καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόῤῥωθεν.

13. Καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες· Ἰησοῦ ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς.

14. Καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν.

15. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν, ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν Θεόν.

16 Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης.

17. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;

18. Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος.

19 Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀναστὰς πορεύου· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

20. Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ εἶπεν· Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως·

21. Οὐδὲ ἐροῦσιν· Ἰδοὺ ὧδε, ἤ, ἰδοὺ ἐκεῖ· ἰδοὺ γὰρ, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.

22. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε.

23. Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν· Ἰδοὺ ὧδε, ἤ, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε.

24. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει· οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ.

25. Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

Jesus, ut diximus, interea progrediebatur Jerosolimam versùs, nec per mediam tamen Samariam transibat, quâ brevissima est via, sed per confinia Samariæ & Galilææ. Cùm verò pagum quemdam, in eo tractu situm, ingressus esset, occurrerunt ei decem viri leprosi, procul stantes; neque enim fas est eos propiùs accedere, ad homines mundos; & magnâ voce eum orantes, ut ipsorum infelicem sortem misereretur. Quos Jesus conspicatus, ita alloquutus est: abite è vestigio & vos Sacerdoti cuipiam inspiciendos præbete, sic enim curabimini. Illi verò profecti sunt, atque inter eundum ipsi animadverterunt lepram suam curari. Verùm omnes perrexerunt ire, quò instituerant, excepto dumtaxat uno; qui videns se curatum, in laudes Dei, cui magnâ voce gratias agebat, erupit, rediitque ad Jesum ut gratum animum suum ei testatum faceret. Quem ubi convenire datum est, in vultum ad pedes ejus procidit, & gratias egit. Is autem erat Samarita, cæteri verò novem Judæi. Quem cùm vidisset, decem, inquit, leprosi à me purgati sunt; ubi ergo sunt ceteri novem? Non redierunt, neque hic comparent; ut profiteantur se, Dei beneficio, per me esse curatos. Unus hic, ex Jacobi prosapia minimè oriundus, venit, ut gratum animum testaretur. Dein Samaritæ, ad pedes ejus provoluto, surge, inquit, & lætus abito, nam fides tua effecit ut te curatum vellem.

Cùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XVII.	
		11. Et factum est dum iret in Jerusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam.	
		12. Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè,	
		13. & levaverunt vocem, dicentes: Jesu, præceptor, miserere nostri.	
		14. Quos ut vidit, dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt.	
		15. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum;	
		16. & cecidit in faciem; ante pedes ejus gratias agens: & hic erat Samaritanus.	
		17. Respondens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? Et novem ubi sunt?	
		18. Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.	
		19. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.	
		20. Interrogatus autem à Pharisæis, quando venit Regnum Dei, Respondens eis, dixit: Non venit Regnum Dei, cum observatione:	
		21. neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim Regnum Dei intra vos est.	
		22. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis.	
		23. Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.	
		24. Nam, sicut fulgur, coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die suo.	
		25. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.	

Cùm autem Jesus sæpe Regnum Cœleste instare diceret, & per discipulos etiam suos quaquaversùm nuntiaret; convenerunt eum nonnulli Pharisæi, quæsiveruntque ab eo quando tandem id Regnum adfuturum esset. Respondit Jesus, hisce aut similibus verbis: Regnum Dei non adveniet cum magno apparatu, qui spectatorum oculos percellat, ita ut ab omnibus animadvertatur. Nemo de eo verè nuntiabit, ejus ullum ejusmodi apparatum alicubi conspectum esse. Ab hoc ipso tempore, in Judæa, nemine fermè advertente, patefieri cœpit. Tum ad universam discipulorum, qui eum sequebantur, multitudinem conversus. Aderit, inquit, brevi tempus, quo vehementer optabitis vel per unum diem versari mecum, quem à vulgo hominum plerique non fecernunt, nec tamen poteritis. Non deerunt quidem tunc temporis homines, qui dicant se scire ubi Messias moretur. At cavete ne illuc eatis, neu adsectemini talia de se jactantes. Messias regnare se subitò ostendet, cùm à nemine propemodum res ampliùs exspectabitur; fulgórque ejus adventûs necopinis micabit, non aliter ac fulgetri lux spatium cœli non exiguum peragrat. Sed priùs oportet multas eum contumelias perpeti, & ab hac Judæorum ætate repudiari.

Quod

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVII.

26. Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

27. Ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν, καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμός, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

28. Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν.

29. Ἧι δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ᾽ οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

30. Κατὰ ταῦτα ἔσται ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται.

31. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω.

32. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

33. Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτήν, ζωογονήσει αὐτήν.

34. Λέγω ὑμῖν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

35. Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό· ἡ μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

36. Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

37. Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ· Ποῦ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

Cap. XVIII.

1. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν·

Quod contigit tempore Noachi id continget eo tempore, quo is, qui homo plebeius habetur, regnare se ostendet. Noachi æquales convivabantur, ducebant uxores, & omnia faciebant quæ fiunt ab iis qui nullum sibi imminere periculum existimant; ad diem usque, quo Noachus ingressus est arcam, immissóque terris diluvio, homines omnes delevit Deus. Sic & tempore Loti, incolæ inferioris partis campestris regionis, ad Jordanem sitæ, convivia agitabant, emebant, vendebántque domos suas mox perituras, plantabant arbores veluti umbram facturas posteris, & ædificabant domos sibi & suis, quasi diu illorum urbes incolumes futuræ fuissent. Quo verò die Sodomâ egressus est Lotus, fulmina è cœlo delapsa & tractum illum terrarum & omnes incolas perdiderunt, incenso ac subverso solo. Æquè subito exitio peribunt contumaces, eo tempore, quo is qui homo è vulgo habetur se regnare certis argumentis probabit. Quisquis tunc erit in domûs suæ solario, quamvis omnia sua domi habeat, ne descendat in conclavia, ad ea auferenda in tutiorem locum, sed dumtaxat ut vitæ suæ fugâ quàm celerrimâ consulat. Quicumque verò erit ruri, è villa illico in remotiora loca aufugiat, minimè reversus in urbem, ut sua illinc auferat. Memores estote mortis uxoris Loti, quæ in Sodomensi agro, desiderio urbis, diutiùs commorata subito exitio periit. Quisquis tunc temporis, ut vitæ suæ consulat, in urbem munitam ac præsidio firmatam confugiet, quasi in tutissimum locum, illic certissimum exitium inveniet. Quicumque verò videbitur periculum vitæ adire, fugiens in oppida nequaquam munita, nec ab ullis armatis defensa, ille incolumis erit. Eo tempore, duorum conjugum, qui in eodem lecto noctu jacuerint, alter sequente lu-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XVII.

26. Et sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus Filii hominis.
27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem, quo intravit Noë in arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes.
28. Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant, & bibebant, emebant & vendebant, & plantabant & ædificabant:
29. quo die autem exiit Lot à Sodomis pluit ignem & sulfur de Cœlo, & omnes perdidit.
30. Secundùm hæc erit, quo die Filius hominis revelabitur.
31. In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa ejus in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retrò.
32. Memores estote uxoris Lot.
33. Quicumque quæsierit animam suam salvam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, vivificabit eam.
34. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus adsumetur, & alter relinquetur:
35. duæ erunt molentes in unum; una adsumetur, & altera relinquetur: duo in agro, unus adsumetur, & alter relinquetur.
36. Respondentes dicunt illi: Ubi, Domine?
37. Qui dixit illis: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

1. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere.

se opprimetur, alter verò evadet ex communi clade. Duarum mulierum, quæ eodem tempore ad molam se contulerint, ut frumentum molerent, una calamitate illâ irretietur, altera verò expedietur. Duorum, qui simul ruri erunt, unus peribit, alter incolumis aufugiet; pro locis, in quæ confugerint. Quæsiverunt tunc à Jesu Pharisæi, quo in tractu Judææ maximum futurum esset periculum. Jesus verò respondit proverbio: *ubicumque futurum esset cadaver, illic fore aquilas;* quo significabat quocumque in loco crepuissent arma perduellium Judæorum, illuc se conversuras Romanas legiones, armatósque omnes ad internecionem deleturas.

CAPUT XLVIII.

Apologi quibus ostendit Jesus constanter esse Deum orandum, nec magna de se sentienda. Jesus Jerosolymæ versans, tempore festi Dedicationis Templi, orationem habet in Porticu Salomonis, de incredulitate Judæorum, & de se; propter quam conantur Judæi eum lapidibus obruere, quorum furori sese eripit.

POSTEA Jesus protulit Apologum, quo discipulos doceret ea quibus indigebant constanter esse à Deo petenda; neque animum despondendum, eò quòd non illico à Deo impetrarent quæ ab eo petiissent.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

Cap. XVIII.

2. Λέγων· Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος.

3. Χήρα δέ τις ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ· καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα. Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.

4. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον· μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι·

5. Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν· ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

6. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει·

7. Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς;

8. Λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

9. Εἶπε δὲ καὶ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς, τὴν παραβολὴν ταύτην·

10. Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης.

11. Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο. Ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης.

12. Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι.

13. Καὶ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ᾽ ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων· Ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

Judex, inquit, quidam erat, in oppido; qui neque Dei timens erat, neque ullis hominum judiciis movebatur, sed sola sua commoda spectabat. In eadem urbe erat vidua, cui lis erat cum viro à quo injuriâ afficiebatur. Hæc judicem vehementer orabat, ut jus diceret de sua lite, quam secundùm tabulas suas datum iri confidebat. At judex diu ejus precibus surdam aurem præbuit; attamen usque adeò ei molesta erat mulier, assiduis flagitationibus, ut quamvis divinarum legum sprетor esset, nec famam hominum curaret, statuerit apud se propter molestiam, quam ei præbebat, tandem jus dicere, ne se prorsus mulier obtunderet. Tum subjunxit Jesus: audistis quid vel iniquo judici constantia precum exprimere potuerit. Quod cùm ita sit, ne dubitate quin Deus à vexationibus malorum liberaturus sit bonos, qui assiduis precibus eam liberationem ab eo pètunt; quamvis nonnihil morari videatur, ut malis redeundi ad saniorem mentem tempus largiatur.

Imò verò, mihi credite, brevi judicabit de lite, quæ est bonis cum malis, & malos damnabit, quâ ratione boni liberabuntur; si modò is qui plebeius habetur, & per quem Deus pœnas ab improbis repetet, inveniat eo tempore, in terra Judæa, qui sibi fidem habeant.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

LUCAS.

CAP. XVIII.

2. Dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.

3. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo:

4. & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor;

5. tamen, quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens sugillet me.

6. Ait autem Dominus: Audite quid judex iniquitatis dicit;

7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte; & patientiam habebit in illis?

8. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?

9. Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant, tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam:

10. Duo homines adscenderunt in templum, ut orarent; unus Pharisæus, & alter Publicanus.

11. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri; vel ut etiam hic Publicanus.

12. Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo.

13. Et Publicanus, à longè stans, nolebat nec oculos ad Cœlum levare; sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.

---

beant. Alium etiam Apologum adjecit de iis, qui virtutes quidem suas magni faciunt, séque eximios homines esse putant; alios verò despectui habent, quasi homines malos, nec secum ulla ex parte conferendos. Duo viri; inquiebat, orandi Dei causâ, ad Templum se contulerunt; quorum unus erat severiori Pharisæorum sectæ addictus, alter verò publicanus, adeóque vitam egerat minimè castigatam. Stans igitur Pharisæus, vultu erecto, hæc secum mussitabat: Gratias tibi ago, ô Deus, quod minimè sim instar plerorumque, qui rapaces vulgò sunt, injustique & adulteri; aut etiam instar hujusce publicani. (Nam in eodem Templi atrio stabat.) Bis singulis hebdomadibus, religionis causâ, jejuno; & omnium quæ habeo, absque ulla fraude, decimam solvo. At publicanus, procul à Sanctuario stans, ne oculos quidem ad cœlum tollere audebat, sed pectus suum tundens, submissâ voce dicebat: ô Deus, mihi propitius esto, quamvis antehac flagitiosè vixerim.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XVIII.

14. Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

JOANNES. Cap. X.

22. Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν.

23. Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Σολομῶντος.

24. Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ· Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.

25. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

26. Ἀλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν.

27. Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι.

28. Κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου.

29. Ὁ πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί· καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου.

30. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν.

31. Ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν.

32. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λιθάζετέ με;

33. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες· Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν.

Posterior, mihi credite, à Deo melior vir habitus est, quàm prior; & Deo sibi magis placato domum rediit, quàm Pharisæus. Quisquis enim de se superbè sentit minora consequetur, quàm putat; qui verò modestus est majora, quàm sperat, adipiscetur.

Tandem Jesus Jerosolimam pervenit, ad celebrandum illic Dedicationis festum, quod incidebat in Nonas Decembres. Cùm ergo hyems esset, ambulabat Jesus non sub dio, sed in Porticu, quæ Salomonis dicitur. Quo in loco, cinctus est à Judæorum corona, qui eum hisce verbis aggressi sunt: Quare animos nostros diutiùs suspendis? Si Messias es, quidni apertè & audacter rem profiteris? Respondit verò Jesus, quinam sim non obscurè vobis indicavi, sed mihi hactenus credere noluistis; quamvis miracula, quæ potestate à Patre meo acceptâ feci, testimonia sint omni exceptione majora, ex quibus intelligere licet me nequaquam mentiri. Verùm vos iis minimè commovemini, mihique fidem detrahitis; quia, ut vobis nuper dicebam, festo Tabernaculorum proximè præterito, (*Cap.* XL.) ex numero ovium mearum non estis. Oves enim meæ, seu qui ita affecti sunt ut veritatem unde-

cumque

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS — Cap. XVIII.

14. Dico vobis descendit hic justificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

JOANNES — Cap. X.

☞ 22. Facta sunt autem Encænia in Jerosolymis: & hyems erat.

23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.

24. circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.

25. Respondit eis Jesus: Loquor vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me:

26. Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis.

27. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas; & sequuntur me:

28. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.

29. Pater meus qui dedit mihi, major omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.

30. Ego & Pater unum sumus.

31. Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum.

32. Respondit eis Jesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

33. Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cùm sis, facis te ipsum Deum.

---

cumque adveniat amplecti sunt parati, vocem meam illico secernunt ab impostorum voce, seu doctrinam meam divinitus sibi revelari facilè intelligunt. Ego quoque eas oves probè novi, & me sequentes video. Iis quæ in ovili meo manebunt vitam æternam dabo, neque umquam penitus interibunt, nemo enim invitas mihi invito eripiet. Pater meus, à quo eas accepi, omnibus est potentior, nec proinde quisquam ei invito eas potest eripere. Ego autem & Pater unum sumus, unóque animo eas custodimus, ita ut perinde sit si dixeritis eas mihi, aut Patri posse eripi. Tum verò Judæi, quemadmodum superiore festo fecerant, iterum sustulerunt lapides, quibus eum obruerent. At Jesus interritus, beneficiis, inquit, multis, pro potestate à Patre acceptâ, vos affeci; propter quodnam eorum me vultis lapidibus obruere, nam me nullius sceleris insimulare potestis? Judæi verò, nulli, inquiunt, beneficio tuo hanc gratiam referimus, sed quia impia verba protulisti; qui cùm sis homo Deum Patrem tuum, singulari numero, vocitas, adeóque Deum te dicis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. X.

34. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε;

35. Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή.

36. Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε· Ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι;

37. Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι·

38. Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

39. Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

Anni Tertii Præconii Christi FINIS.

Cui criminationi sic respondit Jesus: Annon scriptum est, in sacris vestris libris, quos pro norma factorum & dictorum habetis, nomine Dei judices alloquentis: *ego dixi*, *Dii estis*. (*Ps.* LXXXII. 6.) Si autem libri sacri, in quibus nihil perperam esse potest, *Deos* vocant quosvis, qui mandata acceperunt faciendi aliquid nomine Dei, quales sunt judices, qui auctoritate ab eo acceptâ jus dicunt; quo jure me potestis insimulare impiorum verborum, quia me Filium Dei dixi; quem Deus singulari prorsus ratione

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. X. 34. Respondit eis Jesus; Nonne scriptum est, in lege vestra: Quia ego dixi: Dei estis? 35. Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura, 36. quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum? 37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 38. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. 39. Quærebant ergo eum apprehendere; & exivit de manibus eorum.

Anni Tertii Præconii Christi FINIS.

tione consecravit, atque ad homines mandatis instructum misit? Quod mihi affirmanti nolo à vobis credi, sed dumtaxat miraculis, quorum edendorum facultatem à Patre accepi. Quæ si reverà edo, ut probè nostis, si me fide dignum non putatis, at certè ipsis miraculis fidem habete. Ex iis intelligere licet me esse cum Patre conjunctissimum, ita ut meritò dicere queam me in illo esse, illum in me. Quibus auditis, Judæi conati sunt ei manus injicere, ut Synedrio eum sisterent, sed æquè tacilè ac antea elapsus est.

MATTHÆUS	MARCUS	LUCAS	JOANNES
Cap. XIX.	Cap. X.		Cap. X.
1. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου.	1. Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου·		40. Καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὸν τόπον ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ. 41. Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν,
2. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί·	καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν· καί, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς.		
καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ.			καὶ ἔλεγον· Ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν. 42. Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.
3. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐτόν, καὶ λέγοντες αὐτῷ· Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν;	2. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, ἐπηρώτησαν αὐτὸν εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι· πειράζοντες αὐτόν.		
4. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ᾿ ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς;	5. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· * 6. Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός.		
5. Καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.	7. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. 8. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ·		
6 Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία· ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.	9. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.		
7. Λέγουσιν αὐτῷ· Τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν;	3. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωσῆς; 4. Οἱ δὲ εἶπον· Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστασίου γράψαι, καὶ ἀπολῦσαι		
8. Λέγει αὐτοῖς· Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ᾿ ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω.	5. * Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην		

Caput XLIX.

Quartus annus præconii Christi. Jesus it è Galilæa in Judæam. Docet illicita esse divortia. Imponit manus puerulis. Respondet quærenti quid sibi faciendum esset, ut vitam æternam consequeretur, docétque divitias obstare multorum saluti. Præmium discipulis pollicetur, & similitudine beneficentiam Dei variam esse ostendit.

Post Dedicationis festos dies, Jesus è Judæa in Galilæam rediit, in qua tamen diu moratus non est; nam paullò pòst, relictâ ditione Herodis, profectus est versùs fines Judææ, itérque fecit per tractus ad ortum Jordanis sitos; & initio quarti anni ministerii sui, constitit in eo loco, in quo primùm Joannes pœnitentes abluere cœperat. (*Cap.* VII.) Quem in locum, multi ad eum confluxere, cùm ejus audiendi gratiâ, tum etiam ut ægros curaret; nam & accedentes ad se, pro more suo, docebat leges Regni Cœlestis, & ægros sibi oblatos curabat. Quamobrem qui in iis locis viderant Joannem abluentem, & docentem audiverant, dictitabant à Joanne quidem miraculum nullum esse editum; sed quæ ab eo prædicta fuerant de Jesu, ea eventu jam comprobata esse. Quibus rebus, factum est ut multi fidem Jesu haberent.

Dum

MATTHÆUS.

CAP. XIX.

1. ET factum est, cùm consummasset Jesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem.

2. Et sequutæ sunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

3. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa?

4. Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum & fœminam fecit eos; & dixit:

5. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una?

6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit homo non separet.

7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere?

8. Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.

MARCUS.

CAP. X.

1. ET, inde exsurgens, venit in fines Judææ ultra Jordanem: & conveniunt iterum turbæ ad eum, &, sicut consueverat, iterum docebat illos.

2. Et accedentes Pharisæi interrogabant eum: Si licet viro uxorem dimittere: tentantes eum.

3. At ille respondens, dicit eis: Quid vobis præcepit Moyses.

4. Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudii scribere, & dimittere.

5. Quibus respondens Jesus ait: * Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

6. Ab initio autem creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus.

7. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad uxorem suam.

8. Et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro.

9. Quod ergo Deus conjunxit homo non separet.

LUCAS.

JOANNES.

CAP. X.

40. & abiit iterum trans Jordanem, in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primum; & mansit illic.

41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum:

42. omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Dum autem Jesus in hisce locis versaretur, convenerunt eum nonnulli, è Pharisæorum secta, qui damnari divortium ab eo inaudiverant, ut ejus sententiâ exploratâ, invidiam ei crearent; cùm ob spretam legem, per quam licitum erat: tum etiam quòd non approbaret quod à multis factum fuerat, & quotidie fiebat, quos quasi adulteros damnabat Jesus. Igitur, licétne viris, inquiebant, prout vulgò fieri solet, uxores quavis de causa repudiare? At Jesus invidiam minimè veritus, annon legistis, inquit, in historia creationis, homines initio masculum & fœminam creatos fuisse à Deo; qui iis creatis hanc legem tulit, oportere virum, relictis parentibus, uxori suæ adhærere, ambósque veluti in unum hominem coalescere? Quos igitur tam arctâ conjunctione coalescere Deus voluit, eos non sine violatione antiquissimæ illius legis, adeóque gravissimo scelere, homines divellere possunt, dum fas esse pronunciant viro licere uxorem repudiare. Quo responso audito, judicarunt eum contraria legibus Mosaicis censere; Jesus verò, quid ergo, inquit, vobis præcepit Moses? At illi, fas esse voluit, inquiunt, nobis uxores, dato libello repudii, quo eas repudiatas constaret, dimittere. Tum verò Jesus, propter vestram, inquit, contumaciam, hoc vobis permisit Moses, quamquam primævæ Dei institutioni contrarium.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XIX.	Cap. X.	Cap. XVIII.	
9. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται. ☞			
	10. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν. 11. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν. 12. Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται. ☜		
10. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. 11. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ᾽ οἷς δέδοται. 12. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.			
13. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται·	13. Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· ☜	15. Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται· ☜	
οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς.	Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν.	ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς.	
14. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ☞	14. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. 15. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. 16. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὰ, ηὐλόγει αὐτά. ☜	16. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτὰ, εἶπεν· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. 17. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. ☜	
15. Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν. ☞ 16. Καὶ ἰδοὺ, εἷς προσελθὼν, εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον;	17. Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἷς καὶ γονυπετήσας αὐτὸν, ἐπηρώτα αὐτόν· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;	18. Καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων, λέγων· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;	

At ego vobis confirmo, quisquis uxorem dimiserit, alia de causa quàm quòd sit adultera, aliámque eâ dimissâ duxerit, eum apud Deum esse reum adulterii; ut & eum qui ab alio repudiatam duxerit.

Cùm habitis hisce sermonibus, domum ivisset, privatim eum interrogarunt Apostoli, eadem de re; quam putabant non satis à se intellectam esse, quòd Jesus æquo severior visus fuisset. Jesus verò repetiit, quisquis, repudiatâ uxore, aliam duceret, eum committere adulterium, contra fidem uxori repudiatæ datam. Similiter si contingeret uxorem libellum repudii viro mittere, & alii nubere, eam censendam esse mœcham; æquato utriusque conjugis jure. Apostoli verò Judaicis moribus adsueti, si eâ conditione, inquiunt, sunt viri qui uxorem duxerunt, præstat cœlibem vitam agere. Quasi nimis molestum fuisset conjugium, si invitam uxorem repudiare non licuisset. Verùm Jesus, at non omnes, inquit, cœlibem vitam castè agere possunt; sed illi demum, qui ut possent à Deo acceperunt; ideóque plerique omnes viri necesse habent uxores ducere, ne in libidinem prolabantur. At sunt qui nuptiarum usu carere possunt, nativâ temperatione corporis; alii ab hominibus Eunuchi facti sunt; alii denique, certo animi proposito, ab omni mulierum usu se se abstinuerunt, ut ampliandis Regni Cœlestis finibus jugem operam darent. Quisquis conscius sibi est se posse, absque periculo, cœlibem

MATTHÆUS. Cap. XIX.	MARCUS. Cap. X.	LUCAS. Cap. XVIII.	JOANNES.
9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur· & qui dimissam duxerit, mœchatur.			
	10. Et in domo iterum discipuli ejus de eodem interrogaverunt eum: 11. & ait illis: Quicumqne dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: 12. & si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur.		
10. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. 11. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum illud, sed quibus datum est. 12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castraverunt, propter Regnum cœlorum: qui potest capere, capiat.			
13. Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos;	13. Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos: discipuli autem comminabantur afferentibus,	15. Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret: quod cùm viderent discipuli, increpabant illos.	
14. Jesus verò ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim Regnum cœlorum.	14. quos cùm videret Jesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos; talium enim est Regnum Dei.	16. Jesus autem convocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos; talium est enim Regnum Dei.	
	15. Amen dico vobis: Quisquis non receperit Regnum Dei, velut parvulus, non intrabit in illud. 16. Et, complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.	17. Amen dico vobis: Quicumque non acceperit Regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.	
15. Et cùm imposuisset eis manus, abiit inde.			
16. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam?	17. Et cùm egressus esset in viam, procurrens quidam, genuflexo ante eum, rogabat eum: Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam?	18. Et interrogavit eum quidam Princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?	

cœlibem vivere, sic vitam, si ita videatur, instituat; quisquis non potest, uxorem ducat, molestiisque conjugii numquam dirimendi, si quæ sint, se se æquo animo subjiciat.

Tunc temporis ad illum allati sunt pueruli, quibus manus imponeret, ac bene precaretur, quod liberis suis prodesse per reliquam vitam existimabant parentes. Quos tamen Apostoli, quasi Magistro, absque causa, molestos objurgabant, ut eos abigerent. At Jesus, re intellectâ, occasionem arripiens iterandi salubris moniti, quod antea non satis attenderant Apostoli; cavete, inquit, ne prohibeatis ad me puerulos afferri; nam ii demum, quorum indoles horum innocentiam ac ingenuitatem refert, fient præmiorum Regni Cœlestis participes. Quicumque, mihi credite, non excipiet Evangelium, absque præjudiciis, pravisque habitibus, quibus vitiis carent pueruli, Regni Cœlestis civis non erit. Itaque ut ostenderet quanti faceret eam animi affectionem, pueros in ulnas sublatos complexus est; nec dimisit, nisi postquàm manibus impositis iis bene precatus esset.

Tum illinc profectus aliò se contulit, itérque facienti occurrit juvenis quidam è Judæorum primoribus, qui ad pedes ejus provolutus, ô bone, inquit, Magister, doce me quæ mihi virtus excolenda, ut vitam æternam consequar?

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XIX.	CAP. X.	CAP. XVIII.	
17. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.	18. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.	19. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.	
εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.			
18. Λέγει αὐτῷ· Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Τὸ, Οὐ φονεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις· Οὐ ψευδομαρτυρήσεις· 19. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα.	19. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· Μὴ μοιχεύσῃς· Μὴ φονεύσῃς· Μὴ κλέψῃς· Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· Μὴ ἀποστερήσῃς· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα.	20. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· Μὴ μοιχεύσῃς· Μὴ φονεύσῃς· Μὴ κλέψῃς· Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.	
καὶ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.			
20 Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος· Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου·	20. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.	21. Ὁ δὲ εἶπε· Ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου	
τί ἔτι ὑστερῶ;		22. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς,	
	21. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν,		
21. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.	καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι ἄρας τὸν σταυρόν.	εἶπεν αὐτῷ· Ἔτι ἕν σοι λείπει· πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.	
22 Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.	22. Ὁ δὲ, στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.	23. Ὁ δὲ, ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο· ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα. 24. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον,	
23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.	23. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται.	εἶπε· Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.	
	24. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτοῖς· Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν;		
24. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.	25. Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.	25. Εὐκοπώτερον γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.	
25. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες· Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι;	26. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς· Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;	26. Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες· Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;	

At Jesus, quid me, inquit, bonum vocas Magistrum? Unus est bonus Magister, cui docenti per omnia credendum, nimirum, Deus; propter quem miraculis mihi testimonium præbentem, credere mihi debetis; non ei, propter me. Ceterum si vis æternam vitam adipisci, observa præcepta ab eo tradita. Quæsivit verò adolescens quænam præcepta à Jesu intelligerentur? Respondit Jesus ea à se intelligi quæ in Decalogo leguntur, qualia sunt ea, quibus vetantur homines occidere, mœchari, furari, falsum testimonium dicere, ac dolo malo alienas facultates suas facere, id quo jubentur parentes honorare; quæ omnia complectitur præceptum amandi proximi, instar sui. Reposuit verò juvenis hæc omnia à se diligenter observata esse, ab ineunte ætate; quæsivitque numquid aliud sibi deesset? Quæ verba cùm audivisset Jesus, eum intuitus est, nec negavit verum esse quod dicebat; sed adjecit si vellet Deo per omnia parêre, rem unam etiamnum ei deesse; abire, nimirum, se jubente certis de caussis, cum oporteret ut bona omnia sua venderet, & confectam hinc pecuniam pauperibus divideret; quo facto, thesaurum habiturus esset multò majorem ac tutiorem, in benevolentia erga se divina situm; deinde perpetuum sibi comitem adesse, ut ejus ministerio uteretur ad nuntiandum

MATTHÆUS. Cap. XIX.	MARCUS. Cap. X.	LUCAS. Cap. XVIII.	JOANNES.
17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus.	18. Jesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus.	19. Dixit autem ei Jesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus.	
Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata.			
18. Dixit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices:	19. Præcepta nosti: Ne adulteres: Ne occidas: Ne fureris: Ne falsum testimonium dixeris: Ne fraudem feceris: Honora patrem tuum & matrem?	20. Mandata nosti: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem.	
19. Honora patrem tuum & matrem tuam: & Diliges proximum tuum, sicut teipsum.			
20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi, à juventute mea;	20. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia observavi, à juventute mea.	21. Qui ait: hæc omnia custodivi, à juventute mea.	
quid adhuc mihi deest?		22. Quo audito, Jesus	
	21. Jesus autem, intuitus eum, dilexit eum,		
21. Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo, & veni, sequere me.	& dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo: & veni, sequere me.	ait ei: Adhuc unum tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in Cœlo; & veni, sequere me.	
22. Cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.	22. Qui, contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones.	23. His ille auditis, contristatus est: quia dives erat valde.	
		24. Videns autem Jesus illum tristem factum	
23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in Regnum cœlorum.	23. Et, circumspiciens, Jesus ait discipulis suis: Quàm difficilè qui pecunias habent in Regnum Dei introibunt!	dixit: Quàm difficile, qui pecunias habent, in Regnum Dei intrabunt!	
	24. Discipuli autem obstupescebant in verbis ejus: at Jesus, rursus respondens, ait illis: Filiuli, quàm difficile est, confidentes in pecuniis in Regnum Dei introire!		
24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in Regnum cœlorum.	25. Facilius est, camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in Regnum Dei.	25. Facilius est enim camelum per foramen acûs transire, quàm divitem intrare in Regnum Dei.	
25. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse?	26. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest salvus fieri?	26. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest salvus fieri?	

dum Evangelium, postquàm secum statuisset omnia ejus causâ perpeti. Hoc accepto responso, juvenis abiit mœrens, quòd bonis omnibus se exuere juberetur, quæ maxima habebat.

Quod cùm animadvertisset Jesus, circumtulit oculos, ut videret num attenderent discipuli; & quàm difficile est, inquit, homines divites, Regni Cœlestis cives fieri! Discipuli verò hoc ejus dicto territi sunt, quòd credidissent divitias bene partas esse divini favoris argumentum, & se in Regno Cœlesti Messiæ opes consequuturos. At Jesus idem, sed paullò clariùs, repetiit; &, ô filii, inquit, difficillimum quidem est fieri Regni Cœlestis cives eos qui in divitiis fiduciam ponunt, atque ex iis felicitatem suam pendere existimant. Dum eâ animi affectione sunt præpediti, facilius est camelum per foramen acûs transire, quàm ejusmodi divitem ad Regnum Cœleste se adjungere. Itaque Discipuli magis mirabantur hoc ejus dictum, suis præconceptis opinionibus prorsus contrarium, quærebántque, quis posset ergo salutem adipisci, cùm omnes propemodum divites esse optarent?

MATTHÆUS.

Cap. XIX.

26. Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι.

27. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;

28. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

29. Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.

30. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι.

Cap. XX.

1. Ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

2. Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

3. Καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς.

4. Κἀκείνοις εἶπεν· Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν.

MARCUS

Cap. X.

27. Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει· Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

28. Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

29. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου,

30. Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέρας καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

31. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι.

LUCAS.

Cap. XVIII.

27. Ὁ δὲ εἶπε· Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

28. Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

29. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

30. Ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

JOANNES.

At Jesus, quod, inquit, homines nullâ ratione, ex hujus vitæ rebus petitâ, ab hominibus impetrare queunt, ut relictis divitiis, abjectóque earum amore, de rebus ad Regnum Cœleste pertinentibus dumtaxat cogitent; id Deus potest ab iis impetrare, propositis æternis pœnis ac præmiis, præ quibus paupertas ac divitiæ nullius sunt momenti, & quibus divitiarum cupiditas & metus paupertatis exstinguuntur. Tum Petrus, nos quidem, inquit, Apostoli quæcumque habuimus, ut te perpetuò adsectaremur, reliquimus; quodnam ergo nobis erit præmium? Respondit verò Jesus, in hanc sententiam: Profectò, ô vos Apostoli mei, qui me constanter sequuti fueritis, omnibus relictis, cùm orbis terrarum facies renovabitur, ísque, qui homo è trivio nunc esse videtur, in splendidissimo solio consederit, de omnibus hominibus judicaturus, illi adsidebitis, positis ad ejus solium duodecim sellis, ac de duodecim Tribubus Judæorum judicium unà feretis, à quo nulla umquam dabitur provocatio. Quicumque verò alii, ne mea præcepta perfringerent, relique-rint

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XIX.	Cap. X.	Cap. XVIII.	
26. Adspiciens autem Jesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.	27. Et, intuens illos: Jesus ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum; omnia enim possibilia sunt apud Deum.	27. Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.	
27. Tunc respondens Petrus: dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis?	28. Et cœpit ei Petrus dicere. Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te.	28. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te.	
28. Jesus autem dixit illis:	29. Respondens Jesus ait:	29. Qui dixit eis:	
Amen dico vobis, quòd vos qui sequuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël.			
29. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.	Amen dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter Evangelium,	Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter Regnum Dei,	
	30. qui non accipiat centies tantùm, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & sæculo futuro vitam æternam.	30. & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.	
30. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.	31. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.		
Cap. XX.			
1. Simile est Regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam:			
2. conventione autem factâ cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam:			
3. Et, egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos,			
4. & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis.			

rint domum, fratres vel sorores, patrem aut matrem, uxorem vel liberos, aut prædia ex quorum fructu necessarios sumtus sustentabant; si in hac ipsa vita, postquàm vexationis tempora exacta fuerint, non recipiant quæ amisere, & multò plura; at certè in altera vita, æternam felicitatem consequentur.

Eo autem tempore, multi ex iis, quibus primis nuntiatum fuerit Evangelium, postponentur iis qui seriùs audierint, sed toto animo amplexi fuerint, proptereàque prioribus præferentur. Possumus enim conferre id quod tunc temporis in Regno Cœlesti fiet, cum eo quod fecit quidam paterfamilias. Diluculo cùm exivisset in forum, ut operarios conduceret in vineam mittendos; nonnullos denario in totum diem conduxit, quos in eam misit. Dein domo iterum egressus horâ diei tertiâ, vidit alios operarios, qui otiosi in foro stabant, donec conducerentur. Hos quoque misit in vineam suam, pollicitus se numeraturum quod, pro opere sibi ab illis præstito, æquum foret,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XX.

5. Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν, ἐποίησεν ὡσαύτως.

6. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί;

7. Λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε.

8. Ὀψίας δὲ γενομένης, λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ· Κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων.

9. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον.

10. Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι, ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον.

11. Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου,

12. Λέγοντες· Ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν καύσωνα.

13. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν· Ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;

14. Ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε. Θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.

15. Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς, ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;

16. Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι, ἔσχατοι· πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

Iverunt igitur hi quoque in vineam, & rusticum opus fecerunt, dum paterfamilias egressus circa sextam ac nonam horam alios operarios, eadem lege, conduxit. Quin & quintùm exiit in forum, circa horam undecimam, cùm una tantum diei hora superesset, aliósque operarios stantes conspicatus, quæsivit ab iis cur in otio diem transegissent. Responderunt illi se à nemine conductos fuisse, qui ipsorum opera uteretur. Quod cùm dixissent, è vestigio à patrefamilias eorum miserto jussi sunt etiam in vineam ire, id mercedis accepturi, quod æquum esse videretur. Posteà cùm nox esset, solvendáque operariis merces, jussit vineæ dominus dispensatorem suum vocare operarios, & mercedem eamdem omnibus numerare, initio facto ab iis qui ultimi in vineam iverant, tum deveniendo ad primos, ac reliquos deinceps. Venerunt ergo qui horâ undecimâ in vineam iverant, & singuli, ut jusserat paterfamilias, denarium acceperunt. Quod cùm animadvertissent primi omnium, existimabant se ideò majorem mercedem accepturos, quòd diuturniorem operam ei dedissent quàm ceteri. Verùm & ipsi singuli acceperunt denarium. Quo conspecto, fremebant quasi injuriâ affecti à patrefamilias; dictitabántque iniquum eum esse, qui eos, qui per horam vespertinam dumtaxat operam sibi dederant, donaret pari mercede ac eos qui æstum diei tulerant, & à diluculo ad noctem operi intenti fuerant. At vineæ dominus uni horum, heus tu, inquit, amice, quid quereris? Nullâ te injuriâ afficio, qui pactam denarii mercedem in totum diem tibi repræsento. Aufer quod tibi pollicitus sum, & abi; neque enim mutabo consilium de æquanda mercede postremorum operariorum tuæ.

Annon

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XX.			
5. Illi autem abierunt. Iterum exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter.			
6. Circa undecimam verò exiit & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis toto die otiosi?			
7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.			
8. Cùm serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos.			
9. Cùm venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.			
10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios;			
11. & accipientes murmurabant adversùs patremfamilias,			
12. dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstum.			
13. At ille respondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam Nonne ex denario convenisti mecum?			
14. Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare, sicut & tibi.			
15. An non licet mihi quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?			
16. Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi: multi enim sunt vocati, pauci verò electi.			

Annon mihi licet pecuniam meam largiri, quemadmodum mihi videtur? Vel an invides aliis liberalitatem, quam erga eos exercere volui? Sic & in Regno cœlorum fiet aliquando, ut qui ultimi de eo inaudiverint, & minimè omnium laborarint in proferendis ejus finibus, sed vixerint iis temporibus, quibus Evangelium longè latéque sparsum florebit, non aliter ejus præmiis fruantur ac qui primi ad ejus cognitionem vocati fuerint, operámque diuturnam, ad id propagandum, difficillimis temporibus, dederint; quâ ratione, primi ultimis æquabuntur. Quin etiam nunc multi quidem vocantur, & ante omnes imbuuntur cognitione mysteriorum Regni Cœlestis; at pauci sunt, qui singulari virtute ceteris antecellant. Quamobrem mirum videri nequit, si iis æquandi sint qui olim ad Evangelii cognitionem postremi omnium vocabuntur.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

CAP. XI.

1. ἮΝ δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς.

2. (Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει.)

3. Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν, λέγουσαι· Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ.

4. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς.

5. Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον.

6. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας.

7. Ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν.

8. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί· Ῥαββί, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ;

9. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει·

10 Ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτί, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

11. Ταῦτα εἶπε, καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν.

12. Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται.

13. Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει.

14. Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παρρησίᾳ· Λάζαρος ἀπέθανε·

15. Καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς (ἵνα πιστεύσητε) ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ· ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτόν.

CAPUT L.

Resurrectio Lazari, quâ auditâ, Synedrium consilia agitat de interficiendo Christo.

CUM Jesus è Judæa iterum in Galilæam ivisset, contigit Lazarum Bethaniensem ægrotare, quem Jesus singulari amicitiâ prosequebatur. Is autem erat frater Marthæ, & Mariæ, apud quas diversatus erat Jesus; & quarum etiam posterior, ut dicemus, Jesu pedes, pretioso unguento inunctos, comâ suâ abstersit. Hæ autem sorores miserunt ad Jesum, qui nuntiarent ei morbum Lazari, cui eum bene velle norant, ut, si ita ei videretur, valetudinem pristinam ægro restitueret. Quod cùm audiret Jesus, dixit hoc quidem morbo Lazarum sororibus ereptum non iri; sed se eum illico nolle curare, ut magis illustraretur Dei potentia, insigni miraculo, quo non exiguam sui admirationem Filius Dei excitaturus erat. Quamvis ergo Jesus amicissimus esset cùm Marthæ & Mariæ sororibus, tum etiam fratri earum Lazaro; accepto nuntio de hujus morbo, per biduum tamen moratus est, in eo loco, in quo erat. Quo elapso, dixit Apostolis se velle in Judæam redire; qui ab eo itinere deterrere eum conati sunt, quòd

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
☞	☞	☞	

JOANNES. CAP. XI.

☞ 1. ERat autem quidam languens Lazarus, à Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ, ſororis ejus.

2. Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento, & exterſit pedes ejus capillis ſuis: cujus frater Lazarus infirmabatur.

3. Miſerunt ergo ſorores ejus ad eum, dicentes: Domiue, ecce quem amas infirmatur.

4. Andiens autem Jeſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad murtem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

5. Diligebat autem Jeſus Martham, & ſororem ejus Mariam, & Lazarum.

6. Ut ergu audivit quia infirmabatur, tunc quidem manſit iu eodem loco duobus diebus.

7. Deiude poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: Eamus in Judæam iterum.

8. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nuuc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?

9. Reſpondit Jeſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt:

10. ſi autem ambulaverit in nocte, uffendit, quia lux non eſt in eo.

11. Hæc ait, & poſt hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado ut à ſomno excitem eum.

12. Dixerunt ego diſcipuli ejus: Domine, ſi dormit, ſalvus erit.

13. Dixerat autem Jeſus de murte ejus: illi autem putaverunt quia de dormitione ſumni diceret.

14. Tunc ergo Jeſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt:

15. & gaudeo, propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum.

---

quòd Judæi captarent occaſionem, prout norat, ejus lapidibus obruendi, nec tutum proinde eſſet, ſe ſe iis permittere. Reſpondit verò Jeſus, hac ſimilitudine. Quemadmodum, inquit, ſunt duodecim horæ diurnæ, quibus ſi quis incedat, facilè poteſt ſibi cavere ne pede ulli rei offenſo labatur; propter ſolis lucem, quâ fruitur; nocturnis verò, luce deſtitutus, vix ſibi cavere poteſt, ne pedem offendat, ſi eo tempore incedere velit: ita & mihi nihil eſt à quoquam timendum, dum nondum elapſum eſt id tempus, quo me Deus contra molitiones omnes Judæorum tueri ſtatuit, ſed tum denique cùm tenebricoſæ malorum potentiæ frænum laxabitur. Cùm hæc dixiſſet Apoſtolis, amicus, iuquit, noſter Lazarus obdormiit, ſed eo in Judæam ut eum excitem. Apoſtoli verò, ſi dormit, inquiunt, convaleſcet, nec eſt cur illuc te conferas. Nam cùm Jeſus loquutus eſſet de ſomno mortis, illi verba ejus de ſomno, quo refocillantur vires, intellexerant. At Jeſus clariùs loquens mortuum eſſe dixit; ſeque gaudere quòd per tempus ejus morbi Bethaniæ non fuiſſet, quia rogatus à ſororibus eum curaſſet; nunc verò cùm mortuus eſſet, ſibi occaſionem oblatam edendi inſignis miraculi, quo fides eorum confirmaretur.

Qua

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XI.

16. Εἶπεν οὖν Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς· Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ.

17. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ.

18. (Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε)

19. Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν.

20. Ἡ οὖν Μάρθα ὡς ἤκουσεν ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ· Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο.

21. Εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει.

22. Ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεόν, δώσει σοι ὁ Θεός.

23. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.

24. Λέγει αὐτῷ Μάρθα· Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

25. Εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται.

26. Καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τοῦτο;

27. Λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε· ἐγὼ πεπίστευκα ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.

28. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἀπῆλθε καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρᾳ, εἰποῦσα· Ὁ διδάσκαλος πάρεστι καὶ φωνεῖ σε.

29. Ἐκείνη, ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν.

30. (Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα.)

Qua de causa, eò ire statuerat. Quæ cùm audisset Thomas, cui cognomen erat Didymo, dixit ceteris Apostolis, esse illuc sequendum Jesum; ut, si necesse esset, cum Magistro occumberent, potiùs quàm fidem ei datam fallerent.

Cùm verò Jesus Bethaniam venit, quartus erat dies, ex quo cadaver Lazari monumento illatum fuerat; veneránteque Jerosolimâ (Bethania enim ab ea distat circiter duobus passuum millibus.) multi Jerosolimitæ ad Martham & Mariam, ut eas alloquiis suis solarentur, ob fratris mortem. Cùm autem audiret Martha Jesum adventare, relictis iis qui eam inviserant, obviam ei processit; Maria verò domi sedens cum Judæis illis remansit. At Martha, Jesu conspecto, ô Domine, inquit, si hic ante quatriduum fuisses, frater meus non esset mortuus. Sed & nunc probè novi quæcumque à Deo petieris, ea tibi ab eo concessum iri. Non ausa est addere Jesum à Deo nequaquam petiturum, ut homo à quatuor diebus mortuus excitaretur, quòd talia Deus non soleret concedere. At Jesus ejus tacitam cogitationem intelligens,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XI.

16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

17. Venit itaque Jesus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

18. Erat autem Bethania juxta Jerosolymam, quasi stadiis quindecim.

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

20. Martha ergo, ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat.

21. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:

22. sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

23. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus.

24. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in novissimo die.

25. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.

26. Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

27. Ait illi: Utique, Domine, ego credidi: quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

28. Et, cùm hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.

29. Illa, ut audivit, surgit citò, & venit ad eum:

30. Nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.

ligens, Martham bono animo esse jussit, nam fratrem ejus excitatum iri. Respondit verò Martha, se minimè dubitare, quin excitandus foret ultimi judicii tempore, cum ceteris omnibus mortalibus. Sed Jesus, ego, inquit, potestatem à Patre accepi excitandorum mortuorum, & vitæ cuicumque voluero restituendæ. Quicumque mihi crediderit, & mortuus fuerit, eum, si velim, è mortuis excitabo. Quisquis verò vivet & mihi crediderit, sempiternâ morte numquam occidet. Nonne hæc mihi affirmanti credis? Credo, inquit illa, Domine, omnia quæ dicis; cùm dudum minimè dubitem quin sis Messias, seu Filius Dei, qui in terras venturus erat. Quæ cùm dixisset, domum properè se contulit, & Mariam sororem clam monuit adesse Magistrum ex Galilæa, qui eam conventam cuperet. Hæc verò illico surrexit, relictis iis qui sibi aderant, atque ad Jesum se contulit; qui nondum ingressus erat vicum, sed morabatur eunnum in loco, in quem ei obviam processerat Martha.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XI.
			31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτήν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν ὅτι ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες· Ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ.
			32. Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν, ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτόν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα αὐτῷ· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός.
			33. Ἰησοῦς οὖν, ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν καὶ τοὺς συνελθόντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν.
			34. Καὶ εἶπε· Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν αὐτῷ· Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε.
			35. Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς.
			36. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν.
			37. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον· Οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ;
			38. Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ.
			39. Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα· Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι.
			40. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ εἶπόν σοι ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ;
			41. Ἦραν οὖν τὸν λίθον, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε· Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου.
			42. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.
			43. Καὶ ταῦτα εἰπών, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω.

Jerosolimitæ verò, qui domi erant cum Maria, ut alloquiis suis luctum ejus lenirent, eam ædibus subitò prorumpentem sequuti sunt; rati mulierem ad sepulcrum fratris ire, ut illic, recrudescente luctu, uberiores lacrimas profunderet. Verùm rectà se ad Jesum conferens, ut eum vidit, ad pedes ejus accidit; nec aliter ac soror, ô Domine, inquit, si ante aliquot dies hîc fuisses, frater meus non esset mortuus.

Quam cùm vidit Jesus acerbè flentem, Judæósque, qui eam solaturi venerant, pariter lugentes, animo vehementer est commotus, similémque tristitiam præ se tulit. Tum petit, ubi esset ejus sepulcrum; ad quod eum illico duxerunt. Interea verò vitæ humanæ miserias, & mœrorem, quem acerba mors Lazari sororibus creaverat, animo versans, lacrimas continere non potuit. Quas animadvertentes Judæi, ex iis eum amicissimum fuisse Lazaro colligebant. Nonnulli etiam dictitabant se mirari, quî Jesus, qui non ita pridem Jerosolimæ potuerat cæco nato usum oculorum largiri, non potuisset impedire, precibus suis, ne amicus moreretur.

Inter

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XI. 31. Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cùm vidissent Mariam quia citò surrexit & exiit, sequuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. 32. Maria ergo, cùm venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. 33. Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea, plorantes: infremuit Spiritu, & turbavit seipsum. 34. & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. 35. Et lacrimatus est Jesus. 36. Dixerunt ergo Judæi: Ecce quomodo amabat eum. 37. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? 38. Jesus ergo, rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum (Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei) 39. Ait Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet; quatriduanus est enim. 40. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi, quoniam, si credideris, videbis gloriam Dei? 41. Tulerunt ergo lapidem: Jesus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. 42. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. 43. Hæc cùm dixisset, voce magnâ clamavit: Lazare, veni foras.

Inter hæc, animo iterum vehementer commotus, pervenit ad monumentum, quod fuit in spelunca, cujus ori objectus erat ingens lapis. Tum jussit amoveri lapidem, quamvis Martha moneret fratris sui cadaver jam fœtere, quippe qui à quatuor diebus esset mortuus; dixitque mulieri, annon satis intelligeret ex iis quæ ab ipso modò audiverat, si dictis ipsius fidem haberet, se visuram insigne miraculum, quod sibi Dei laudandi singularem occasionem præbiturum esset. Igitur amoverunt lapidem ex ore speluncæ, in qua jacebat Lazari cadaver. Deinde Jesus, qui tacitus à Patre resurrectionem Lazari petierat, sublatis in cœlum oculis, in hæc verba erupit: gratias tibi ago, ô Pater, quòd me hac quoque in re exaudiveris. Noveram quidem semper me à te exaudiri; sed propter circumstantem turbam ita loquor, ut credat, tam insigni miraculo permota, me à te missum fuisse. Quæ cùm dixisset, magnâ voce exclamavit: Lazare, exi è monumento.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

44. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν.

45. Πολλοὶ οὖν ἐκ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

46. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

47. Συνήγαγον οὖν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον· Τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ.

48 Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος.

49. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν

50. Οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται.

51. Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν· ἀλλὰ Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους·

52. Καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν.

53. Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν.

54. Ἰησοῦς οὖν οὐκ ἔτι παρρησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις· ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Ecce verò illico, vitâ & viribus recuperatis, surrexit cadaver, quamvis fasciis vincta essent ejus crura & brachia; quæ Jesus solvi jussit, & hominem dimitti. Quo miraculo conspecto, multi Jerosolimitarum, qui sorores solatuti venerant, adducti sunt ut crederent Jesum verè à Deo missum esse. Nonnulli verò primores Pharisæorum adierunt, iisque narrarunt miraculum quod, se inspectantibus, à Jesu editum fuerat; ut viderent ne quid detrimenti, ex miraculi tanti fama, eorum auctoritas pateretur. Quamobrem Principes Sacerdotum & Pharisæorum rem ad Synedrium Magnum, propterea coactum, retulere. Consilia in eo agitata sunt, de eo quod fieri oporteret, hoc in negotio, ne quid funesti Judæorum genti propterea accideret; cùm constaret multa miracula à Jesu fieri, quæ pertinaciter illi Cacodæmonibus tribuebant. Verebantur enim, ne, si rem negligerent, Judæi plerique eum Messiam esse crederent, missum à Deo, ut Judæam gentem tyrannidi Romanorum eriperet, seditióque propterea in universa Judæa cooriretur. Quod si contingeret, timendum erat ne Romani, misso exercitu, Jerosolimam, Templúmque solo æquarent, & gentem Judæam ad internecionem delerent. Erat autem eo anno Caiaphas Pontifex Maximus, qui post-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XI.

44. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus: Solvite eum, & sinite abire.

45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum.

46. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus.

47. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

48. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

49. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam;

50. nec cogitatis quia expedit vobis, ut unus moriatur homo, pro populo, & non tota gens pereat.

51. Hoc autem à semetipso non dixit; sed, cùm esset Pontifex anni illius, prophetavit quòd Jesus moriturus erat pro gente:

52. & non tantùm pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.

53. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum.

54. Jesus ergo jam non palam ambulabat, apud Judæos, sed abiit in regionem juxta desertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

---

postquàm multa ultrò citróque essent prolata, dixit eos qui etiamnum hac in re deliberarent, quòd Jesus innocens esse videretur, nescire quid suâ interesset; neque animadvertere multò satius esse, ut vir unus, quamvis innocuus, pro aliis interiret, quàm si tota gens deleretur. Quæ verba veriora erant, quàm putabat; neque, cùm esset Pontifex Maximus, sine divino afflatu, dicebat, fore ut Jesus pro Judæorum populo interiret; quasi victima, nimirum, quâ ejus peccata expiarentur; & quâ etiam mactatâ, fieret ut omnes, qui ad Dei populum pertinere vellent, in unum corpus tandem convenirent. Verbis verò Caaphæ permotum Synedrium, ab eo tempore, occasionem captavit interficiendi Jesum.

Quare Jesus non ampliùs palam, nec in frequentioribus Judææ locis versabatur, sed in tractu vicino Jerichuntinæ solitudini, in agro oppiduli, quod Ephraïm vocabatur; ubi unà cum Apostolis commoratus est, ad tempus usque vicini Paschatis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XX.	CAP. X.	CAP. XVIII.	
17. Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· 18. Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα,	32. Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο· Καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. 33. Ὅτι ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα,	31. Παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.	
καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ·	καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ,		
19. Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.	καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι· 34. Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.	32. Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται· 33. Καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστήσεται.	
		34. Καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν· καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα.	
20. Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα, καὶ αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ.	35. Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες· Διδάσκαλε, θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν ποιήσῃς ἡμῖν.		
21. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ· Εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.	36. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν; 37. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.		
22. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Λέγουσιν αὐτῷ· Δυνάμεθα.	38. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; 39. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δυνάμεθα.		
23. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου.	Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε· καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· 40. Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.		

CAPUT LI.

Jesus proficiscitur Jerosolimam, prædicitque suam mortem. Ambitionem filiorum Zebedæi castigat. Cæcus prope Jerichuntem visum restituit. Apud Zachæum divertit, Apologúmque proponit de Rege peregrè profecto.

PAULLÒ ante Pascha, Jesus ex Jeriehuntina solitudine iterum profectus est, ut Jerosolimam ultimùm inviseret; & præibat quidem discipulis, quibus id iter displicebat, quia Judæorum insidias adversùs Magistrum metuebant. At ille vocatos ad se privatim duodecim Apostolos apertè docere cœpit quæ se illic manerent; &, imus quidem, inquit, Jerosolimam; ât scitote nunc tandem impletum atque absolutum iri omnia, quæ à Prophetis de me prædicta sunt. Etenim tradar in manus Magni Synedrii, quod quasi Pseudoprophetam me capitis damnabit. Cùm verò ei jus infligendæ capitalis pœnæ sit à Romanis ademtum, me accusabit apud eorum Præsidem, qui ludibrio habitum, consputatúmque, & virgis cæsum in crucem agent, in qua animam afflabo, at tertio die in vitam rediturus.

Hæc cùm antea non semel à Jesu prædicta fuissent, & clarè nunc proferrentur, attamen magna

MATTHÆUS. Cap. XX.	MARCUS. Cap. X.	LUCAS. Cap. XVIII.	JOANNES.
17. Et adſcendens Jeſus Jeroſolimam, adſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis: 18. Ecce adſcendimus Jeroſolimam,	32. Erant autem in via adſcendentes Jeroſolimam: & præcedebat illos Jeſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant. Et adſumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei eventura. 33. Quia ecce adſcendimus Jeroſolimam,	31. Adſumſit autem Jeſus duodecim, & ait illis: Ecce adſcendimus Jeroſolimam;	
		& conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.	
& Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte,	& Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & damnabunt eum morte,		
19. & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertio die reſurget.	& tradent eum gentibus: 34. & illudent ei: & conſpuent eum: & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertio die reſurget.	32. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: 33. & poſtquàm flagellaverint, occident eum, & tertio die reſurget.	
		34. Et ipſi nihil horum intellexerunt: & erat verbum iſtud abſconditum ab eis; & non intelligebant quæ dicebantur.	
20. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.	35. Et accedunt ad eum Jacobus & Joannes, filii Zebedæi, dicentes: Magiſter, volumus, ut, quodcumque petierimus, facias nobis.		
21. Qui dixit ei: Quid vis?	36. At ille dixit eis: Quid vultis ut faciam vobis?		
Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram, in Regno tuo.	37. Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua.		
22. Reſpondens autem Jeſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?	38. Jeſus autem ait eis: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?		
Dicunt ei: Poſſumus.	39. At illi dixerunt ei: Poſſumus.		
23. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis:	Jeſus autem ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo: bibetis, & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini:		
ſedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt, à Patre meo.	40. ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt.		

magna ex parte rudes Apoſtolorum animos fugiebant; quòd Meſſiam, ſeu Liberatorem Judææ gentis mori, & reſurgere oportere numquam à Judæorum Magiſtris accepiſſent. Ex iiſdem præjudiciis, de regno terreſtri Meſſiæ, profluxit quod à Joanne & Jacobo Zebedæi filiis, eodem tempore, tentatum eſt. Cùm enim iter facerent cum Jeſu, ad eum adlegarunt matrem ſuam, quæ iis præſentibus pedibus ejus advoluta ſe aliquid habere ſignificavit quod ab eo peteret. At Jeſus quæſivit quid à ſe fieri vellet. Reſpondit mulier, ſe optare hoc ſibi concedi ut ſui filii, cùm ad regnum perveniſſet, latera ei clauderent, ſeu proximam ab eo dignitatem obtinerent. Jeſus verò ad eos converſus; neſcitis, inquit, quid petatis, qui regnum terreſtre Meſſiæ animo concipitis. An ſuſtinebitis idem poculum bibere, quod mihi brevi hauriendum paratur; eodémque baptiſmo ablui, quo ego abluar? Quibus verbis, deſignabat perpeſſiones ſuas. Repoſuerunt quidem illi ſe nullum periculum, ut conſequerentur quod petebant, recuſaturos. Jeſus ſaſſus eſt ſimilia illos conſtanter adituros eſſe pericula, ſed negavit ſe honores ſuo proximos ullis aliis daturum, quàm iis ad quos ex Patris ſui conſilio pertinerent.

Hæc

MATTHÆUS. — Cap. XX.

24. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν.

25. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν· Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

26. Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος.

27. Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος.

28. Ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

29. Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

20. Καὶ ἰδοὺ, δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει, ἔκραξαν, λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, υἱὸς Δαβίδ.

31. Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν· οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, υἱὸς Δαβίδ.

32. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε· Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;

33. Λέγουσιν αὐτῷ· Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

34. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

MARCUS. — Cap. X.

41. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

42. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, λέγει αὐτοῖς· Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν, κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

43. Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται διάκονος ὑμῶν·

44. Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔσται ὑμῶν δοῦλος.

45. Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

46. Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχὼ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς Τιμαίου Βαρτιμαῖος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

47. Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν, ἤρξατο κράζειν, καὶ λέγειν· Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με.

48. Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ, ἵνα σιωπήσῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν· Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

49. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι· καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες αὐτῷ· Θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε.

50. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

51. Καὶ ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί θέλεις ποιήσω σοί; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ· Ῥαββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω.

52. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ὕπαγε· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

LUCAS. — Cap. XVIII.

35. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

36. Ἀκούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο.

37. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται.

38. Καὶ ἐβόησε, λέγων· Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

39. Καὶ οἱ προάγοντες, ἐπετίμων αὐτῷ ἵνα σιωπήσῃ· αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν· Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

40. Σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν· ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ ἐπηρώτησεν αὐτὸν,

41. Λέγων· Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ εἶπε· Κύριε, ἵνα ἀναβλέψω.

42. Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

43. Καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ δοξάζων τὸν Θεόν· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ.

JOANNES.

Hæc cùm animadvertissent decem alii Apostoli, graviter tulerunt ambitionem fratrum. Quare Jesus omnes ad se vocatos ita alloquutus est: Qui præsunt gentibus, pro imperio, ut nostis, iis dominantur; earúmque magnates eos, qui ipsis parent, magno supercilio premunt. At ita res non habebit apud vos, ex quibus qui eminere præ ceteris volet, is maximè omnium aliorum commodis, suis ipsius neglectis, inserviet; qui omnium primus esse avebit, is fiet omnium minister; nedum ut ex iis utilitatem ullam, Regum ac magnatum instar, capiat. Exemplum sumite à me ipso, qui profiteor me propterea venisse in terras, quò utilitatibus hominum inserviam, non ut ab illis ulla terrestria ministeria ipse exigam; imò verò ut vitæ meæ jacturâ eos è servitute, in qua sunt, liberem.

Cùm verò non procul essent Jerichunte, sequerentúrque Jesum non Apostoli modò, sed & multi alii, inciderunt in duos cæcos; quorum alter erat notissimus ille Timæi filius, qui *Bartimæus*, ab Hebraicè loquentibus, vulgò vocitabatur. Hi sedebant juxta viam, stipem à prætereuntibus petentes; cúmque audivissent strepitum solito majorem, & quæsivissent quid hoc rei esset, ut acceperunt adventare Jesum Nazarenum illac transiturum, quem norant non uni cæco oculorum usum restituisse, magnâ voce clamare cœperunt; ô Jesu, à Rege Davide oriunde,

MATTHÆUS.

Cap. XX.

24. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.

25. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis quia Principes gentium dominantur eorum; & qui majores sunt potestatem exercent in eos.

26. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister;

27. &, qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus:

28. sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemtionem pro multis.

29. Et, egredientibus illis ab Jericho, secuta est eum turba multa:

30. Et ecce duo cæci, sedentes secus viam,

audierunt quia Jesus transiret, & clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David.

31. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David.

32. Et stetit Jesus, & vocavit eos,

☞

& ait: Quid vultis ut faciam vobis?

33. Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum;

☞

& confestim viderunt, & sequuti sunt eum.

☞

MARCUS.

Cap. X.

41. Et, audientes decem, cœperunt indignari de Jacobo, & Joanne.

42. Jesus autem vocans eos, ait illis: Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum:

43. non ita est autem in vobis: sed quicumque voluerit fieri major, erit vester minister.

44. Et quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus.

45. Nam & Filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemtionem pro multis.

46. Et veniunt Jericho. Proficiscente eo de Jericho, & discipulis ejus, & plurima multitudine, filius Timæi, Bartimæus cæcus, sedebat juxta viam mendicans,

47. qui, cùm audisset quia Jesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere: Jesu, fili David, miserere mei.

48. Et comminabantur ei multi ut taceret: at ille multò magis clamabat: Fili David, miserere mei.

49. Et, stans Jesus, præcepit illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: Animæquior esto, surge, vocat te.

50. Qui, projecto vestimento suo, exsiliens venit ad eum.

51. Et respondens Jesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut videam.

☜

52. Jesus autem ait illi: Vade, fides tua te salvum fecit: & confestim vidit: & sequebatur eum in via.

☞

LUCAS.

Cap. XVIII.

35. Factum est autem, cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans;

36. &, cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.

37. Dixerunt autem, ei quod Jesus Nazarenus transiret.

38. Et clamavit, dicens: Jesu fili David, miserere mei.

39. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret: Ipse verò multò magis clamabat: Fili David, miserere mei.

40. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se.

☜

Et, cùm appropinquasset, interrogavit illum,

41. dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam.

42. Et Jesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit.

43. Et confestim vidit, & sequebatur illum

magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

JOANNES.

---

oriunde, miserere nostræ cæcitatis. Qui clamores cùm molesti essent prætereunti multitudini, homines objurgabat & tacere jubebat. At illi pertinaciùs auxilium Jesu implorabant, nec desinebant clamoribus suis prætereuntes obtundere. Igitur cùm Jesus ad locum, in quo sedebant, pervenisset, constitit, eósque ad se adduci jussit. Quod cùm ab aliis audirent, & bono esse animo juberentur, quippe oculorum usum à Jesu, qui eos vocari præceperat, recepturi; Timæi filius, ut expeditiùs ad eum duceretur, abjecit pallium. Ab adductis ad se petiit Jesus, quid sibi ab ipso fieri vellent, cujus misericordiam tam constante clamore implorarent. Responderunt illi, optare se ut oculorum usum, prout poterat, eo destitutis restitueret. Jesus ergo, misericordiâ commotus, eorum oculos tetigit, jussitque securos abire, quandoquidem fide suâ ab ipso curationem impetrassent. At illi è vestigio oculorum usum receperunt, Jesumque iter facientem sequebantur, & Deo, ob tantum acceptum ab eo beneficium, gratias palam agebant. Quamobrem etiam universa multitudo eorum, qui cum Jesu Jerosolimam ibant, Deum laudabat.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIX.

1. Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν Ἱεριχώ.
2. Καὶ ἰδού, ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος· καὶ αὐτὸς ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος.
3. Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐστι· καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν.
4. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν. ἵνα ἴδῃ αὐτόν· ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι.
5. Καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτόν. καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.
6. Καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων.
7. Καὶ ἰδόντες ἅπαντες διεγόγγυζον, λέγοντες· Ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.
8. Σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν Κύριον· Ἰδοὺ, τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν.
9. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν.
10. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.
11. Ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε παραβολήν. διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλήμ, καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.
12. Εἶπεν οὖν· Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακράν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.
13. Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχομαι.

Jesus verò Jerichuntem ingressus per eam urbem transiit; in qua habitabat Zacchæus quidam, magister Publicanorum tractûs illius, idémque dives. Is vehementer optaverat videre Jesum, sed propter circumstantium turbam propiùs accedere non potuerat, neque propter breviorem staturam è longinquo eum videre. Itaque ut cupiditati suæ satisfaceret, cursu Jesum antevertit conscenditque Sycomorum, ut ex ea prætereuntem intueretur. Cùm verò eum in locum venisset Jesus, sublatis in arborem oculis, vidit in ea Zacchæum, quem properè jussit descendere, velle enim se apud eum eo die diversari, in prædio quod non procul Jerichunte habebat. Ille verò festinanter ex arbore descendit, & Jesum lætus in villam suam excepit. At omnes, qui videbant Jesum sponte diversantem apud Publicanum, fremebant; quasi Jesus moribus suis indignum quidpiam admitteret, qui ab homine profligato, ut vulgò habebantur Publicani, hospitio excipi voluerat. Tum verò Zacchæus, ut illorum prava de se judicia confutaret, stans coram Jesu clarâ voce dixit se, ab hoc tempore, pauperes donaturum dimidiâ parte facultatum suarum; & iis, quibus fraude quidpiam abstulisset, quadruplum redditurum. Quod sponte suâ & solâ Jesu auctoritate adductus faciebat, cùm lege conveniri propterea à nemine posset. Quibus verbis auditis, dixit Jesus, eo die Zacchæo ejúsque familiæ exemplum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XIX.

1. ET ingressus perambulabat Jericho:

2. Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic princeps erat Publicanorum, & ipse dives;

3. & quærebat videre Jesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

4. Et præcurrens adscendit in arborem sycomorum ut videret eum; quia inde erat transiturus.

5. Et, cùm venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum; & dixit ad eum: Zacchæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet mé manere.

6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

7. Et, cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem divertisset.

8. Stans autem Zacchæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.

9. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse sit filius Abrahæ;

10. venit enim Filius hominis quærere & salvum facere quod perierat.

11. Hæc illis audientibus, adjiciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Jerusalem, & quia existimarent quòd confestim Regnum Dei manifestaretur.

12. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi Regnum, & reverti.

13. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio.

---

exemplum patrisfamilias sequuturæ salutem obtigisse; quandoquidem ex ejus verbis intelligere licebat, non prosapiâ tantùm, ut antea, sed & imitatione fidei, prolem eum esse Abrahami. Neque se temerè ingressum esse ejus domum, se enim ad homines venisse, ut eos qui à via salutis aberraverant quæreret atque ad eam reduceret.

Cùm hæc audisset multitudo, judicarétque Jesum, quia non procul aberat Jerosolimâ, urbe olim regiâ, tandem se professurum esse Messiam, regnique Judæorum habenas sumturum, Jesus hunc Apologum proloquutus est; ex quo colligere licebat Judæos minimè paratos esse ad excipiendum Regnum Messiæ, ut par erat, nec rectè uti Dei beneficiis; imò etiam Messiæ acerrimè adversari, pœnásque propterea mox daturos. Filius, inquit, Regis, at qui majorem potentiam observare necesse habebat, ut regni capessendi facultatem ab ea impetraret, procul ad eam profectus est; quò redux demum, eâ volente, diadema sumeret, ac pro Rege se gereret. Sed antequàm proficisceretur, vocavit ad se decem servos, quibus divisit decem minas, seu summas pares pecuniæ; additis mandatis, ut singuli pecuniâ à se acceptâ mercaturam facerent, dum peregrè futurus esset, rationem sibi reduci reddituri.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XIX.

14. Οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγοντες· Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.

15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους, οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον· ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο.

16. Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων· Κύριε, ἡ μνᾶ σου προσειργάσατο δέκα μνᾶς.

17. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εὖ ἀγαθὲ δοῦλε· ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων.

18. Καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων· Κύριε, ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς.

19. Εἶπε δὲ καὶ τούτῳ· Καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων.

20. Καὶ ἕτερος ἦλθε λέγων· Κύριε, ἰδοὺ, ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ.

21. Ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ· αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας.

22. Λέγει δὲ αὐτῷ· Ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε. ᾔδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα·

23. Καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό;

24. Καὶ τοῖς παρεστῶσιν εἶπεν· Ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς δέκα μνᾶς ἔχοντι.

25. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Κύριε, ἔχει δέκα μνᾶς.

26. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

27. Πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε ὧδε, καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου.

Cùm verò ille discessisset, regiæ urbis cives, quibus erat invisus, legatos miserunt qui eum accusarent, apud majorem illam potestatem quam dixi, ne paternum regnum consequeretur. At ille, eo impetrato, ad suos redux, ante omnia, ad se vocari jussit servos, quibus pecuniam, mercaturâ augendam commiserat; ut intelligeret, an rei faciendæ strenuam operam dedissent. Qui primus se stitit obtulit hero decem minas, quas ope illius, quam ab eo acceperat, lucratus fuerat. Tum verò Rex, collaudato servo, quòd in exigua summa sibi credita fidus fuisset; non modò decem minis eum donavit, sed & ejus administrationi decem urbes commisit. Alter, pro una, quinque minas obtulit; laudatúsque pariter à Rege, quinque minis donatus est, & quinque urbibus præfectus. Tertius verò, ut ceteros omittam, minam ab hero acceptam protulit sudario etiamnum involutam; quam illi restituit. Negabat enim se ausum fuisse negotiari, pecuniâ heri æquo severioris, & qui, ut fert dictum vetus, quod non posuerat tollere soleret, ac metere ubi sementem non fecerat; ne forte minâ amissâ, prout multi sunt in mercatura incerti casus, graviùs ab eo mulctaretur. Quâ excusatione auditâ, herus dixit se ex ipsius responsione jus dicturum. Nam si ejusmodi erat sua indoles, qualem eam descripserat; oportuisse eum saltem minam Trapezitæ credidisse, ut herus redux eam cum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XIX. 14. Cives autem ejus oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. 15. Et factum est ut rediret, accepto Regno, & jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. 16. Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. 17. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem urbes. 18. Et alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. 19. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. 20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario; 21. timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. 22. Dicit ei: De ore tuo te judico, serve nequam: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi: 23. & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris utique exegissem illam? 24. Et adstantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. 25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. 26. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit; ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. 27. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.	

cum fœnore reciperet. Deinde adstantes ministros jussit minam illi ablatam dare ei, qui decem minas ex una confecerat. Illi verò Regem monuerunt sat magno præmio eum esse donatum, qui decem minas habebat; ideóque potiùs alii dandam, qui nihil haberet. At Rex negavit se sententiam mutaturum; nam rectè acceptis uso plura esse danda, ab eo verò qui iis abusus, aut nullo modo usus esset, etiam ea esse auferenda quæ acceperat; quoniam in alium finem credita ei non fuerant, nisi ut iis uteretur, ut par erat. Ad inimicos verò illos Regis quod attinet, qui noluerant eum in paternum regnum succedere, eos jussit coram se adductos obtruncari. Quo Apologo, describebatur sors futura Judæorum, qui Jesu fidem habituri non erant. Nam neque usuri erant, ut decebat, beneficiis olim & nuper à Deo acceptis; quippe qui Jesum erant repudiaturi, neque ullâ ratione Messiam agnituri; quamobrem grave supplicium, ei in cœlo regnanti, ac rationem factorum reposcenti erant daturi. Verùm, eo tempore, mens Jesu à nemine intellecta est.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XI. 55. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς. 56. Ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες· Τί δοκεῖ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; 57. Δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐντολήν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστι, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν. CAP. XII. 1. Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. 2 Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει· ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν συνανακειμένων αὐτῷ. 3. Ἡ οὖν Μαρία, λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. 4. Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι· 5 Διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; 6. Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. 7 Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες αὐτήν· εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. 8. Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

CAPUT LII.

Jesus it Bethaniam, ubi pedes ejus inunguntur à Maria. Inde Jerosolimam se confert, quam ingreditur asino vectus, adclamante populo, & ringentibus Pharisæis. Expellit mercatores è Templo, ubi curat ægros, adclamantibus pueris & dolente Synedrio.

INTERRA instante Paschate, quod eo anno incidebat in VIII. Calendas Apriles, atque in Hebdomadis quidem feriam quintam; multi ex eo tractu, in quo postremùm commoratus erat Jesus, jam se se contulerant Jerosolimam; ut qui purificatione indigebant, possent Pascha celebrare. Itaque Jesum Jerosolimæ quærebant, & ab aliis alii sciscitabantur, annon ad festum celebrandum venturus esset? Synedrium verò edictum proposuerat, quo jubebat omnes indicare locum, in quo versaretur, quam primùm innotuisset, ut eum posset comprehendere. Jesus verò, animo obsirmato, Jerosolimam ire perrexit, & a. d. XIV. Calendas Apriles, Bethaniam pervenit, ubi habitabat Lazarus, quem mortuum excitaverat. Itaque cœnâ illic à Martha

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XI.

55. Proximum autem erat Pascha Judæorum, & adscenderunt multi Jerosolimam de regione ante Pascha, ut sanctificarent se ipsos.

56. Quærebant ergo Jesum, & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis quia non venit ad diem festum?

57. Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum, ut, si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Cap. XII.

1. JEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus.

2. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo.

3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis; & domus impleta est ex odore unguenti.

4. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus:

5. Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?

6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

7. Dixit ergo Jesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.

8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

Martha & Maria exceptus est, accubuítque inter convivas idem ille Lazarus earum frater, dum Martha convivis ministraret. At Maria, sumtâ librâ pretiosi unguenti, ex verâ nardo confecti, pedes Jesu accumbentis à tergo inungebat, tum eos comâ suâ abstergebat; quo facto, domus tota odore unguenti fragrabat. Judas verò Iscariothes unus ex duodecim Apostolis, qui Jesum erat proditurus, ut postea dicemus; quare, inquit, unguentum illud non est potiùs venumdatum, ex quo potuere confici trecenti denarii, quibus calamitosorum hominum egestas sublevaretur. Quod dicebat, non quòd ullâ erga pauperes misericordiâ tangeretur; sed quia, cùm ei commissa esset custodia pecuniæ, quæ à religiosis hominibus in usum Jesu ejúsque Apostolorum conferebatur, solebat aliquam ejus partem intervertere; quamobrem cupiebat plura ab iis conferri, quò posset faciliùs plura furari. At Jesus, sine, inquit, eam facere quod videtur; servabat enim hoc unguentum veluti ad meam pollincturam, quæ non differetur in multos dies. Pauperes quidem semper sat multi erunt, quibus benefaciatis; sed non diu vobiscum ero, ut mei curam geratis, observantiámque mihi vestram significetis.

Interea

MATTHÆUS.

Cap. XXI.

Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητάς,

2. Λέγων αὐτοῖς· Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.

3. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτούς.

4 Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

5. Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, Ἰδού, ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾳΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.

6. Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταί, καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,

7. Ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν.

MARCUS.

Cap. XI.

1. Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

2 Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

3. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε· Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε.

4. Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω, ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· καὶ λύουσιν αὐτόν.

5 Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς· Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον;

6. Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς.

7. Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ.

LUCAS.

Cap. XIX.

28. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα.

29. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

30. Εἰπών· Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην· ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

31. Καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ· Διατί λύετε; Οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ· Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

32. Ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεσταλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.

33. Λυόντων δὲ αὐτῶν τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ πρὸς αὐτούς· Τί λύετε τὸν πῶλον;

34. Οἱ δὲ εἶπον· Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

35. Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν.

JOANNES.

Cap. XII.

9. Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὅτι ἐκεῖ ἐστι· καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

10. Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν.

11. Ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

12. Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτήν, ἀκούσαντες ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα,

---

Interea rumor, per viciniam, sparsus est esse Jesum Bethaniæ, in ædibus Marthæ & Mariæ. Quamobrem multi eò concurrerant, non tantùm ut Jesum, sed etiam ut Lazarum, quem mortuum excitaverat, viderent. Quod cùm renuntiatum esset Synedrio, consilia agitavit de Lazaro etiam è medio tollendo; quia multi, urbe relictâ, propterea adsectabantur Jesum; quem crediderant à Deo ad Judæam gentem missum, postquam Lazarum mortuum ab eo excitatum viderant. Cùm Jesus Bethaniæ, per diem Sabbathi, cujus vesperâ ineunte cœnaverat apud Martham, quievisset; sequente die Solis, seu primâ hebdomadis feriâ, profectus est versùs Jerosolimam, & transiit quidem per tractum illum montis Olivarum qui pertinet ad Bethaniam, ac Bethphagen; quo ex loco duos ex discipulis suis jussit ire in pagum, quem è regione videbant; in quo aiebat, statim ac eum ingressi forent, inventuros eos asinam vinctam, & asellum cui nondum quisquam insederat; quos volebat illico solvi, atque ad se adduci. Quòd si quis ab iis quæreret, cur asinam & pullum solverent, jubebat responderi, Dominum

MATTHÆUS.

Cap. XXI.

1. ET cùm appropinquassent Jerosolimis, & venissent Bethphage ad Montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos;

2. dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea; solvite, & adducite mihi.

3. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem:

5. Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.

6. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

7. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua; & eum desuper sedere fecerunt.

MARCUS.

Cap. XI.

1. ET, cùm appropinquarent Jerosolimæ & Bethaniæ ad Montem Olivarum, mittit duos ex discipulis suis.

2. & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est; & statim, introëuntes illuc, invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, solvite illum, & adducite:

3. &, si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite: Quia Domino necessarius est; & continuò illum dimittet huc.

4. Et abeuntes invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio & solvunt eum.

5. Et quidam, de illic stantibus; dicebant illis: Quid facitis solventes pullum?

6. Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Jesus, & dimiserunt eis.

7. Et duxerunt pullum ad Jesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.

LUCAS.

Cap. XIX.

28. Et, his dictis, præcedebat adscendens Jerosolimam.

29. Et factum est, cùm appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, ad Montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos,

30. dicens: Ite in castellum, quod contra est: in quod introëuntes invenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo umquam hominum sedit: solvite illum, & adducite.

31. Et, si quis vos interrogaverit: Quare solvitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam ejus desiderat.

32. Abierunt autem qui missi erant: & invenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum.

33. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos: Quid solvitis pullum?

34. At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet.

35. Et duxerunt illum ad Jesum; &, jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Jesum.

JOANNES.

Cap. XII.

9. Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic est: & venerunt, non propter Jesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.

10. Cogitaverunt autem Principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent,

11. quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum.

12. In crastinum autem, turba multa, quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Jesus Jerosolimam,

---

iis indigere; quo responso audito, è vestigio dicebat eos esse dimittendos. Voluit autem Jesus asino vectus Jerosolimam ingredi, dumtaxat ut impleret vaticinium Zachariæ prophetæ (*Cap. IX. 9.*) de Messia, cujus hæc est sententia: *dicite filiæ Sionis, ecce Rex tuus venit clemens & insidens asino, seu pullo asinæ.* Paruerunt Discipuli, atque, ut dixerat Jesus, invenerunt asinam ejúsque pullum vinctos extra domum ad januam, in bivio. Quos cùm solverent, nonnulli ex adstantibus quæsiverunt cur id facerent. Responderunt verò Discipuli, prout jussi fuerant, ac continuò dimissi sunt; cùm Jesus probè notus esset domino jumentorum, qui libenter ea mutua dedit. Itaque ea adduxerunt ad Jesum, atque asello vestibus strato eum imposuerunt.

Interea non exigua multitudo eorum, qui ad festum proximum celebrandum Jerosolimam venerant, cùm accepisset Jesum, per montem Oliveti in urbem adventurum, ramos palmarum sibi comparavit, ut iis in lætitiæ signum ornata obviam Jesu procederet.

MATTHÆUS. Cap. XXI.	MARCUS. Cap. XI.	LUCAS. Cap. XIX.	JOANNES Cap. XII.
			13. Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον· Ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. 14. Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ᾽ αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμμένον· 15. Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιών· ἰδού, ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. 16. Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον· ἀλλ᾽ ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ. 17. Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ᾽ αὐτοῦ, ὅτε τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου καὶ ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. 18. Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι ἤκουσε τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον.
8. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ.	8. Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν.	36. Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ.	
9. Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες·	9. Καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες·	37. Ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων.	
Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.	Ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου·	38. Λέγοντες· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.	
	10. Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.		
		39. Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον πρὸς αὐτόν· Διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου. 40. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται.	
			19. Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς· Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε, ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν.

Effuſa ergo portis urbis cùm ei occurriſſet, lætis adclamationibus adventum gratulari cœpit, quaſi Meſſiæ, his ac ſimilibus verbis: quod felix fauſtúmque ſit, advenit à Deo miſſus Rex Iſraëlitarum. Eo tempore, Jeſus aſinum, ut diximus, nactus ei inſedit vaticinium Zachariæ impleturus. Cujus tamen rei rationem minimè adſequuti ſunt ejus diſcipuli; ſed poſtquàm in cœlum ſublatus eſt, rei meminerunt, nec difficulter cur aſino vehi voluiſſet intellexerunt. Progrediente verò Jeſu, turba quæ eum comitabatur ſermones habebat de inſigni miraculo, quo Lazarum mortuum è monumento revocaverat; quod multi veriſſimè contigiſſe confirmabant. Quamobrem conſtans ejus miraculi fama ingentem populi concurſum ad eum creavit; vulgoque in ſignum lætitiæ viam, veſtibus ſuis ac ramis arborum, plebs ſternebat.

Cum verò jam ex monte Oliveti deſcenderet, tum omnes ejus diſcipuli, antecedentes, & ſequentes, univerſaque multitudo quæ confluxerat, magnâ voce cœperunt extemporaneis canticis laudes Dei celebrare, propter miracula, quæ à Jeſu edi viderant; &, quod fauſtum felixque ſit, inquiebant, Meſſiæ ex Davide orto, jam à Deo miſſus Jeroſolymam venit. Adventum

MATTHÆUS.

Cap. XXI.

8. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

9. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant, dicentes:

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.

MARCUS.

Cap. XI.

8. Multi autem vestimenta sua straverunt in via. Alii autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via.

9. Et, qui præibant, & qui sequebantur clamabant,

dicentes: Hosanna:

10. benedictus qui venit in nomine Domini:

benedictum quod venit Regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis.

LUCAS.

Cap. XIX.

36. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.

37. Et, cùm appropinquaret jam ad descensum Montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magnâ super omnibus, quas viderant, virtutibus,

38. dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini: pax in cœlo & gloria in excelsis.

39. Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.

40. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia, si hi tacuerint, lapides clamabunt.

JOANNES.

Cap. XII.

13. acceperunt, ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Israël.

14. Et invenit Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est:

15. Noli timere, filia Sion: ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.

16. Hæc non cognoverunt discipuli ejus primùm: sed, quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis.

18. Propterea & obviam venit ei turba: quia audierunt eùm fecisse hóc signum.

19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit.

---

tum hunc suum illi secundet ex alto Numen, cui in cœlo propterea ab Angelis quoque debitæ laudes & grates rependantur. Felix sit regnum Messiæ, oriundi à Rege Davide; quod auctoritate Dei, non hominum, constitutum est. Deus è cœlo id secundet. Quæ voces cùm increbrescerent, summopere displicebant Pharisæis nonnullis, qui aderant, & Jesum adierunt, monueruntque ut eas compesceret quasi falsas, aut seditiosas. At Jesus, si hisce, inquit, silentium imposuero, lapides ipsi, ut ita loquar, tacentibus hominibus, exclamabunt; quo responso significabat rem esse usque adeò manifestam, ut lapides propemodum essent habendi, non homines, qui etiamnum in meridiana luce cæcutiebant. Pharisæi verò monuerunt Synedrium, cunctando nihil profici; nam in dies plures Jesum adsectari, ideòque quàm primùm esse comprehendendum.

Cùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXI.	Cap. XI.	Cap. XIX.	
		41. Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, 42. Λέγων· Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου· 43. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σε, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν· 44. Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου.	
10. Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα· Τίς ἐστιν οὗτος; 11. Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας.			
12. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς.	15. Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε. 16. Καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ.	45. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας.	
13. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν. 14. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. 15. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, ἠγανάκτησαν. 16. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· Ναί. οὐδέποτε ἀνέγνωτε· Ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;	17. Καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς· Οὐ γέγραπται· Ὅτι ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.	46. Λέγων αὐτοῖς· Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.	

Cùm verò Jesus è propinquo urbem intueretur, lacrimas coërcere non potuit, cùm animo præviderct calamitates, quas contumaciâ suâ sibi erant contracturi Jerosolimitæ. Tum in hæc verba erupit: O utinam vel tu, ex omnibus Judæorum oppidis, hoc tempore quo ad pœnitentiam vocaris & quo etiamnum licet resipiscentiâ pœnas fugere, ad animum revocares ea quæ faciunt ad incolumitatem tuam! Verùm illa animi tui aciem, pravis affectibus retusam, fugiunt. Aderit enim, aderit, te aures obturante omnibus divinis monitis, tempus quo hostes tui te arctâ obsidione cingent, atque undequaque acriter oppugnabunt; deinde captam solo æquabunt, incolásque tuos occident, & usque adeò in tua rudera sævient, ut ne ullum quidem murum stantem intra tuum ambitum sint relicturi. Quæ omnia mala tibi contingent, quia tempus, quo ad saniorem mentem revocaris à Dei ministris, frustra præterlabi siveris.

Jesu autem urbem ingresso, tantâ multitudine eum comitante, tota Jerosolima commota est, quærebántque ab aliis alii, quis tandem esset ille Jesus, ad quem tanti undique fiebant concursus. Respondebat verò multitudo, cum eo ingressa, esse Jesum Nazarenum, Prophetam ex Galilæa. Jesus autem rectâ ad Templum contendit, in quo cùm invenisset mercatores qui victimas ac præsertim columbas ac turtures vendebant, & numularios; eos, quod & olim fecerat, (*Cap.* XI.) cœpit ejicere ex Templo, evertitque mensas numulariorum, & sellas eorum

MATTHÆUS. Cap. XXI.	MARCUS. Cap. XI.	LUCAS. Cap. XIX.	JOANNES.
		41. Et, ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam dicens: 42. Quia si cognovisses & tu; & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi! Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. 43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique; 44. & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.	
10. Et cùm intrasset Jerosolimam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? 11. Populi autem dicebant: Hic est Jesus Propheta à Nazareth Galilææ.			
12. Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit,	15. Et veniunt Jerosolimam. Et, cum introisset in templum, cœpit ejicere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit: 16. & non sinebat ut quisquam transferret vas per templum.	45. Et, ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes,	
13. & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.	17. Et docebat, dicens eis: Nonne scriptum est: Quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum.	46. dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.	
14. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanavit eos. 15. Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt; 16. & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique numquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?			

rum qui victimas vendebant. Nec patiebatur quemquam illic emere aut vendere, aut vas ullum per Templum ferre, quod ad illorum hominum quæstum pertineret. Tum etiam eos castigabat, in memoriam revocans loca Prophetarum, (*Esai. LVI.*, 7. *Jerem. VII*, 11.) dicentium Templum Jerosolimitanum, apud omnes gentes, habitum quasi locum fundendis precibus & cultui divino dumtaxat consecratum; sed ab ipsis Jerosolimitis mutatum esse veluti in speluncam latronum. Quod faciebant, dum mercaturam in eo exercerent, rem fallacissimam & fraudibus refertam.

Cùm autem Jesu adventus in Templum in urbe auditus fuisset, eò confluxerunt cæci & claudi, quos ille sibi oblatos omnes curabat. Quamobrem pueri, in ipso Templo, clamabant: Felix, faustúsque sit adventus Jesu, à Davide oriundi. Quæ cùm viderent atque audirent principes Sacerdotum, & Legis periti, vehementer cùm Jesu, tum pueris indignabantur. Itaque Jesum adierunt, ut monerent eum de comprimendis puerorum adclamationibus; & audisne, inquiunt, importunos atque inanes puerorum clamores? cur verò eos non coërces? Respondit Jesus se eos probè audire, nec esse cur puerorum laudes ab iis contemnerentur, cùm Psaltes (*Ps. VIII*, 3.) dicat Deum *ex ore puerorum & lactentium laudes sibi parare.*

Eorum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XIX.	CAP. XII.

LUCAS, Cap. XIX.

47. Καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ·

48. Καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

JOANNES, Cap. XII.

20. Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ·

21. Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν.

22. Ἔρχεται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ.

23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων. Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

24. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει.

25. Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

26. Ἐὰν ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· καὶ ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ.

27. Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην.

28. Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα· Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.

Eorum molitiones nequaquam veritus perrexit, usque ad Paschá, quotidie populum, ad se confluentem, in Templo docere; quamvis non ignoraret à Synedrio rationem quæri, quâ è medio tolli posset. Sed cùm tumultum plebis metueret, quæ ab ore Jesu pendebat, ejus admiratione capta, Prophetámque eum esse censebat, non satis expediebat quâ arte Jesum esset aggressurum.

CAPUT LIII.

Græci quidam cupiunt Jesum videre. Oratio Christi de sua morte, déque incredulitate Judæorum; quâ habitâ, vesperi redit Bethaniam.

ERANT tunc temporis Jerosolimæ Græci quidam, qui Judaïcam quidem circumcisionem non susceperant, sed veri tamen Dei timentes erant. Quare, tempore Paschalis festi, Jerosolimam se contulerant, ut in Templo Deum adorarent. Hi cùm multa audirent de Jesu, Philippum Bethsaïdensem convenerunt, orarúntque ut ejus operâ Jesum viderent. Ille cùm nesciret an Jesus à Græcis conveniri vellet, rem ad Andream retulit, atque ambo Magistrum adierunt, eique quod Græci illi cupiebant exposuerunt. Quibus respondit Jesus, in hanc sententiam, ex qua intelligere poterant eum non obstare quo minùs Ethnici ad se accederent; sed eos falli si se quasi hominem terrestre regnum affectantem visuri venissent. Instat, inquit, tempus, quo ad summum gloriæ apicem extolli oportet eum, qui vulgò homo ex plebe habetur, Ethnicisque, non secus ac Judæis, innotescere. At profectò, quemadmodum nisi granum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XIX.	Cap. XII.
		47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum, & Scribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere; 48. & non inveniebant quid facerent illi, omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.	20. Erant autem quidam Gentiles, ex his qui adscenderant, ut adorarent in die festo. 21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jesum videre. 22. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Jesu. 23. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. 24. Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. 25. Qui amat animam suam, perdet eam: &, qui odit animam suam, in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. 26. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. 27. Nunc anima mea turbata est: Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora: sed propterea veni in horam hanc. 28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificavi, & iterum clarificabo.

tritici terræ commissum putrescat, nullos profert fructus; si verò putrescat plantam emittit, in qua multa sunt grana: sic & me necesse est mori, ac sepeliri, antequàm mihi discipulos ex numero Ethnicorum adjungam. Qua in re, oportet discipulos meos exemplum meum sequi; quisquis enim vitæ hujusce cupidior, ut eam conservet, ab Evangelio deficiet, is vitam æternam amittet: ut contrà quicumque, Evangelii causâ, vitæ suæ veluti prodigus fuerit, quasi lucem odio haberet, brevem hancce vitam cum æterna permutabit, nedum ut quidquam amisisse censeri queat. Quisquis se ministrum meum profitebitur, eum oportet exemplum meum sequi; atque is minister in æternæ beatitudinis sedibus, post hanc vitam mortalem, mecum versabitur. Quicumque enim fidi mei ministri munere rectè defunctus fuerit, is æternam gloriam à Patre meo consequetur. Neque putet me ab eo iniqua postulare, quòd velim eum, cum summo doloris sensu, ea perpeti, quæ ego absque ullo ejusmodi sensu subibo; non diffitebor, cùm animo intueor probra & cruciatus quæ mihi erunt brevi ferenda, me totum commoveri & cohorrescere. Quid igitur? An propterea Patrem orabo, ut me liberet ab imminentibus illis malis? Atqui ideò veni in terras, ut ea paterer. Verùm, ô Pater, inquit, oratione ad Deum conversâ, ostende hisce hominibus me non falsò nomine tuo ad eos venisse. Quæ verba vix protulerat, cùm ecce vox ingens ac tonitru similis è nubibus est audita, respondentis Dei, in hanc sententiam: hoc jam multis miraculis ostendi, atque iterum ostendam.

E mul-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XII. 29. Ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι· ἄλλοι ἔλεγον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. 30. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν· Οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. 31. Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. 32. Κἀγὼ, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. 33. (Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.) 34. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος· Ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου; 35. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι· περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. 36. Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν. 37. Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν· 38. Ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; 39. Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας· 40. Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

E multitudine verò, quæ aderat, qui non adsequuti sunt verba, tonitru esse crediderunt; alii verò contenderunt vocem fuisse Angeli, Jesum alloquentis.

Ille autem, hæc vox, inquit, non est à Deo emissa, ut ex ea ipse intelligerem me illi curæ esse, neque enim ea de re dubitabam; sed propter vos, ut sciatis verè me à Deo missum fuisse. Nunc demum Deus pœnas sumere incipiet de Idololatris, ceterisque pravis hominibus; & Cacodæmon, qui iis præest, ex imperio, quod sibi usurpavit, luce Evangelii per totum terrarum orbem circumlatâ, deturbabitur. Postquàm sublatus fuerit homo, qui pebeius nunc censetur, ex omnibus gentibus homines ad se alliciet; qui, luce cœlesti collustrati, Cacodæmoni, omnibúsque ejus institutis nuntium remittent.

Cùm autem se tollendum dicebat, innuebat genus mortis, quod ipsum manebat. Quod intelligentes nonnulli, ex circumstante multitudine, à Scriptura, inquiunt, accepimus Messiam in æternum esse victurum. Qui ergo fieri potest ut in crucem tollatur is, quem ais hominem plebeium haberi, quâ circumloquutione te ipse designare soles, quem multi Messiam esse contendunt? Aut éstne alius, quem appellatione illâ denotas, qui nobis nondum innotuerit. Respondit Jesus, non inani eorum quæstioni, sed ea ex quibus intelligere poterant non temerè ipsum dixisse se esse tollendum. Per breve adhuc, inquit, tempus vobis lux hæc, quam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XII.
			29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant: Angelus ei loquutus est.
			30. Respondit Jesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.
			31. Nunc judicium est mundi: nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras.
			32. Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.
			33. (Hoc autem dicebat, significans quâ morte esset moriturus.)
			34. Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?
			35. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris nescit quò vadat.
			36. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc loqnutus est Jesus, & abiit, & abscondit se ab eis.
			37. Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:
			38. ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?
			39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias:
			40. Excæcavit oculos eorum: & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanem eos.

quam nunc videtis, fulgebit. Itaque dum ea fruimini, quàm primùm date operam ut intelligatis quid sit vestri officii, & ad doctrinam meam mores vestros exigatis. Quicumque enim, in tenebris ignorantiæ, in quibus versamini, quodlibet vitæ iter ingreditur, in maximo est errandi periculo. Dum itaque lux vobis illucet, eâ, ut par est, utamini; ut nihil indignum iis, qui luce cœlesti collustrati sunt, faciatis.

Hæc cùm dixisset Jesus, abiit è Templo, ac se se iis hominibus ad breve tempus, urbe egressus, subduxit. Illi verò quamquam multa viderant Jesu miracula, ei fidem habere noluerunt; ita ut, tunc temporis, idem contigerit, quod olim ætate suâ evenisse conquerebatur Esaïas Propheta, hisce verbis: (*Cap. LIII*, 1.) *Quis credidit sermoni nostro? Cui brachium Domini revelatum est?* Noluerunt autem credere Jesu, nec profectò poterant, dum erant eâ indole præditi, qualem idem Propheta ita descripsit: *excæcavit eorum oculos, & obduravit eorum animos; ut ne videant oculis, néve intelligant animo, convertantúrque ad saniorem mentem & eos curem*; (*Cap. VI*, 9.) quibus verbis significavit Esaïas fore ut essent homines usque adeò contumaces, ut ea quæ apta nata erant collustrandis eorum animis, contrarium prorsus effectum essent sortitura; ita ut iis contumaciores fierent, nec magis uterentur in salutis æternæ negotio, sensibus atque ingenio, quàm si iis destituti fuissent.

Hæc

MATTHÆUS.

CAP. XXI.

17. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν·

18. Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε.

MARCUS.

CAP. XI.

11. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα.

12. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε.

LUCAS.

JOANNES.

CAP. XII.

41. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.

42. Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται.

43. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

44. Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε καὶ εἶπεν· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με.

45. Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με.

46. Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ.

47. Καὶ ἐάν τίς μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

48. Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

49. Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα· ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.

50. Καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν· ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτω λαλῶ.

Hæc autem habentur apud Esaïam, eo prophetiarum ejus loco, quo Messiæ futura gloria describitur. Attamen nonnulli etiam ex Synedrio crediderunt Jesum à Deo missum fuisse; quamquam, propter sectam Pharisæorum ei infensissimam, non profitebantur quod sentiebant; ne ex hominum consortio, more Judaico, ab iis ejicerentur. Malebant enim dignitatem suam, apud homines, tueri; quàm Deo honorem, quem ei debebant, admisso Jesu quasi Messiâ, palam exhibere.

Sub vesperam verò Jesus iterum est Jerosolimam ingressus, atque in Templum quidem se denuò contulit; ubi cùm omnia circumspexisset, neque eosdem homines videret, cœpit magnâ voce Judæos adhortari, ut, exutâ contumaciâ, tandem ipsius sermonibus crederent; Qui, inquiebat, mihi fidem habet, non tam mihi credit, quàm Deo qui me misit, & qui miraculis, quorum edendorum potestatem mihi fecit, ostendit me non falsò ab eo mandata proferre. Qui mea miracula contemplatur, eadem operâ potentiam Dei, qui me misit, contemplatur. Ego ad homines veni quasi lux, tenebras ignorantiæ omnium mihi fidem habiturorum discussura. Si quis meis sermonibus auditis fidem detrahit, ego quidem nunc ab eo pœnas non sumam; neque enim veni in terras, ut, dum in iis versor, ab hominibus incredulis supplicium exigam; sed potiùs ut eos vitiis ac pœnis eripiam, si modò mihi fidem habere velint. Quicumque me indignum judicat, qui audiar, & sermonibus meis credendum esse negat; is, vel me tacente, habebit qui pœnas aliquando ab eo sumat. Ipsi illi sermones,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XII.
			41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, & loquutus est de eo. 42. Verumtamen & ex Principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur. 43. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.
	CAP. XI. 11. Et introivit Jerosolimam in templum: &, circumspectis omnibus,		44. Jesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me: 45. & qui videt me, videt eum, qui misit me. 46. Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. 47. Et, si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum; non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum. 48. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum: sermo, quem loquutus sum, ille judicabit eum in novissimo die. 49. Quia ego ex me ipso non sum loquutus; sed, qui misit me, Pater ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar: 50. & scio quia mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergo loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.
CAP. XXI. 17. Et, relictis illis, abiit foras extra Civitatem, in Bethaniam: ibíque mansit.	cùm jam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.		
18. Mane autem revertens in Civitatem, esuriit;	12. Et alia die cùm exirent à Bethania esuriit;		

nes, quos vobis audientibus habui, ultimi judicii die contumaces veluti suppliciis addicent; quandoquidem ex iis liquebit quæ hominum fuerit pertinacia. Neque enim quidquam dixi sponte meâ, & quod commentus fuerim; sed tantùm mandata à Patre accepta, vobis audientibus, exposui. Scio horum dumtaxat ejus mandatorum observationem tutissimam esse ad vitam æternam viam; eáque profero, quemadmodum à Patre accepi. Cùm hæc dixisset Jesus, post solis occasum egressus est Jerosolimâ, ut iret Bethaniam, unà cum duodecim Apostolis; nondum enim aderat tempus, quo se crudelitati Synedrii permittere statuerat.

CAPUT LIV.

Jesus Bethaniâ rediens Jerosolimam malè precatur sterili ficui, quæ exsiccatur. Sermones habet de fide, & de condonandis delictis. Interrogatus de auctoritate, quâ doceret, os occludit Synedris, quorum ingenium Apologis describit, irámque in se provocat.

Postridie seu a. d. XI. Calendas Apriles, Jesus summo mane, unà cum Apostolis, Bethaniâ Jerosolimam rediit; cúmque esuriret, conspicatus procul ficum, foliis instructam,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXI.	Cap. XI.		
19. Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον·	13. Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.		
καὶ λέγει αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα·	14. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς καρπὸν φάγοι. Καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.		
Καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ.			
	18. Καὶ ἤκουσαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν· ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.		
	19. Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως.		
	20. Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν.		
20. Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ, ἐθαύμασαν, λέγοντες· Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ;			
	21. Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· Ῥαββὶ, ἴδε, ἡ συκῆ ἣν κατηράσω, ἐξήρανται.		
21. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται.	22. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Ἔχετε πίστιν Θεοῦ· 23. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνεται· ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.		
22. Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ, πιστεύοντες, λήψεσθε.	24. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν·		
	25. Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος· ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν.		
	26. Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.		

ex quibus intelligere licebat eam esse ex eo ficuum genere, quæ præcoces fructus ferunt, ad eam ivit ut ficus in ea quæreret; sed nullos invenit, nam tempestas illa ficuum ferax non fuerat. Quod cùm videret Jesus, occasionem arripuit effingendæ sortis Judæorum, à quibus virtutis fructus frustra eo ævo exspectaverat; itaque clarâ voce, ita ut exaudirent Apostoli, nemo, inquit, ô ficus, umquam fructus ex te comedat. Quibus verbis prolatis, illico exsiccari cœpit ficus.

Cùm verò audissent Synedrii Adsessores varios Jesu sermones, quibus eorum contumaciam atque impietatem castigabat, consilia agitabant de eo tollendo; sed verebantur ne oriretur tumultus quia norant illum esse admirationi multitudini. At Jesus se se iis non committebat, nisi interdiu, & singulis noctibus Jerosolimâ exibat, ne clam opprimi posset. Tum mane in urbem solebat redire. Igitur cùm postridie mane rediret, transiretque per eamdem viam, per quam pridie transierat, viderunt Apostoli ficum, de qua modò diximus, prorsus aridam, quod

MATTHÆUS. Cap. XXI.	MARCUS. Cap. XI.	LUCAS.	JOANNES.
19. & videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea, nisi folia tantùm,	13. cùm vidisset à longè ficum, habentem folia, venit, si quid fortè inveniret in ea: &, cùm venisset ad eam, nihil invenit præter folia;		
☞	non enim erat tempus ficorum.		
& ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum.	14. Et respondens dixit ei: Jam non ampliùs in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli ejus.		
Et arefacta est continuò ficulnea.	☜		
☞	18. Quo audito, Principes Sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam universa turba admirabatur super doctrina ejus. 19. Et, cùm vespera facta esset, egrediebatur de civitate. 20. Et, cùm mane transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus:		
20. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuò aruit?	☜		
☞	21. & recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit.		
21. Respondens autem Jesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fiet;	22. Et respondens Jesus ait illis: Habete fidem Dei: 23 amen dico vobis; quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei.		
22. & omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis.	24. Propterea dico vobis, omnia, quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis.		
☞	25. Et, cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus aliquem, ut Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. 26. Quod si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra.		

quod summopere mirati sunt. Quin etiam Petrus, vide, inquit, Magister, ficum, cui imprecatus es heri, ut penitus exaruit. Jesus verò reposuit, non esse cur mirarentur exaruisse ficum, se imperante; si enim Deo pollicito se omnia facturum, iis orantibus, fidem minimè vacillantem haberent, juberentque vel montem Oliveti in mare transferri, id futurum esse. Se autem iis confirmare quæcumque à Deo precibus peterent, minimè dubitantes de ejus potentia, & prolixo in se animo, ea accepturos. At subjecit, si vellent remissionem peccatorum ab eo impetrare, hanc legem iis imponi, ut hominibus delicta in se ignoscant; quod si facerent, remissionem etiam peccatorum suorum à Patre Cœlesti impetraturos; sin minùs, Deum iis minimè delicta condonaturum.

MATTHÆUS.

Cap. XXI.

23. Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ,

λέγοντες· Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

24. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα· ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ·

25. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες· Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ἡμῖν· Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

26. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· φοβούμεθα τὸν ὄχλον· πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην.

27. Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ, εἶπον· Οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτός· Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

28. Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο, καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε· Τέκνον, ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου.

29. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε.

30. Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἐγὼ κύριε. καὶ οὐκ ἀπῆλθε.

31. Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; Λέγουσιν αὐτῷ. Ὁ πρῶτος. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

MARCUS

Cap. XI.

27. Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατοῦντος αὐτοῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι.

28. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν ἵνα ταῦτα ποιῇς;

29. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ ἀποκρίθητέ μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

30. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

ἀποκρίθητέ μοι.

31. Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· Ἐὰν εἴπωμεν· ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ· Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

32. Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο τὸν λαόν· ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν.

33. Καὶ ἀποκριθέντες, λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· Οὐκ οἴδαμεν· Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτοῖς· Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Cap. XII.

1. Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν·

LUCAS.

Cap. XX.

1. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, διδάσκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εὐαγγελιζομένου, ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς σὺν τοῖς Πρεσβυτέροις

2. Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες· Εἰπὲ ἡμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

3. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ εἴπατέ μοι·

4. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

5. Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ· Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

6. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν· Ἐξ ἀνθρώπων, πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι.

7. Καὶ ἀπεκρίθησαν μὴ εἰδέναι πόθεν.

8. Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

9. Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν ταύτην·

JOANNES.

Cap. XX.

Verùm ut redeamus ad ea quæ pridie dixerat Jesus, cùm malè precatus ficui & ingressus urbem in Templum ivisset, atque in eo cum discipulis ambularet, ac eos doceret, ad eum venerunt Judææ Gentis proceres, principes Sacerdotum, Legis periti, & Synedri alii; interrogaruntque eum quâ potestate, & à quo acceptâ, expulisset Mercatores ex Templo, atque in eo palam doceret? Respondit verò Jesus, sibi quoque esse quæstionem, quam eis proponere cupiebat, & quâ ab iis solutâ responsurus etiam ipse erat eorum quæsitis. Tum dixit, se velle ab iis scire, quid sentirent de facto Joannis Baptistæ, qui Judæos ad pœnitentiam vocaverat & quasi Proselytos abluerat; utrum crederent ita eum se gessisse, humano consilio, an verò mandatis à Deo acceptis. Proceres Judæi, hac auditâ quæstione, apud animum suum reputabant, si responderent, eum mandata à Deo accepisse, quæsiturum continuò Jesum, cur igitur ei fidem non habuissent. Sin verò dicerent Joannem, suo ipsius consilio, ea aggressum esse facere; universam multitudinem populi graviter offensum iri, cùm persuasum haberet Joannem verum Prophetam fuisse. Igitur tutius existimarunt respondere, se nescire. At verò Jesus illico regessit, quandoquidem, illis nescientibus quo jure Joannes ad se venientes ablueret, hoc tamen illi licuerat, nec quisquam eum ad rationem facti reddendam vocarat; se

MATTHÆUS.

Cap. XXI.

23. Et, cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, Principes Sacerdotum, & Seniores populi,

dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem?

24. Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio.

25. Baptismus Joannis unde erat: è cœlo, an ex hominibus?

At illi cogitabant inter se, dicentes:

26. Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis? Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam; omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam.

27. Et respondentes Jesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.

29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentiâ motus, abiit.

30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo, Domine, & non ivit.

31. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos in Regnum Dei.

MARCUS.

Cap. XI.

27. Et veniunt rursus Jerosolimam. Et, cùm ambularet in templo, accedunt ad eum summi Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores,

28. & dicunt ei: In qua potestate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc potestatem ut ista facias?

29. Jesus autem, respondens, ait illis: Interrogabo vos & ego unum verbum, & respondete mihi; & dicam vobis in qua potestate hæc faciam.

30. Baptismus Joannis, de cœlo erat, an ex hominibus,

respondete mihi?

31. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus: De cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis ei?

32. Si dixerimus: Ex hominibus, timemus populum; omnes enim habebant Joannem quia verè Propheta esset.

33. Et, respondentes, dicunt Jesu: Nescimus. Et respondens Jesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc faciam.

Cap. XII.

1. ET cœpit illis in parabolis loqui:

LUCAS.

Cap. XX.

1. ET factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & evangelizante, convenerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ cum Senioribus,

2. & aiunt, dicentes ad illum: Dic nobis in qua potestate hæc facis aut qui est, qui dedit tibi hanc potestatem?

3. Respondens autem Jesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego unum verbum: respondete mihi:

4. Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?

5. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus: De cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi?

6. Si autem dixerimus: Ex hominibus, plebs universa lapidabit nos; certi sunt enim Joannem prophetam esse.

7. Et responderunt se nescire unde esset.

8. Et Jesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc:

JOANNES.

---

se non videre cur necesse haberet iis dicere quâ potestate faceret ea, quæ eum in Templo agentem viderant.

Deinde Apologis indolem contumacium Judæorum, ut ex iis intelligerent quid sui esset officii, describere cœpit. Quid vobis, inquiebat, videtur de eo quod narrabo? Erant viro cuidam duo filii, quorum unum jussit ire in vineam, ut operi rustico incumberet. Ille verò illico quidem negavit se iturum, sed postea pœnitentiâ ductus eò se contulit, ut patri pareret. Idem etiam alterum jussit pater, isque blando responso pollicitus est se iturum, nec tamen ivit. Uter ex hisce duobus paruit patri? Prior, inquiunt illi. Jesus verò, similiter, inquit, publicani & meretrices, qui palam bonos mores ejuraverunt, vos, qui probitatem & sanctitatem vitæ præ vobis fertis, antecellunt ad Regnum Cœleste, seu ad veram Religionem quod attinet.

Venit

MATTHÆUS. Cap. XXI.

32. Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.

33. Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε. Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.

34. Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργοὺς, λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ.

35. Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν.

36. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων· καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.

37. Ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· Ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

38. Οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

39. Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.

40. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;

41. Λέγουσιν αὐτῷ· Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν.

☞

MARCUS. Cap. XII.

Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμὸν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε.

2. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος.

3. Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν, ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν.

4. Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον.

5. Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε· κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες.

6. Ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων· Ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

7. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτούς· Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία.

8. Καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

☜

9. Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος;

☜

Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.

☜

☞

LUCAS. Cap. XX.

Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς.

10. Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δῶσιν αὐτῷ. οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστειλαν κενόν.

11. Καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες ἐξαπέστειλαν κενόν.

12. Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον.

13. Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος· Τί ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται.

14. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία.

15. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν.

☜

Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος;

☜

16. Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.

☜

Ἀκούσαντες δὲ εἶπον· Μὴ γένοιτο.

JOANNES.

Venit enim ad vos vir sanctissimus Joannes Baptista, qui vos ad pœnitentiam vocavit, ut parati essetis excipiendo religiosè Regno Cœlesti, mox patefaciendo, verùm ei fidem detraxistis. Publicani verò & meretrices ei crediderunt, atque ad meliorem frugem redierunt. Quorum tamen exemplo adduci non potuistis ut, mutatis judiciis quæ de Joanne tuleratis, ei fidem haberetis.

Tum alterum subjecit Apologum, &, pater familias, inquit, quidam plantaverat vineam, cui sepem circumdederat; torcularque in ea fecerat, & domum ad eam ædificaverat, ut necessariis omnibus rebus esset instructa. Dein cùm peregrè ei esset abeundum, eam vinitoribus colendam commisit, & profectus est. Tempore verò vindemiarum, servos misit ad vinitores, qui fructus vineæ ab iis acciperent. At vinitores eos fustibus ceciderunt, & vacuos ad herum remiserunt. Misit iterum alios pater familias, quos lapidibus exceptos à vinea abegerunt, & male mulctarunt. Attamen ille alios plures misit, quorum vinitores alios verberarunt,

MATTHÆUS. Cap. XXI.	MARCUS. Cap. XII.	LUCAS. Cap. XX.	JOANNES.
32. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem, & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.			
33. Aliam parabolam audite: Homn erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrè profectus est.	Vineam pastinavit homn & circumdedit sepem, & fodit lacum, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrè protectus est.	Homo plantavit vineam, & locavit eam colnnis: & ipse peregrè fuit multis temporibus.	
34. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset; misit servos suos ad agricolas, nt acciperent fructus ejus.	2. Et misit ad agricolas in tempore servum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ.	1n. Et in tempore misit ad cultures servum, ut de fructu vineæ darent illi:	
35. Et agricolæ, apprehensis servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt.	3. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt vacuum.	qui cæsum dimiserunt eum inanem.	
36. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.	4. Et iterum misit ad illos alium servum, & illum in capite vulneraverunt, & contumeliis affecerunt.	11. Et addidit alterum servum mittere: Illi autem hunc quoque cædentes, &, afficientes contumeliâ, dimiserunt inanem.	
	5. Rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios, quosdam cædentes, alios verò occideotes.	12. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes ejecerunt.	
37. Novissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum.	6. Adhuc ergo, unum habens filium carissimum, & illum misit ad eos novissimum, dicens: Quia reverebuntur filium meum.	13. Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan, cùm hunc viderint, verebuntur.	
38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem ejus.	7. Coloni autem dixerunt ad invicem: Hic est heres: venite, occidamus eum, & nostra erit hereditas.	14. Quem cùm vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes: Hic est heres, occidamus illum, ut nostra fiat hereditas:	
39. Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam & occiderunt.	8. Et, apprehendentes eum, occiderunt: & ejecerunt extra vineam.	15. &, ejectum illum extra vineam, occiderunt.	
40. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?	☜ 9. Quid ergo faciet Dominus vineæ?	☜ Quid ergo faciet illis Dominns vineæ?	
41. Aiunt illi:	☜	☜	
Malns malè perdet; & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.	Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam aliis. ☜	16. Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. ☜	
☞	☞	Quo audito, dixerunt illi: Absit.:	

runt, alios vulneratos dimiserunt; alios denique occiderunt. Supererat patri familias filius unicus, quem ultimum tandem omnium ad eos misit, ratus contumaces illos vinitores reverentiâ filii sui ductum iri. Verùm eo conspecto, consilium ceperunt ejus interficiendi; quòd, nempe, herede occiso, putarent se vineæ dominos futuros. Itaque vi ejectum è vinea trucidarunt.

Quæro nunc à vobis, quas censeatis patrem familias reducem pœnas sumturum de sceleratis illis vinitoribus? Eos omnes, inquiunt, prout meriti sunt, occidet, vineámque colendam aliis vinitoribus tradet; qui ejus fructus suo tempore, majori cum fide, patrifamilias reddent.

Hoc responsum cùm accepisset Jesus, dixit eamdem sortem manere contumaces Judæos. Quo ejus judicio audito, absit, inquiunt, ut tuæ minæ in nobis impleantur! At Jesus ostendit

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXI.	Cap. XII.	Cap. XX.	
42. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς·		17. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς, εἶπε·	
Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;	10. Οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. 11. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη· καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;	Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;	
43. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς·			
44. Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.		18. Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.	
46. Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι,	12. Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι·	19. Καὶ ἐζήτησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ·	
ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους,	καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον·	καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν·	
ἐπειδὴ ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.			
45 Καὶ ἀκούσαντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει.	ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε·	ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε.	
	καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.		
Cap. XXII.			
1. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς, λέγων· 2. Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ· 3. Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους· καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. 4. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων· Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις· Ἰδοὺ, τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους· 5. Οἱ δὲ ἀμελήσαντες, ἀπῆλθον· ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ. 6. Οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν. 7. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη· καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε.			

dit nihil ſe contumacibus minari, quod non eſſet olim prædictum, loco Pſaltæ: *lapis quem ædificantes repudiarunt, factus eſt caput anguli. Res hæc à Domino profecta eſt, & mirabilis eſt in oculis noſtris.* Addidit Jeſus, ideò quia hunc lapidem rejiciebant, Regnum Dei, hoc eſt, veram Religionem, quâ Deus regnat in hominum animis, iis ſublatum iri, & fore poſtea gentis, quæ ad eam mores ſuos, ut par eſt, componeret. Iterúmque ad locum Pſaltæ memoratum, verbáque Eſaiæ Prophetæ (*Cap.* VIII. 15.) reſpiciens, dixit eum qui in hunc lapidem incideret vulneratum, eum verò, in quem lapis ipſe caderet contritum iri.

Quibus auditis, Judæorum proceres deliberarunt de eo illico comprehendendo; verùm auſi non ſunt, ne in ſe concitarent multitudinem, à qua Jeſus Propheta habebatur; quamvis probè intellexiſſent orationem Jeſu ad ſe pertinere, & minas ab eo ſibi intendi.

At Jeſus tertium adjecit Apologum, quo idem non obſcurè innuebat. Ratio, inquit, quâ excipi-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXI.	CAP. XII.	CAP. XX.	
42. Dicit illis Jesus:		17. Ille autem adspiciens eos ait:	
Numquam legistis in Scripturis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.	10. Nec Scripturam hanc legistis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: 11. à Domino factum est istud; & est mirabile in oculis nostris?	Quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli:	
43. Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.			
44. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.		18. Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum?	
46. & quærentes eum tenere,	12. Et quærebant eum tenere,	19. Et quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus illâ horâ;	
timuerunt turbas.	& timuerunt turbam;	& timuerunt populum:	
quoniam sicut Prophetam eum habebant.			
45. Et, cùm audissent Principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret;	cognoverunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit: Et, relicto eo, abierunt.	cognoverunt enim quòd ad ipsos dixit similitudinem hanc.	
CAP. XXII.			
1. ET respondens Jesus dixit iterum in parabolis eis, dicens:			
2. Simile factum est Regnum cœlorum Homini Regi, qui fecit nuptias filio suo,			
3. & misit servos suos vocare invitatos ad nuptias; & nolebant venire.			
4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.			
5. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam:			
6. reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt.			
7. Rex autem cùm audisset iratus est: &, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.			

excipitur doctrina Regni Cœlestis, similis est ei quod contigit Regi cuipiam, qui convivium nuptiale filii celebrabat, ad quod incolas oppidi cujusdam vocarat. Misit ille, instante convivii tempore, servos ad eos quos vocaverat, ut ad convivium venirent, sed noluerunt. Quod cùm audiret, alios denuo misit servos, qui nuntiarent omnia esse parata, mactatos esse dudum tauros, ut & altilia convivii causâ saginata, adeóque tempus esse quamprimùm veniendi ad nuptias. At illi, neglectâ iteratâ invitatione, abierunt alii quidem in villas, alii verò ad negotiationem suam. Quin & nonnulli servos ad se missos malè habuerunt atque interfecerunt. Quâ superbiâ atque crudelitate auditâ, Rex iratus immisit milites, qui homicidas illos pari supplicio affecerunt, eorúmque urbem incenderunt.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

MATTHÆUS — Cap. XXII.

8. Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ· Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι.

9. Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ ὅσους ἂν εὕρητε, καλέσατε εἰς τοὺς γάμους.

10. Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων.

11. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου·

12. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐφιμώθη.

13. Τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις· Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

14. Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

15. Τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι, συμβούλιον ἔλαβον ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ.

☞ 16. Καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ ☞ τοὺς μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν, ☞ λέγοντες· Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων.

17. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ;

MARCUS — Cap. XII.

☞ 13. Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτὸν ☞ τινὰς τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ. ☞

14. Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;

LUCAS — Cap. XX.

20. Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ☞ ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος.

21. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις·

22. Ἔξεστιν ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ;

Tum dixit servis suis, paratum quidem fuisse convivium, sed convivas eo dignos non fuisse; quamobrem jubebat eos in compita confestim ire, atque vocare ad cœnam omnes in quos illic inciderent. Egressi itaque in compita regii servi omnes, qui sibi illic occurrerunt, ad convivium vocarunt, malos æquè ac bonos, ita ut conclave in quo convivium paratum erat convivis refertum esset. Dein Rex in id conclave ingressus, ut videret convivas, deprehendit illic inter alios hominem sordidis vestibus indutum; quem his verbis aggressus est: heus tu, cur nuptialem vestem non induisti, antequàm huc venires? Ille verò pudore suffusus conticuit. Itaque Rex jussit hominem pedibus & manibus vinctum sublimem auferri, atque ejici regiâ lampadibus ac facibus collustratâ, in tenebras viæ publicæ; ubi fremitus ac ejulatus eorum, quia suâ culpâ ejiciendi essent convivio, erant audiendi. Similiter ubi sermo est de Regno Cœlesti, non immeritò dixerimus multos esse ad id vocatos, paucos verò qui ei invitationi, prout par est, obsequantur.

Pharisæi, aliique, qui audiverunt hosce sermones, quibus Jesus apertè Judæorum proceribus contumaciam exprobrabat, minásque à Deo intendebat, ab illo nonnihil secedentes, consilium ceperunt de eo, si fieri posset, verbis irretiendo; ita ut ex ejus ore quidpiam exculperent,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXII.			
8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. 9. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. 10. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. 11. Intravit autem Rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, 12. & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. 13. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 14. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. 15. Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, ut caperent eum in sermone.			
	CAP. XII.	CAP. XX.	
☞ 16. Et mittunt ei ☞ discipulos suos cum Herodianis, ☞	☞ 13. Et mittunt ad eum ☞ quosdam ex Pharisæis, & Herodianis, ut cum caperent in verbo, ☞	20. Et observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent, ☞ ut caperent eum in sermone, ut traderent illum Principatui & potestati Præsidis.	
dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum. 17. Dic ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dare Cæsari, an non?	14. qui venientes dicunt ei: Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam, nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces: Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus?	21. Et interrogaverunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam; sed viam Dei in veritate doces: 22. Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?	

culperent, ex quo ei invidiam apud plebem moverent, aut apud Præsidem Romanum eum accusarent.

CAPUT LV.

Subornantur à Judæorum proceribus homines, qui exquirant sententiam Jesu de solvendo Romanis tributo, quos prudenti responso coërcet. Tentatur à Sadducæis, quos confutat. Tum etiam Pharisæorum quæsitis satisfacit, quos vicissim quæstione de Messia proposita ad silentium adigit.

ITAQUE subornarunt homines, qui se bonos viros fingerent ac discendi cupidos, at quorum pars erat Pharisæorum placitis, pars Sadducæorum sectæ addicta. Hi se se ad Jesum contulerunt, ut ea ab illo exprimerent, quæ possent ad Procuratorem Cæsaris deferre; cui erant eum illico tradituri, ut pœnas de eo sumeret, si quid imprudentius de Romanorum potestate dixisset. Cùm ergo ad Jesum venissent, hisce verbis eum aggressi sunt, ut ejus animum sibi conciliarent: Novimus, Magister, te esse hominem veritatis amantem, & qui à nemine, ut eam dissimules aut oppugnes, quicumque tandem ille sit, adduci queas, téque divinas leges impavidè tueri. Quamobrem ad te venimus, sententiam tuam audituri de tributo, quod Romanis nunc solvimus.

MATTHÆUS. Cap. XXII.

18. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, εἶπε· Τί με πειράζετε ὑποκριταί;

19. Ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον.

20. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή;

21. Λέγουσιν αὐτῷ· Καίσαρος. Τότε λέγει αὐτοῖς· Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

22. Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

23. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ Σαδδουκαῖοι, οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτόν,

24. Λέγοντες· Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν· Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

25. Ἦσαν δὲ παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· καὶ ὁ πρῶτος, γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ μὴ ἔχων σπέρμα, ἀφῆκε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

26. Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά.

27. Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

28. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή; πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν.

29. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ.

MARCUS. Cap. XII.

15. Ὁ δὲ, εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς· Τί με πειράζετε; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω.

16. Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Καίσαρος.

17. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ.

18. Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτὸν, οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες·

19. Διδάσκαλε· Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

20. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα.

21. Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως.

22. Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα· ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

23. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα.

24. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ;

LUCAS. Cap. XX.

23. Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί με πειράζετε;

24. Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον· τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; Ἀποκριθέντες δὲ εἶπον· Καίσαρος.

25. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

26. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ· καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν.

27. Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων (οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι) ἐπηρώτησαν αὐτὸν,

28. Λέγοντες· Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν· Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

29. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος, λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος.

30. Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος.

31. Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ· καὶ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον.

32. Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

33. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα.

34. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται.

JOANNES.

Quærimus abs te, an, Deo propitio, fas sit Israëlitis peregrino Regi, qualis est Cæsar, tributum pendere, cùm Lege sancitum sit neminem nobis esse eligendum Regem, qui popularis noster non sit? At Jesus, callidâ eorum simulatione & nequitiâ intellectâ; quid mihi, inquit, ô simulatores virtutis, insidias struitis? Ostendite mihi denarios, quibus tributum Romanis pendere soletis. Illico protulerunt denarium Romanum, Imperatoris imagine & nomine signatum. Quo conspecto, quæsivit Jesus cujus esset ea imago, & quodnam nomen adscriptum. Responderunt imaginem, noménque esse Cæsaris. Itaque, inquit, solvite Cæsari quæ ad Cæsarem pertinent, quæ verò ad Deum Deo tribuite. Quibus verbis, missis abstrusioribus quæstionibus, non ambiguè significabat Judæos posse esse bonos ac religiosos viros, nec eo seciùs tributa potestati, cui dudum parebant, solvere. Sic insidiatores illi nullum ab eo extundere potuerunt verbum, coram populo qui hæc audiebat, ex quo eum apud Cæsaris Procuratorem calumniarentur. Imò etiam ejus responsum admirati abierunt.

Tum verò nonnulli Sadducæorum, qui negant immortalitatem animorum ac corporum resurrectionem, eum de sua sententia interrogandum duxerunt; cùm præsertim sperarent se ratiocinatione, quâ solebant negotium facessere Pharisæis, illi os occlusuros, atque hinc occasionem

MATTHÆUS. Cap. XXII.	MARCUS. Cap. XII.	LUCAS. Cap. XX.	JOANNES.
18. Cognitâ sutem Jesus nequitiâ eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ?	15. Qui, sciens versutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? ☜	23. Considerans sutem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? ☜	
19. Ostendite mihi numisma census.	Afferte mihi denarium, ut videam.	24. Ostendite mihi denarium.	
At illi obtulerunt ei denarium,	16. At illi attulerunt ei:	☜	
20. & ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio?	& ait illis: Cujus est imago hæc, & inscriptio.	Cujus habet imaginem & inscriptionem?	
21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. ☞	Dicunt ei: Cæsaris. 17. Respondens autem Jesus dixit illis: Reddite igitur, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. ☞	Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.	
22. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.	Et mirabantur super eo.	26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe: &, mirati in responso ejus, tacuerunt.	
23. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogaverunt eum,	18. Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum, dicentes:	27. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum,	
24. Dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo.	19. Magister, Moyses nobis scripsit, ut, si cujus frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo.	28. dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo.	
25. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ductâ, defunctus est: & non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo.	20. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est non relicto semine.	29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis.	
26. Similiter secundus, & tertius, usque ad septimum.	21. Et secundus accepit eam, & mortuus est, & nec iste reliquit semen, & tertius similiter;	30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio.	
27. Novissimè autem omnium & mulier defuncta est.	22. & acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen: novissima omnium defuncta est & mulier.	31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt.	
28. In resurrectione ergo, cujus erit de septem uxor, omnes enim habuerunt eam?	23. In resurrectione ergo cùm resurrexerint, cujus de his erit uxor; septem enim habuerunt eam uxorem?	32. Novissima omnium mortua est mulier. 33. In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor; si quidem septem habuerunt eam uxorem?	
29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. ☞	24. Et, respondens Jesus, ait illis: Nonne ideò erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei? ☞	34. Et ait illis Jesus: ☜ Filii hujus sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias.	

sionem triumphandi de eo, ad silentium adacto, habituros. Moses, inquiunt, ô Magister, hanc nobis legem tulit, ut si quis, moreretur, relictâ uxore, sine liberis, frater ejus, si quem haberet, eam domum duceret; ita ut, si pareret, primogenitus in nomen & bona defuncti succederet. Erant igitur, apud nos, septem fratres, quorum natu maximus ductâ uxore mortuus est, sine liberis. Quo mortuo, alter fratrum, qui eum ætate proximè sequebatur, viduam fratris uxorem duxit. At hic quoque fato functus est, nullis liberis relictis. Tertius fratrum, ut & quatuor reliqui, eamdem mulierem, simili de causa, ordine ætatis, duxerunt, omnésque sine liberis mortui sunt. Tandem & mulier ipsa, cùm nulli alii viro nupta fuisset, decessit. Quærimus nunc abs te, cùm mortui resurgent, cujus uxor sit habenda, cùm septem fratres eam duxerint?

Respondit Jesus, in hanc sententiam: Erratis, ô vos qui immortalitatem animorum & resurrectionem corporum negatis, cùm quòd Scripturam non satis rectè intelligatis, tum etiam quòd humiliter sentiatis de Dei potentia. Nam ad vestram illam ratiocinationem quod attinet, nullius planè est ponderis. Viri, in hac quidem vita, uxores ducunt & filias suas elocant.

Sed

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXII.	Cap. XII.	Cap. XX.	
30. Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. ☞	25. Ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ☞	35. Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται· 36. Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι· καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες.	
31. Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος· 32. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. ☞	26. Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, λέγων· Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; 27. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων· ☞ ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε. ☜	37. Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. 38. Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσι. ☜	
33. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. 34. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό·			
35. Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν Νομικὸς, πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων· 36. Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;	28. Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτόν· Ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή;		
37. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ☞	29. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ· Ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν· Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι·		
Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· 38. Αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. 39. Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ☞	30. Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· αὕτη πρώτη ἐντολή. 31. Καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι. ☜		
40. Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.			

Sed postquàm homines è morte excitati fuerint, tum verò erunt instar Angelorum, neque ulla erit ampliùs inter eos matrimoniorum conjunctio. Conjugia instituta sunt in hisce terris, ad propagandum hominum mortalium genus, ne intercideret; sed apud homines immortales, nulla ampliùs erunt connubia, ut nec ulla umquam fuerunt inter immortales Angelos. Homines pii è morte excitati, atque in beatas sedes admissi, Patris Cœlestis hereditate æternùm fruentur, nec ampliùs pristinas conjunctiones hujusce mortalis vitæ curabunt. Mortuos autem resurgere significat Deus apud Mosem, cujus auctoritatem rejicere non ausitis. Narrat enim è rubo flammante à Deo hanc vocem emissam: *Ego sum Deus Abrahami, Deus Isaaci & Deus Jacobi.* (*Exod. Cap. III. 6.*) Quæ verba, ex perpetua Scripturæ consuetudine, singularem prorsus Dei erga eos Patriarchas favorem designant; qui tamen nullus fuisset, si Patriarchæ illi, ut censetis, & animo & corpore essent mortui, nec umquam excitandi; nam Deus profectò, singulari ratione, & quæ digna sit æterno Numine, hominibus æternùm mortuis favere dici non potest; cùm hæc sola vita mortalis omnibus sit communis, atque perexigui momenti, si nulla alia eam sequitur. Itaque animos omnium, quibus ille eo modo, quem dixi, favet, vivere necesse est, apud Deum; ac proinde difficile non est intellectu eum illis aliquando corpus redditurum; cùm parte sui dumtaxat vivant, cùmque Deus non immortalibus dumtaxat animis, sed integris hominibus favorem illum non vulgarem pollicitus sit.

MATTHÆUS.

Cap. XXII.

30. In reſurrectione enim, neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo.

31. De reſurrectione autem mortuorum, non legiſtis quod dictum eſt.
32. Egn ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacnb?

Non eſt Deus mortuorum, ſed viventium.

33. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina ejus.
34. Phariſæi autem audientes quòd ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, convenerunt in unum;
35. & interrogavit eum unus ex eis legis Doctor, tentans eum:

36. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege.
37. Ait illi Jeſus:

Diliges Dominum Deum tuum ex totu corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
38. Hoc eſt maximum, & primum mandatum.
39. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.

40. In his duobus mandatis, univerſa lex pendet, & Prophetæ.

MARCUS.

Cap. XII.

25. Cùm enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli in cœlis.

26. De mortuis autem quod reſurgant, non legiſtis in libro Muiſi ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacnb?
27. Non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum:

vos ergo multùm erratis.

28. Et acceſſit unus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, &, videns quoniam benè illis reſponderit, interrogavit eum quod eſſet primum omnium mandatorum.
29. Jeſus autem reſpondit ei: Quia primum omnium mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt:
30. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum.
31. Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum tamquam te ipſum.

Majus horum aliud mandatum non eſt.

LUCAS.

Cap. XX.

35. Illi verò, qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores:
36. Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt, & filii ſunt Dei, cùm ſint filii reſurrectionis.
37. Quia verò reſurgent mortui, & Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Jacob.

38. Deus autem non eſt mortuorum, ſed vivorum;

omnes enim vivunt ei.

JOANNES.

ſit. Igitur ſummopere erratis, qui reſurrectionem corporum, animorúmque immortalitatem negare ſuſtinetis.

Quos Jeſu ſermones quicumque audierunt ſummopere admirati ſunt, quamvis Judæorum proceres omnibus artibus ejus auctoritatem labefactare conarentur. Phariſæi verò cùm vidiſſent ab eo os occluſum fuiſſe Sadducæis, globo ſuorum facto iterum eum circumſteterunt; & unus quidem eorum Legis peritus eruditionem Jeſu explorare aggreſſus eſt, cùm audiſſet eum cum aliis diſceptantem, eóſque egregiè compeſcentem, hac quæſtione; quodnam, nimirum, eſſet potiſſimum omnium præceptorum Legis? Reſpondit abſque mora Jeſus, id eſſe omnium potiſſimum, quo jubentur Iſraëlitæ meminiſſe ſibi eſſe Deum unicum, eúmque toto animo ac totâ mente amare; ita ut eorum affectum cum nullo alio Numine dividat, ſed totum ſibi habeat. (*Deut.* VI, 4. X, 12.) Hoc eſſe potiſſimum omnium præceptorum, quod univerſum divinum cultum complectitur. Tum eſſe alterum ei ſimile, quo jubentur amare proximum inſtar ſui ipſorum. (*Levit.* XIX, 18.) Quo, ſi probè intelligatur, omnia hominum erga homines officia continentur. Nullum eſſe præceptum majoris momenti, in univerſa Lege; atque hæc duo præcepta ſi obſerventur, incolumem eſſe Legis & Propheticorum monitorum auctoritatem; ſi negligantur, reliqua univerſæ Legis & Prophetarum præcepta corruere.

 Tum

MATTHÆUS.

Cap. XXII.

41. Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς,

42. Λέγων· Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ, τίνος υἱός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαβίδ.

43. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; λέγων·

44. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

45. Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;

46. Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησέ τις, ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι.

Cap. XXIII.

1. Τότε ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

2. Λέγων· Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι·

3. Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. λέγουσι γάρ, καὶ οὐ ποιοῦσι.

MARCUS.

Cap. XII.

32. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Γραμματεύς· Καλῶς, διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι εἷς ἐστι Θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ·

33. Καὶ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν.

34. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ· Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

35. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· Πῶς λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ;

36. Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

37. Αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν Κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;
Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως.

Cap. XII.

38. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·

LUCAS.

Cap. XX.

39. Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμματέων εἶπον· Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας.

41. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι;

42. Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

43. Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

44. Δαβὶδ οὖν Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;

40. Οὐκ ἔτι δὲ ἐτόλμων ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν.

45. Ἀκούοντος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ·

JOANNES.

Tum verò Legis peritus, rectiſſimè, inquit, Magiſter, & veriſſimè dixiſti; nam unus eſt Deus nobis colendus. Quem ſi quanto maximo poſſumus amore, & ſine rivali amemus, proximúmque inſtar noſtri diligamus, gratiorem ei cultum præſtemus, quàm ſi omnis generis victimas offeramus. Jeſus vice verſâ, piâ hac reſponſione auditâ, hominem laudavit, dixitque non multùm abeſſe eum à vera Regni Cœleſtis doctrina. Nec poſtea Phariſæi, aut Sadducæi auſi ſunt quidquam ab eo petere.

At cùm videret multos Phariſæos ſimul coactos, ab iis ipſe quæſivit, quî fieret ut periti Scripturæ docerent Meſſiam à Davide ortum ducturum; cùm David à Spiritu Sancto afflatus ita de eo loquatur, in libro Pſalmorum: (*Pſ. CX,* 1.) *Dixit Dominus Domino meo: ſede ad dextram meam, donec poſuero inimicos tuos quaſi ſcabellum pedum tuorum.* Cùm David, inquiebat, vocet eum Dominum ſuum, quî poteſt cenſeri oriundus à Davide? Quibus verbis, innuebat ingens eſſe diſcrimen inter Davidem & Meſſiam, adeóque dignitatem Meſſiæ cœleſtem eſſe, cùm in terris nulla ſit regiâ major, neque quemquam apud homines ſuperiorem ſe eſſe exiſtimaret David.

MATTHÆUS. Cap. XXII.

41. Congregatis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus:
42. Dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cujus filius est? Dicunt ei: David.
43. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens:
44. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?
46. Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ampliùs interrogare.

Cap. XXIII.

1. Tunc Jesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos,
2. dicens: Super cathedram Moysis sederunt Scribæ, & Pharisæi.
3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.

MARCUS. Cap. XII.

32. Et ait illi Scriba: Bene, Magister, in veritate dixisti quia unus est Deus, & non est alius præter eum?
33. & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam seipsum, majus est omnibus holocautomatibus, & sacrificiis.
34. Jesus autem, videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non es longè à Regno Dei. Et nemo jam audebat eum interrogare.
35. Et respondens Jesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse David?
36. Ipse enim David dicit in Spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
37. Ipse ergo David dicit eum Dominum, & unde est filius ejus? Et multa turba eum libenter audivit.
38. Et dicebat eis in doctrina sua:

LUCAS. Cap. XX.

39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti.
41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse David;
42. & ipse David dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis,
43. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
44. David ergo Dominum illum vocat, & quomodo filius ejus est?
40. Et ampliùs non audebant eum quidquam interrogare.
45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis:

JOANNES.

Hæc cùm diceret Jesus, ingens multitudo hominum ei libenter aures præbebat; nec quisquam audebat ei respondere, uti nec ab eo die insidiosis quæstionibus aggredi sustinuit.

Caput LVI.

Jesus in vitia Pharisæorum & Legis peritorum, gravi oratione, invehitur. Paupercula vidua liberalitatem laudat.

Cum Jesus procerum Judææ gentis insidias, quemadmodum diximus, vitasset, cœpit cùm suos Discipulos, tum etiam ceteram multitudinem, salubribus monitis instruere, ne pravo eorum exemplo corrumpi se sinerent. Legis periti, inquiebat, & Pharisæi Magistri sunt, ut Legem Mosaïcam doceant, constituti. Itaque quod vobis ex ea observandum proponunt, id observate; sed cavete vobis ne eorum mores imitemini, neque enim eorum facta cum dictis consentiunt.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXIII.	Cap. XII.	Cap. XX.	
	Βλέπετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων	46. Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων	
4. Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. 5. Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.	τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν,	τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς,	
6. Φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, 7. Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ῥαββί, ῥαββί.	καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς. 39. Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις·	καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις·	
8. Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε. 9. Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 10. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός. 11. Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν διάκονος. 12. Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. 13. Οὐαὶ δὲ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.			
14. Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα.	40. Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.	47. Οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.	
15. Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.			

Cavete vobis à pravo Legis peritorum exemplo, qui intoleranda onera plurimarum difficilium observationum cærimonialium aliis imponunt, dum volunt videri Legem accuratiùs interpretari; quæ tamen onera, nullâ ratione, sibi ipsi subeunda censent; adeóque ab aliis postulant, quod ipsi minime præstant, cùm viri boni quod volunt ab aliis fieri id ante omnes alios faciendum sibi meritò existiment. Si quid religiosum ac pium faciant, hac dumtaxat de causâ ita se gerunt; ut, nimirum, pietatem ac religionem suam hominibus ostentent. Propterea latiora, quàm alii, gestant phylacteria, & fimbrias vestium coccineas longiores, quàm vulgò fieri solet, tunicásque talares, ut hominibus sint conspicui, & veste ipsâ ab aliis secernantur. Iidem tamen animi sui morbum produnt, cùm ament summo loco accumbere in conviviis, & prima subsellia obtinere in Synagogis; gaudeántque si salutentur à multis, in plateis, & honorifico nomine Magistrorum compellentur; quæ omnia sunt superborum, atque inanium honorum æquo cupidiorum, non religiosorum animorum argumenta. Vos verò, ô mei Discipuli, nolite Magistri vocari, unus enim unus quidem Magister est Messias; vos verò omnes condiscipuli estis, ac pares; nec quisquam pro auctoritate aliis sententiam suam, quam sequantur, proponat. Ne quemquam hominem, honoris causâ, quasi ei per omnia obsequu-

MATTHÆUS.

Cap. XXIII.

4. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in homeros hominum: digito antem suo nolunt ea movere.

5. Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.

6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis,

7. & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

8. Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester; omnes autem vos fratres estis.

9. Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in Cœlis est.

10. Nec vocemini magistri: quia Magister vester unus est Christus.

11. Qui major est vestrûm, erit minister vester.

12. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur.

13. Væ autem vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia clauditis Regnum Cœlorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.

14. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium!

15. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum filium gehennæ duplo quàm vos facitis.

MARCUS.

Cap. XII.

Cavete à Scribis,

qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro,

39. & in primis cathedris sedere in Synagogis, & primos discubitus in cœnis:

40. qui devorant domos viduarum, sob obtentu prolixæ orationis. Hi accipient prolixius judicium.

LUCAS.

Cap. XX.

46. Attendite à Scribis,

qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro,

& primas cathedras in Synagogis, & primos discubitus in conviviis:

47. qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem majorem.

JOANNES.

---

obsequuturi, patrem vocitetis, ut faciunt discipuli Legis peritorum; unus est enim, cujus omnibus præceptis parere vos necesse est; Pater, nempe, Cœlestis. Ne quisquam sibi ducis nomen apud vos adroget, ut velit alios cæcorum instar ductum suum sequi; unum Messiam, quacumque præit, absque ullo erroris periculo, sequi potestis. Qui cupiet inter vos, præ ceteris, eminere; is det operam, ut aliorum omnium commodis inserviat. Quisquis enim de se æquo majora sentiet, aut superbiùs se geret, in inferiorem sortem deprimetur; quicumque verò modestus erit, ad majora evehetur.

Justitiam divinam in vos provocastis, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis, quia omni ratione clauditis hominibus aditum ad Regnum Cœleste, seu ad cognitionem veræ Religionis. Neque enim ipsi eam cognitionem suscipitis, neque alios suscipere patimini, qui alioquin ejus participes fierent. Graves pœnas vobis contraxistis, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis, qui viduarum opes fraudibus vestras facitis, dum longas pro iis preces Deo vos fundere simulatis; quâ de causa, quòd religione re sanctissima utamini ad eas fallendas, majus supplicium Deo dabitis. Maximæ calamitates vobis imminent, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis, qui terras & maria obitis, ut vel unum hominem ad Religionem Judaicam adducatis; qui postquàm vobis credidit, deterior vobis fit & dignus gravioribus pœnis, quàm ejus magistri.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XXIII.

16. Οὐαὶ ὑμῖν, ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει.

17. Μωροὶ καὶ τυφλοί· τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν;

18. Καὶ Ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει.

19 Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τί γὰρ μεῖζον; τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον;

20. Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ.

21. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν.

22. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

23. Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

24. Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

25. Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.

26. Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

27. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

28. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.

Malè vobis erit, ô cæcorum duces & ipsi cæci; qui absurdè pronuntiatis neminem jurejurando per Templum concepto obstringi; sed necesse habere præstare quod promisit, si per aurum Templi jurarit. O insani atque ignari, annon intelligitis sanctius esse Templum, quàm aurum; quod ideò sactum habetur, quia in Templo est consecratum? Simili errore docetis impunè homines posse quidem per altare pejerare; non verò per donaria, quæ altari imponuntur. O amentes ac hebetes homines, annon donariis altare sanctius est, cujus contactu donaria ipsa consecrantur? Præterea qui jurat per altare, jurat non per ipsum dumtaxat altare, sed & per omnia quæ altari imposita sunt; adeòque per Deum ipsum, cui sunt consecrata. Sic & qui jurat per Templum, eadem formulâ testem advocat Numen, quod Templum incolit. Similiter & quisquis jurat per cœlum, jurat per solium Dei, & per eum qui ei insidet. Itaque qui ejusmodi formulis jurandi usus pejerat, censendus est divini ipsius Numinis majestatem violare. Graves pœnas dabitis, ô Legis periti, & Pharisæi, simulatores virtutis; qui vel ipsorum olerum, ut menthæ, cumini & anethi decimam solvitis, sed maximi momenti præcepta

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXIII.			

16. Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit in auro templi, debet.
17. Stulti & cæci: Quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?
18. Et quicumque juraverit in altari, nihil est, quicumque autem juraverit in dono, quod est super illud, debet.
19. Cæci: Quid enim majus est, donum, an altare quod sanctificat donum?
20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt.
21. Et quicumque juraverit in templo, jurat in illo, & in eo qui habitat in ipso.
22. Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.
23. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.
24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem deglutientes.
25. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia.
26. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id, quod deforis est, mundum.
27. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi, hypocritæ: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.
28. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus justi: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

præcepta negligitis, qualia sunt quæ pertinent ad justitiam, misericordiam ac fidem. Hisce præceptis potissimùm vos oportuit parêre, deinde & cetera illa observare. O cæcorum duces cæci, qui, ut fert proverbium, culicem quidem percolatis, camelum verò deglutitis, hoc est, qui accuratè observatis res exigui momenti, gravissima verò humanæ societatis officia securè prætermittitis. Non impune vobis erit, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis; qui, ut loqui solent, calicem & lancem extrinsecus purgatis, sive magnam speciem religionis ac probitatis præ vobis fertis; sed animos habetis rapacitate atque intemperantiâ pollutos. O cæci Pharisæi, ut priùs purgantur intrinsecus calices & lances, deinde etiam extrinsecus: sic animos vestros vitiis priùs mundate, deinde virtutis externam speciem induite. Non leve supplicium luetis, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis; similes enim estis sepulcris, extrinsecus quidem dealbatis, intrinsecus verò ossibus aut cadaveribus plenis. Sic vobis animi vitiis turgent, quamvis oculis hominum boni ac religiosi viri videamini.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

Cap. XXIII.

29. Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων·

30. Καὶ λέγετε· Εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν, ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν.

31. Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας.

32. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

33. Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης.

34. Διὰ τοῦτο, ἰδού, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφούς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν.

35. Ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ θυσιαστηρίου.

36. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην.

37. Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

38. Ἰδού, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.

39. Λέγω γὰρ ὑμῖν· Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

Cap. XII.

41. Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά.

Cap. XXI.

1. Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν, εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, πλουσίους.

Plectemini à Deo, ô Legis periti & Pharisæi, simulatores virtutis, quòd, quasi delectaremini memoriâ scelerum à Majoribus vestris admissorum, instauretis & ornetis sepulcra Prophetarum atque innocentium virorum, quos olim trucidarunt; dictitetisque, si vixissetis iis Majorum vestrorum temporibus, quibus cædes illæ factæ sunt, vos nequaquam cum homicidis consensuros fuisse. Quibus factis ac sermonibus, quamvis is non sit animus vester, verè profitemini vos esse posteros sceleratorum illorum hominum, à quibus sanctissimi atque innocentissimi viri sunt olim interfecti. Neque frustra id à vobis fit, nam adest tempus quo mensuram scelerum à Judæa gente admissorum tandem cumulabitis. O viperis, serpentibúsque quibusvis venenatis homines conferendi, qui potestis sperare pœnas æternas, quas Deus vobis, ministerio Joannis Baptistæ, jam intendit, vos evasuros; cùm, morum emendatione, justitiam ejus nequaquam flectatis? Ut eò vos adducam, mittam ad vos Prophetas, virósque eruditos ac legum divinarum peritos; sed, quæ vestra est indoles, alios in crucem sublatos occidetis; alios, in Consessibus vestris, flagris cædetis; aliósque, in alias urbes ex aliis fugientes furorem vestrum, hostiliter insectabimini. Sic fiet ut antiquis Prophetarum castigationibus atque exemplis severitatis divinæ in malos minimè permoti, sed sceleratissimos quosque imitati,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXIII. 29. Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi, hypocritæ, qui ædificatis sepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum, 30. & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum. 31. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui Prophetas occiderunt. 32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 33. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio gehennæ? 34. Ideò ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis; & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem; 35. ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. 36. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. 37. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare, filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? 38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 39. Dico enim vobis, non me videbitis à modo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.	CAP. XII. 41. Et, sedens Jesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba jactaret æs in gazophylacium, & multi divites jactabant multa:	CAP. XXI. 1. RESpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites,	

imitati, pœnas detis; quas commeriti fuerint homines, qui moribus suis scelera omnia præterita probarint, cædésque omnes admissas à cæde Abelis, Adami filii, usque ad trucidationem Zachariæ, filii Barachiæ, quem Majores vestri inter Templum & altare mactarunt, maximo omnium scelere cumularint. Has autem pœnas cavete credatis in multos annos esse differendas, nam profectò ab hac ipsa ætate eas repetiturus est Deus. O Jerosolimitæ, qui soletis occidere Prophetas, lapidibúsque obruere eos, qui ad vos à Deo mittuntur; quoties volui vos in disciplinam meam veluti colligere, quemadmodum gallinæ pullitiem sub alas suas cogunt; sed mihi auscultare numquam voluistis! Nunc verò brevi patria vestra prorsus desolabitur. Hoc vobis prædico, postquàm à terris abiero, me minimè à vobis conspectum iri, ante id tempus, quo libentissimè exclamaturi essetis, ad fugiendas pœnas, si quid hoc prodesset: Felix, faustúsque sit adventus ejus, qui à Deo missus ad nos venit.

His dictis, Jesus sedit è regione cistarum, in quas à religiosis hominibus stips, in usus Templi absumenda, conjiciebatur.

MATTHÆUS.	MARCUS	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XII.	CAP. XXI.	
☞	42. Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.	2. Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτά. ☜	
	43 Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.	3. Καὶ εἶπεν· Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν.	
	44. Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.	4. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε.	
CAP. XXIV.	CAP. XIII.		
1. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ.	1. Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· Διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί.	☜ 5. Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε·	
2. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται.	2 Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.	6. Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. ☜	
3 Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν, λέγοντες·	3 Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας·		
Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;	4. Εἰπὲ ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι;	7. Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι;	
4. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.	5. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο λέγειν· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.	8. Ὁ δὲ εἶπε· Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε·	
5. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. ☞	6. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες· Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. ☞	πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε, μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.	
6. Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος.	7. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω τὸ τέλος.	9. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον· ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος.	
7. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.	8. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαί.	10. Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· 11. Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται,	

Dum autem multi & præsertim divites multùm darent, accessit paupercula vidua, quæ duos exiguos nummos æreos, sive quadrantem in cistam misit. Quod cùm vidisset Jesus, vocatis ad se discipulis suis dixit, eam viduam maximam omnium pecuniæ summam conjecisse in cistam; omnes enim pecuniam contulisse ex copia, quæ eis abundabat, & qua sine ullo incommodo suo carere poterant; eam verò mulierem dedisse ea quibus indigebat, nullam enim præter hanc fuisse ei pecuniam. Deinde Templo, cum Apostolis, egressus est.

CAPUT LVII.

Prædictiones Christi de exscidio Jerosolimæ & gentis Judææ, subque adventu ad pœnas de ea sumendas.

Cum verò egrederetur ad montem Oliveti, pro more suo, iturus, nonnemo ex illis ei ostendit magnificam structuram Templi, & maximos lapides quibus id Herodes instauraverat. At Jesus respondit totum illud ædificium, quod cum tanta admiratione spectabat, ita eversum iri, ut ex eo ne lapis quidem lapidi impositus superfuturus esset. Deinde cum in monte Oli-

veti

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XII.	CAP. XXI.	
	42. cùm venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.	2. vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.	
	43. Et, convocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium:	3. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plusquàm omnes misit;	
	44. omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum.	4. nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei; hæc autem, ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.	
CAP. XXIV.	CAP. XIII.		
1. ET egressus Jesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationes templi.	1. ET, cùm egrederetur de templo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, adspice quales lapides, & quales structuræ.	5. Et quibusdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit:	
2. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.	2. Et respondens Jesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.	6. Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.	
3. Sedente autem eo super Montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt; & quod signum adventûs tui, & consummationis sæculi?	3. Et, cùm sederet in Monte olivarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Jacobus, & Joannes, & Andreas: 4. Dic nobis, quando ista fient, & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari.	7. Interrogaverunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cùm fieri incipient?	
4. Et respondens Jesus, dixit eis: Videte ne quis vos seducat:	5. Et respondens Jesus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos seducat;	8. Qui dixit: Videte ne seducamini:	
5. multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. ☞	6. multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum; & multos seducent. ☞	multi enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum; & tempus appropinquavit: nolite ergo ire post eos.	
6. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum: videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis.	7. Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: sed nondum finis.	9. Cùm autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri; oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis.	
7. Consurget enim gens in gentem, & Regnum in Regnum; & erunt pestilentiæ, & fames & terræ motus per loca.	8. Exsurgent enim gens contra gentem, & Regnum super Regnum, & erunt terræ motus per loca, & fames.	10. Tunc, dicebat illis, Surget gens contra gentem, & Regnum adversùs Regnum. 11. Et terræ motus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames,	

veti sederet, è regione Templi, interrogarunt eum ea de re seorsim Petrus & Andreas, Joannésque & Jacobus; orarúntque ut se doceret, quando Templum delendum esset, & quibusnam ex signis possent intelligere brevi hoc futurum, quod putabant conjunctum fore cum ejus adventu; quo judicium laturus erat de bonis ac malis, suppliciúmque de hisce sumturus, postquàm esset exactum tempus, quod eam in rem præstitutum erat.

Respondit Jesus duobus illis quæsitis, & priùs quidem de signis, ex quibus possent colligere brevi delendam esse Jerosolimam. Cavete, inquit, ne quis vos decipiat, inanibus pollicitationibus. Multi enim exorientur impostores, qui se Messias esse jactabunt, nec paucos allicient ad se, dictitantes tempus liberationis Judæorum instare. Ne sequamini ejusmodi homines, quidquid vobis polliceantur. Audietis etiam rumores de bello exorturo, & jam nonnullis in locis inchoato; verùm ne terreamini, hæc enim futura vos præmoneo; nec tamen aderit finis malorum. Tum in Palæstina Ethnici cum Judæis confligabuntur, regnáque vicina ad arma etiam concurrent. Magnæ variis in locis orientur seditiones, quas sequentur fames, ac morbi pestilentes.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXIV.	CAP. XIII.	CAP. XXI.	
		φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται.	
8. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων.	9. Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα·		
	Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς·		
		12. Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι,	
9. Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, διὰ τὸ ὄνομά μου.	παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ,	παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακάς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου.	
	εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.	13. Ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον.	
	10. Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον.		
	11. Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε.	14. Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι.	
	ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε.		
		15. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν.	
	οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.		
10. Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί·			
καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.	12. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.	16. Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων· καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν.	
	13. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου·	17. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων, διὰ τὸ ὄνομά μου. 18. Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.	
	ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.	19. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.	
11. Καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς. 12. Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. 13. Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. 14. Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.			

Erunt etiam signa cœlestia, quæ non exiguum terrorem injicient iis qui ea videbunt. Sed hæc omnia, quamvis tristia ac terrifica, erunt tantùm initia dolorum. Date interea operam, ne quidquam faciatis, quod discipulis meis indignum sit.

Verùm antequàm hæc eveniant, vos comprehendent, ac crudeliter insectabuntur. Trahent vos ad Judicum Tribunalia, atque in carcerem conjicient, ut vos sistant Regibus ac Præsidibus; ex quorum judicio, virgis cædamini atque capitis pœnas luatis. Vos enim gentes omnes, non Judæi tantùm, sed etiam Ethnici, odio habebunt, quòd vos discipulos meos sitis professuri. Hoc autem vobis continget, ut testimonium omni exceptione majus mihi perhibeatis, apud omnes populos; quibus Deus vult Evangelium nuntiari, antequàm cadat Jerosolima. Cùm verò vos ducent ad Judicum Tribunalia, cavete ne diffidatis vobis, quòd dicendo exercitati minimè sitis, neu quidquam meditemini; accipietis enim, tunc temporis, quid sit vobis dicendum. Dabo ego vobis eam sapientiam, eósque sermones, quibus nihil, quod sit alicujus ponderis, objicere possint omnes adversarii vestri, quicumque sint; nec tam vos loquemini, quàm Spiritus Sanctus, à quo afflabimini.

Vexationibus autem illis, fiet ut multi à doctrina mea deficiant; tantáque erunt propterea diffidia,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXIV.	CAP. XIII.	CAP. XXI.	
		terroréſque de cœlo, & ſigna magna erunt.	
8. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum.	Initium dolorum hæc.		
	9. Videte autem voſmetipſos.	12. Sed, ante hæc omnia, injicient vobis manus ſuas, & perſequentur,	
9. Tunc tradent vos in tribulationem; & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum.	Tradent enim vos in Concilis, & in Synagogis vapulabitis, & ante Præſides & Reges ſtabitis propter me,	tradentes in Synagogas & cuſtodias, trahentes ad Reges & Præſides, propter nomen meum:	
	in teſtimonium illis.	13. continget autem vobis in teſtimonium.	
	10. Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Evangelium.		
	11. Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini:	14. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis;	
	ſed, quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini:	15. ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes adverſarii veſtri.	
	non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus.		
10. Et tunc ſcandalizabuntur multi,			
& invicem tradent, & odio habebunt invicem.	12. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & conſurgent filii in parentes, & morte afficient eos:	16. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis:	
	13. & eritis odio omnibus, propter nomen meum:	17. & eritis odio omnibus, propter nomen meum.	
		18. Et capillus de capite veſtro non peribit.	
	qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſalvus erit.	19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.	
11. Et multi Pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos.			
12. Et, quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum.			
13. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.			
14. Et prædicabitur hoc Evangelium Regni in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.			

diſſidia, ut frater fratrem, parentes liberos, & liberi parentes ſint prodituri iis, qui eos interficiendos, Evangelii cauſâ, quærent, ac capitis reos facturi.

Omnes enim, iterum dico, hoſtilem in modum vos inſectabuntur. Ne tamen vereamini eorum molitiones, Deus enim quæcumque, eorum ſævitiâ, amiſeritis abundè vobis reſarciet; ita ut meritò poſſitis ſperare, ne pilum quidem, ut ita dicam, capitis veſtri fruſtra periturum. Quiſquis enim, ad finem uſque vitæ, conſtanter diſcipulum meum ſe profeſſus fuerit ac præſtiterit, is ſalutem æternam adipiſcetur. Interea multi exorientur Pſeudoprophetæ, à quibus non pauci rudiores è gente Judæa decipientur. Quia verò magis quàm antea graſſabuntur mali, multorum hominum timidiorum ita labefactabitur conſtantia, ut ſibi conſulentes amicos ſuos, in periculo propter doctrinam meam verſantes, turpiſſimè ſint deſerturi. At, ut dixi, quiſquis conſtanter præceptis meis parebit, donec rebus humanis eripiatur, beatitudinis æternæ particeps fiet. Dum verò vexabuntur diſcipuli mei, Evangelium meum per totum terrarum orbem ſpargetur, gentéſque omnes audient eos teſtimonium factis ac dictis meis perhibentes. Quod cùm factum erit, tum demum Reipublicæ populi Judæi finis aderit.

MATTHÆUS. Cap. XXIV.	MARCUS. Cap. XIII.	LUCAS. Cap. XXI.	JOANNES.
15. Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ	14. Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ,	20. Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς.	
(ὁ ἀναγινώσκων νοείτω)	(ὁ ἀναγινώσκων νοείτω)		
16. Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη·	τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·	21. Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·	
17. Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.	15. Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ.	καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν· καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν.	
18. Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.	16. Καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ.	22 Ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πλησθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα.	
19. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.	17. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.	23. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις·	
20. Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ·	18. Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος·		
21. Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται.	19. Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται.	ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ.	
		24. Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν.	
22. Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι·	20. Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας.		
23. Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε· μὴ πιστεύσητε·	21. Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ Ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ πιστεύσητε·		
24. Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα· ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.	22 Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα, πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.		

Quando autem videbitis, in sanctæ urbis agro, similia iis quæ olim de temporibus Antiochi prædixit Daniel Propheta, & quæ vocavit *abominationem desolationis*, hoc est, Ethnicorum exercitum, unà cum signis suis, quæ solent adorare; quæ præsagia erunt desolationis Jerosolimæ; tum demum scitote ejus exscidium instare. (Attendat hunc locum quisquis hanc historiam legit, neque enim est exigui momenti, præsertim iis qui in Judæa vivunt.) Tunc temporis, quisquis in Judæa versabitur, fugiat in montana loca, extra Judæorum agros sita. Quisquis erit in domûs suæ solario, ne ex eo in conclavia descendat, ut quidquam ex iis auferat; sed in ea loca, quæ dixi, sine mora profugiat, ne dum moratur in Judæa, fugiendi postea facultate, præclusis itineribus, destituatur. Quicumque erunt Jerosolimæ, ejus mœnibus quàm primùm exeant; qui verò, eo tempore quo obsideri incipiet, ruri agent, caveant sibi ne in urbem redeant, vestes, aut alias opes ablaturi. Tunc enim aderit tempus ultionis divinæ, quæ à contumacibus Jerosolimitis pœnas omnes exiget, quas Moses & ceteri Prophetæ ejusmodi hominibus olim minati sunt. Infelices erunt, tempore usque adeò maturandæ fugæ, mulieres gravidæ, & quæ liberos lactentes habebunt; vix enim poterunt effugere militum quaquaversum grassantium sævitiam, si è Judæa seriùs æquo fugiant; opprimen-

MATTHÆUS.

Cap. XXIV.

15. Cùm ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto;

qui legit, intelligat;

16. tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes:

17. Et qui in tecto: non descendat tollere aliquid de domo sua.

18. Et, qui in agro, non revertatur

tollere tunicam suam.

19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus, in illis diebus.

20. Orate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme,

vel Sabbato.

21. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.

22. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos, breviabuntur dies illi.

23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere:

24. surgent enim pseudochristi, & Pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.

MARCUS.

Cap. XIII.

14. Cùm autem videritis abominationem desolationis stantem ubi non debet;

qui legit, intelligat;

tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montes:

15. &, qui super tectum, ne descendat in domum, nec introëat ut tollat quid de domo sua:

16. &, qui in agro erit, non revertatur retro

tollere vestimentum suum.

17. Væ autem prægnantibus & nutrientibus, in illis diebus.

18. Orate verò ut hyeme non fiant.

19. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, usque nunc, neque fient.

20. Et, nisi breviasset Dominus dies, non fuisset salva omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breviavit dies.

21. Et tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.

22. Exsurgent enim Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos.

LUCAS.

Cap. XXI.

20. Cùm autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem,

tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus.

21. Tunc qui in Judæa sunt fugiant ad montes:

&, qui in medio ejus, discedant;

&, qui in regionibus, non intrent in eam.

22. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt.

23. Væ autem prægnantibus & nutrientibus, in illis diebus.

Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.

24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes Gentes; & Jerusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.

JOANNES.

---

primentúrque, sine dubio, si in ea maneant. Deum ergo orate ne in tempestatem hibernam, aut in diem Sabbathi incidat initium fugæ vestræ; lentiora enim itinera exitialia vobis esse possent. Tantâ calamitate, opprimetur populus Judæus; ut vix ulla similis ab initio rerum fuerit, aut posthac sit futura.

Maxima ejus pars aut trucidabitur, aut vendetur, apud omnes propemodùm gentes, servitura. Jerosolimæ verò eversæ atque instauratæ solum ab Ethnicis, rerum potientibus, calcabitur; donec exactum sit tempus, per quod ab illis eam possideri vult Deus. Calamitatum autem illarum tempus nisi Deus contraxisset, fermè nullus incola Judææ elaberetur; sed ne boni cum malis, nimis diuturnâ ejus devastatione, interirent, difficillima illa tempora breviora esse voluit. Si quis, eo intervallo, vobis nuntiarit alicubi Messiam esse conspectum, Judæam gentem mox liberaturum, cavete ne ejus dictis fidem habeatis. Neque enim deerunt, qui vos fallere aggrediantur. Multi se Messias, ac Prophetas esse mentientur, atque insignibus miraculis probare conabuntur; ut decipiant, non modò contumaces Judæos, sed & eos qui mihi crediderint, si fieri posset.

Cavete

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXIV.	CAP. XIII.	CAP. XXI.	
25 Ἰδού, προείρηκα ὑμῖν.	23. Ὑμεῖς δὲ βλέπετε. Ἰδού, προείρηκα ὑμῖν πάντα.		
26. Ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν· Ἰδού, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί, μὴ ἐξέλθητε· ἰδού, ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε. 27. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. 28. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.			
29. Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.	24. Ἀλλ᾽ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, μετὰ τὴν θλῖψιν ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. 25. Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται.	25. Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου· 26. Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ· αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.	
30. Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.	26. Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις, μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.	27. Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.	
31. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης· καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ᾽ ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.	27. Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ᾽ ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ.		
		28. Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν· διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. 29. Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς·	
32. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν.	28. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν.	Ἴδετε τὴν συκῆν	
		καὶ πάντα τὰ δένδρα·	
ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλός, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος.	ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.	30. Ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν γινώσκετε ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.	
33. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.	29. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.	31. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.	
34. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.	30. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.	32. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται.	

Cavete ergo vobis ab illis, quod difficile non erit toties ac tam disertè à me præmonitis. Cùm ergo vobis dicent liberatorem Judæorum latitare in deserto, cavete ne exeatis oppidis, in quibus eritis, ut eum investigetis. Cùm nuntiabunt eum se se abdidisse in domûs cujuspiam remotissima penetralia, neque in publicum prodire, minimè credatis. Quando enim aderit tempus adventûs mei, nemo eum prænuntiabit; cùm tam subitus sit futurus, ut æquaturus sit fulguris, cœlum ab occasu in ortum momento temporis illustrantis, celeritatem.

Quemadmodum verò dicere soletis, ubi est cadaver, illuc convolare aquilas: sic & ubicumque erunt Judæi, liberationem à jugo Romanorum inani spe captantes, & bellum propterea iis moventes; eò advolabunt Romanæ legiones, eos ad internecionem deleturæ. Postquàm autem contigerint mala, quæ dixi, tunc Judæis ad desperationem adactis, cœlum, terra, mare ruere ac misceri videbuntur; ac sanè eorum Respublica in æternum concidet, cum tanta hominum strage; ut vel solus ejus terror lethalem tristitiam multis sit creaturus. Tum demum Judæi æquè clarè intelligere poterunt hæc mala esse pœnas, quas mihi luent,

nec

MATTHÆUS. CAP. XXIV.	MARCUS. CAP. XIII.	LUCAS. CAP. XXI.	JOANNES.
25. Ecce prædixi vobis.	23. Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia.		
26. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.			
27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente: & paret usque in Occidentem: ita erit & adventus Filii hominis.			
28. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.			
29. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur.	24. Sed in illis diebus, post tribulationem illam, sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum: 25. & stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis sunt, movebuntur.	25. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum: 26. arescentibus hominibus præ timore, & exspectatione, quæ supervenient universo orbi; nam virtutes cœlorum movebuntur.	
30. Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & majestate.	26. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa, & gloria.	27. Et tunc videbunt Filium hominis, venientem in nube cum potestate magna, & majestate.	
31. Et mittet Angelos suos, cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum.	27. Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ, usque ad summum cœli.		
		28. His autem fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra; quoniam appropinquat redemtio vestra.	
		29. Et dixit illis similitudinem:	
32. Ab arbore autem fici discite parabolam.	28. A ficu autem discite parabolam.	Videte ficulneam, & omnes arbores:	
Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas.	Cùm jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas.	30. cùm producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas.	
33. Ita & vos, cùm videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis.	29. Sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.	31. Ita & vos, cùm videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est Regnum Dei.	
34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.	30. Amen dico vobis quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant.	32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.	

nec minore luctu afficientur; quàm si me viderent ad se è cœlo descendentem, præfulgidâ luce coruscum & ingenti satellitio Angelorum cinctum. Deletis Judæis contumacibus, eos qui mihi crediderint, & qui ardente bello per vicinas, remotásque oras sparsi fuerint, revocabo in patriam; nuntiis de pacata Judæa in omnia illa loca allatis, quasi Angelis, à quibus in pristinas sedes restituantur.

Cùm autem videbitis initium eorum signorum, quæ antea memoravi, tum capita erigite, & meliora brevi sperate tempora; hinc enim colligere vobis certò licebit, instare vestram liberationem. Quemadmodum ex foliis ficuum, aliarúmque arborum, gemmísque fructum protrusuris jam prominentibus, facile est intellectu instare æstatem: sic & vos ex iis quæ dixi colligere poteritis imminere tempus, quo me regnum Cœleste obtinere constabit ex pœnis, quas de Judæis contumacibus sumam, atque ex liberatione bonorum, qui mihi fidem habuerint. Nec diu exspectabitis, confirmo enim vobis, antequàm obierint multi homines, qui nunc sunt in vivis, rem futuram.

MATTHÆUS.

Cap. XXIV.

35. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

36 Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.

42. Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται.

37. Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

38. Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν·

39. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

40. Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.

41. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.

43. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ.

MARCUS.

Cap. XIII.

31. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

32. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

33. Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐστι.

LUCAS.

Cap. XXI.

33. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

34. Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη·

35 Ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς.

36. Ἀγρυπνεῖτε οὖν, ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

JOANNES.

Cavete autem dubitetis an implenda sint, quæ nunc vobis prædico; citiùs enim cœlum & terra pereant, quàm quidquam eorum quæ dico non impleatur. Ad diem verò quod attinet, aut horam, quâ implebuntur; nemo eam novit, præter Patrem meum; qui hactenus eam nec Angelis, nec mihi ipsi revelavit.

Cùm ergo hæ instent calamitates, nec articulus ipse temporis, quo contingent, vobis notus sit; cavete ne in tantis periculis, difficilibúsque adeò temporibus ebrietati indulgentes, hebetiore ad hæc vitanda animo fiatis; néve curis hujus vitæ nimiùm distracti, quæ vobis observanda dixi prætermittatis; quo fieret ut necopini subitis malis opprimeremini. Erunt illa instar laquei, quo imprudentes capiuntur feræ; iisque illaqueabuntur incolæ totius Judææ, qui ex præmonitione mea diligenter sibi non caverint. Animo igitur vigilate, & perpetuis precibus à Deo petite, cùm ut possitis evadere ex tot malis, tum etiam ut vobis bene conscii stare queatis ante tribunal ejus, qui homo plebeius nunc censetur, sed tunc temporis judicium de Judæis feret. Cavete ergo vobis, ut jam monui, vigilate atque Deum orate ut vestri curam gerat; cùm nesciatis quo temporis articulo ea quæ dixi sint futura, ne imprudentes subitâ clade opprimamini.

Hominibus negotiis hujus vitæ nimiùm addictis, nec dictis meis credentibus ego, quem nunc spernunt quasi hominem è plebe, non exspectatus ultor adero, immissis in eos Ethnicorum copiis: quemadmodum diluvium antea minimè creditum incubuit iis, qui Noachi admonitiones spreverant. Nam ut tempore, quod diluvium proxime antecessit, homines securi convivabantur, & connubiis inter se jungebantur, quasi nulla imminuisset eis calamitas, ad diem

MATTHÆUS. **Cap. XXIV.**

35. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

36. De die autem illa & hora nemu scit, neque Angeli cœlorum; nisi solus Pater.

42. Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit.

37. Sicut autem in diebus Noë, ita erit & adventus Filii hominis.

38. Sicut euim erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, uubentes & nuptui tradeutes, usque ad eum diem qnu intravit Noë in Arcam;

39. & non coguuverunt donec venit diluvium, & tulit omues; ita erit & adventus Filii hominis.

40. Tuuc duu erunt in agro: unus adsumetur, & unus relinquetur.

41. Duæ molent in mola: nna adsumetur, & una reliuqnetur.

43. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias quâ horâ fur venturus esset, vigilaret utique, & non fineret persodi dumum suam.

MARCUS. **Cap. XIII.**

31. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibuut.

32. De die autem illo vel hora nemu scit, neque Angeli iu cœlo, neque Filius; nisi Pater.

33. Videte, vigilate & orate; nescitis enim quandu tempus sit.

LUCAS. **Cap. XXI.**

33. Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.

33. Attendite autem vobis, ne fortè graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ; & superveniat in vos repentina dies illa:

34. tamquam laqueus enim superveniet in omues, qui sedent super faciem umnis terræ.

35. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

JOANNES.

---

diem usque quo Noachus ingressus est in Arcam, & effundi cœpit imber, quo deletum est genus humanum, exceptis iis qui in Arca erant; ut, inquam, illi homines nesciverunt sibi instare exitium, donec diluvio, quo omnes perierunt, mergi cœperunt; ita nec Judæi intelligent sibi imminere exscidium, antequàm eo opprimantur. Ex duobus, qui simul erunt ruri, unus evadet, alter verò irretietur, pro locis in quæ fugient. Duarum mulierum quæ ad molam unà iverint, ut triticum moli curarent, una eo exitio involvetur, altera evadet; quæ, nimirum, ea quæ monui observarit.

Caput LVIII.

Ex occasione dictorum, ostendit Jesus omnibus esse invigilandum, ut adveniens seu ad plectendos Judæos, seu ad ultimum judicium, virtuti addictos, beneficiisque à Deo acceptis rectè utentes opprimat; describitque ultimum judicium.

Cum hæc dixisset Jesus, ad Jerosolimitanam cladem spectantia, egit de vigilantia atque sollicitudine animi, quâ boni quivis, imminentibus malis, qualia descripserat, aut etiam quòd incertum sit quo tempore futurum sit ultimum judicium, debent sibi cavere à vitiis, ne iis irretiti ab ultione divina necopini opprimantur. Paterfamilias, inquiebat, qui sciret certâ noctis horâ adfuturum furem, ædes ejus perfossurum; sine dubio ad eam usque horam vigilaret, neque domum suam perfodi pateretur.

MATTHÆUS. | MARCUS. | LUCAS. | JOANNES.

MATTHÆUS — CAP. XXIV.

44. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

45. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ;

46. Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.

47. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

48. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· Χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν.

49. Καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων·

50. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει·

51. Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

MARCUS — CAP. XIII.

34. Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ·

35. Γρηγορεῖτε οὖν, οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ.

36. Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας·

37. Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω· Γρηγορεῖτε.

MATTHÆUS — CAP. XXV.

1. Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου.

2. Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ πέντε μωραί.

3. Αἵτινες μωραὶ, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον.

4. Αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν, μετὰ τῶν λαμπάδων αὐτῶν.

Propterea & vos, absque intermissione, virtutem colite; cùm sim adfuturus, sive ad plectendos contumaces Judæos, sive ut omnibus de hominibus judicem, eo temporis articulo quem nescitis. Is demum servus prudentiæ ac fidei spectatæ habetur, proptereáque ab hero ceteræ familiæ præficitur, ut demensum ei præstituto tempore dividat; quem herus peregrè rediens, minimè exspectatus, officio suo fideliter ac vigilanter fungentem deprehendit; judicatúrque dignus, cui benefaciat herus. Ac sanè omnium facultatum suarum administrationem ei committet. At si servus nequam, absente hero, apud animum suum reputet herum diu peregrè futurum, ac proinde se posse absque periculo nequitiæ suæ indulgere; cœperitque alios servos, pro imperio, verberare, atque largiùs & frequentiùs, cum aliis combibonibus, se invitare; in hisce vitiis opprimetur ab hero redeunte, die atque horâ, quâ nequaquam cum exspectabat, & ab eo ablegabitur in metalla aut lapicidinas; in quæ loca conjiciuntur servi, qui in scelere quopiam deprehenduntur, quamvis antea frugi esse viderentur, & quibus in locis nihil audire licet præter fletum, ac stridorem dentium eorum, qui illic pœnis exercentur. Ne igitur hunc vos imitemini, sed virtutem quovis tempore colite; cùm non magis sciatis, quando

MATTHÆUS.

Cap. XXIV.

44. Ideò & vos estote parati; quia quâ nescitis horâ Filius hominis venturus est.

45. Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?

46. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem.

47. Amen dico vobis; quoniam super omnia bona sua constituet eum.

48. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire;

49. & cœperit percutere conservos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis:

50. veniet dominus servi illius, in die quâ non sperat, & hora quâ ignorat:

51. & dividet eum, partémque ejus ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium.

Cap. XXV.

1. TUnc simile erit Regnum cœlorum decem virginibus, quæ, accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ.

2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

3. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumserunt oleum secum.

4. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis, cum lampadibus.

MARCUS.

Cap. XIII.

34. Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit domum suam, & dedit servis suis potestatem cujusque operis, & janitori præcepit ut vigilet.

35. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus veniat: serò, an gallicantu, an mane;

36. ne, cùm venerit repentè, inveniat vos dormientes.

37. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

LUCAS.

JOANNES.

---

do sim adventurus, quàm servus novit quâ noctis horâ; tertiáne an quartâ vigiliâ; herus sit rediturus. Alioqui facilè posset fieri; ut vos opprimerem dormientes, seu præceptis meis neglectis pro arbitrio vitam instituentes, pœnásque hujus neglectûs mihi daretis. Hæc autem præcepta, de vigilantia, non ad vos tantùm Apostolos meos, sed & ad omnes mihi credituros spectant.

Eamdem illam de vigilantiâ doctrinam, duobus Apologis, illustravit Jesus. Idem, inquiebat continget Regnum Cœleste appetentibus, quod contigit virginibus decem ad nuptias vocatis: Has oportebat noctu obviam ire sponso ducturo sponsam domum, atque eâ nocte nuptiale convivium celebraturo. Quamobrem sumserunt lucernas, & convenerunt in locum quemdam, ex quo simul ei obviam procederent, & domum eum comitarentur. Quinque autem ex illis virginibus erant cautæ ac providæ; aliæ verò quinque nullâ providentiâ præditæ; atque hæ quidem attulerant lucernas, sed oblitæ erant sumere oleum quod iis affunderent; illæ verò non lucernas tantùm, sed & vasa òleo plena providè sibi compararant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XXV.

5. Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.

6. Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· Ἰδοὺ, ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ.

7. Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν.

8. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· Δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν· ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται.

9. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι, Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς.

10. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

11. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι· Κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν.

12. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

13. Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται.

14. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

15 Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως.

16. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα.

17. Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς, ἄλλα δύο.

18. Ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ.

19 Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον.

Cùm ergo aliquamdiu unà vigilassent, moraretúrque sponsus, præter solitum, omnes dormitare cœperunt, ac tandem somno se dederunt. At circa initium tertiæ vigiliæ, subitò auditus est clamor nuntiantium adventare sponsum, & jubentium illi properè obviam exire; quo clamore, excitatæ omnes virgines, cœperunt adornare lucernas, ut egrederentur. Verùm improvidæ quinque animadverterunt lucernis suis deesse oleum, ellychniúmque propterea exstingui. Quare petierunt à quinque providis, ut sibi oleum mutuum darent. Verùm illæ negarunt se daturas, ne si partirentur sibi quoque deficeret; itaque rectiùs illas facturas, si ad mercatorem olei irent, & quantum satis esset sibi compararent. Improvidæ verò virgines illico quidem ad mercatorem profectæ sunt, sed interea dum aberant, advenit sponsus; virginésque, quæ oleo non carebant, cùm obviam ei progressæ fuissent, cum eo ingressæ triclinium, in quo paratum erat convivium, accubuerunt, januáque ædium clausa est, nemini postea aperienda. Tum & quinque improvidæ virgines venerunt, pulsatáque januâ, ora-

bant

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXV. 5. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt. 6. Mediâ autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. 7. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. 8. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ exstinguuntur? 9. Responderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. 10. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. 11. Novissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. 12. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. 13. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. 14. Sicut enim homo peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. 15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum, unicuique secundùm propriam virtutem, & profectus est statim. 16. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. 17. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. 18. Qui autem unum acceperat abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. 19. Post multum verò temporis, venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis.			

bant magnâ voce sponsum, ut sibi aperiri juberet. At ille haud aliter audivit earum preces, ac si prorsus ignotæ fuissent, quia tempore non adfuerant. Eodem modo me geram erga eos, quos adveniens mancipatos vitiis deprehendam; ac proinde cùm nesciatis quando venturus sim, jugem atque assiduam operam omni virtutum generi date.

Alterum etiam, eamdem in rem, Apologum similem ei quo nuper usus erat, (*Cap.* LI.) subjecit Jesus; &, vir quidam, inquit, peregrè profecturus vocavit servos suos, eisque pecunias suas divisit, ut mercaturâ eas augerent; & uni quidem eorum credidit quinque talenta; alii verò duo, alii denique unum; prout norat alium alio peritiorem esse negotiandi. Tum peregrè abiit. Eo verò absente, is qui quinque talenta acceperat, tantâ industriâ negotiatus est, ut præterea quinque alia lucratus fuerit. Sic & qui duo acceperat, alterum tantum industriâ suâ ex iis confecit. Verùm is, cui unum dumtaxat talentum creditum fuerat, id terræ infodit; nec ausus est ullas merces emere. Longo pòst tempore, rediit herus ad servos suos; & cum iis rationem inire cœpit.

Venit

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXV.			

20. Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων· Κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας. ἴδε, ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

21. Ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

22 Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν, εἶπε. Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας. ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

23. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

24. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε· Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας·

25. Καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε, ἔχεις τὸ σόν.

26. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα·

27. Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

28. Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα.

29. (Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.)

30. Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

31. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.

Venit ad eum primus is, cui quinque talenta crediderat, & altera quinque obtulit, quæ erat lucratus, præter quinque sibi credita. Quibus conspectis, herus, hinc intelligo, inquit, te esse virum fidum atque industrium; & quoniam fidus in summa non magna fuisti, majorem posthac fidei tuæ credam. Hodie verò mensæ mecum accumbito, ut hilari convivio reditum meum celebres. Qui duo talenta acceperat similiter duo alia præterea hero suo numeravit, atque ab eo pariter collaudatus similia promissa accepit, & cum hero accumbere jussus est. Tandem & ille, cui unum creditum fuerat talentum, se se hero stitit, quem hac oratione aggressus est: sciebam, inquit, here, te esse hominem ingenio iniquo, qui metis ubi non fecisti sementem, & cogis quod minimè sparsisti; seu aliena invadis, nedum ut sis contentus tuis. Itaque cùm metuerem ne fortè talentum tuum amitterem, debitúmque acerbiùs à me exigeres, id terræ infodi, & nunc tibi quale accepi reddo. Herus verò reposuit: ô servorum nequissime & pigerrime, ais te scivisse me ejus esse indolis, ut metam quæ non sevi, & colligam quæ non sparsi Quod cùm sentires de me, saltem trapezitæ credenda erat mea pecunia, ut reversus eam reci-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXV.			

20. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum.

21. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

22. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.

23. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

24. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti.

25. Et timens abii, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.

26. Respondens autem dominus ejus, dixit ei: Serve male, & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi.

27. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura.

28. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

29. (Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.)

30. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stridor dentium.

31. Cùm autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.

reciperem cum solito fœnore, quandoquidem negotiatione eam augere nesciebas. Itaque jussit álios servos auferre illi talentum, atque ei dare cui erant decem, (Quisquis enim quidpiam habuit, eóque rectè usus est, plura accipiet: quisquis verò malè usus est eo quod habuit, id licèt exiguum ei auferetur.) ejicíque servum nullius pretii ædibus, ut fine luce noctem transigeret in aula, in qua frustra ejularet ac ringeretur; dum strenui ac fidi servi in triclinió, facibus illustrato, essent cum hero epulaturi.

Cùm hosce Apologos proloquutus esset Jesus, ut virtutem constanter colendam esse doceret, suum ipsius adventum, & potissima officia, quorum rationem repetet ab hominibus, sic descripsit: Cùm veniet, inquit, is qui nunc homo plebeius existimatur, splendidissimo satellitio omnium sanctorum Angelorum cinctus, tum sedebit in sublimi solio, de universo humano genere judicaturus.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XXV.

32. Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων.

33. Καὶ στήσει, τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων.

34. Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου·

35. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·

36. Γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.

37. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες· Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν;

38. Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν;

39. Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε;

40. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐρεῖ αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

41. Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων· Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

42. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με·

43. Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.

44. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες· Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;

Simul omnes omnium gentium homines, è morte excitati, ei sistentur, quos ille in duas classes dividet, haud aliter ac pastor ovillum genus à caprino secernit. Oves autem, sive bonos, jubebit ad dextram suam stare: hædos verò, seu malos, ad sinistram. Tum Rex Angelorum atque Hominum ita alloquetur eos qui ad dextram stabunt: Accedite, ô homines, quibus Pater meus benefacere statuit, adite possessionem Regni Cœlestis, bonis, quales estis, ab initio rerum paratum. Cùm enim esurirem, cibum mihi suppeditastis; cùm sitirem, potum præbuistis; cùm peregrè versarer, hospitio me excepistis; cùm nudus essem, vestes præbuistis; cum ægrotarem, omni ope adjuvistis; cùm in carcerem conjectus fuissem, me invisistis ut solaremini captivum, auxiliúmque vestrum offerretis. Boni verò quærent ab illo quando hæc contigerint, se enim numquam eum vidisse auxilio suo indigentem, neque se

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XXV.

31. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis:

33. & statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris.

34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum, à constitutione mundi.

35. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:

36. nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.

37. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum?

38. Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te?

39. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te?

40. Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus;

42. esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum:

43. hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & non visitastis me.

44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?

---

se recordari præbitum à se ei fuisse. Reponet autem Rex, sibi censere se factum esse, quod fecerant in gratiam eorum quos fratrum loco habebat, quamvis vilissimæ sortis viderentur, quód sibi credidissent ac præceptis suis paruissent. Deinde iis, qui ad sinistram ejus stabunt, abite, inquiet, ô damnati, procul à me in ignem æternum, paratum Cacodæmonibus & malis hominibus, quales estis. Esurienti enim mihi cibum negastis, sitienti potum; peregrinum me hospitio excipere noluistis; nudum nullâ veste donastis; ægrum & captivum invisere dignati non estis. Illi verò quærent, quando eum viderint esurientem, sitientem, peregrinum, nudum, ægrotantem, aut captivum, eúmque sublevare noluerint.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXV.		Cap. XXI.	
45. Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. 46. Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.		37. Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων· τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν. 38. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, ἀκούειν αὐτοῦ.	
Cap. XXVI.	Cap. XIV.	Cap. XXII.	
1. Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ·			
2. Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται.	1. Ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας.	1. Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα·	
καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.			
3. Τότε συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα.			
4. Καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν.	καὶ ἐζήτουν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν.	2. Καὶ ἐζήτουν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς, τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν·	
5. Ἔλεγον δέ· Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.	2. Ἔλεγον δέ· Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.	ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν.	
6. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, 7. Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου,	3. Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ, ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς·		
	καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον,		
καὶ κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀνακειμένου.	κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς.		
8. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες· Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;	4. Ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτούς, καὶ λέγοντες· Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;		
9. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.	5. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς. Καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.		

Respondebit autem eis, se existimare sibi negatum fuisse id quod negassent humillimis ejus discipulotum. Itaque hi luent æternum supplicium, alii verò æterna beatitudine fruentur.

Caput LIX.

Jesus quotidie in Templo docet. Biduo ante Pascha, prædicit mortem, quam ei moliebatur Synedrium, & inungitur in ædibus Simonis. Judas paciscitur cum Synedrio: Jesus cum Apostolis ultimum celebrat Pascha, prædicit se à Juda prodendum, instituitque Eucharistiam.

Solebat autem Jesus interdiu in Templo populum leges Regni Cœlestis docere, nocte verò in monte Oliveti, aut in vicinia agebat; ne mœnibus Jerosolimæ clausus, citiùs quàm volebat, à Synedrio opprimeretur. At populus summo mane in Templo, in quod solebat se conferre, exspectabat eum auditurus. Cùm verò eos sermones, quos antea memoravimus, habuisset, Apostolis suis dixit a. d. X. Calendas Apriles, fore, ut norant, Pascha perendie, ipsòque die paschali se traditum iri Romanis, ut ipsum in crucem tollerent. Ac sanè jam ab illo

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXV.		Cap. XXI.	
45. Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. 46. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam. ☞	☞	37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens morabatur in Monte qui vocatur oliveti. 38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.	
Cap. XXVI.	Cap. XIV.	Cap. XXII.	
1. Et factum est, cùm consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: 2. Scitis quia post biduum Pascha fiet,	☞ 1. Erat autem Pascha & Azyma post biduum;	☞ 1. Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha,	
& Filius hominis tradetur, ut crucifigatur. 3. Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & Seniores populi, in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas;	☞	☞	
4. & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occiderent.	& quærebant summi Sacerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent:	2. & quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Jesum interficerent;	
5. Dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. ☞	2. dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. ☞	☞ timebant verò plebem.	
6. Cùm autem Jesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi, 7. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, ☞	3. Et cùm esset Bethaniæ, in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi, &, fracto alabastro,	☞	
& effudit super caput ipsius recumbentis.	effudit super caput ejus.		
8. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio hæc?	4. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Ut quid perditio ista unguenti facta est?		
9. Potuit enim istud venumdari multo, & dari pauperibus. ☞	5. Poterat enim unguentum istud venumdari plusquàm trecentis denariis, & dari pauperibus: & fremebant in eam.		

illo tempore Synedri multi convenerunt in ædes Caïphæ Pontificis Maximi, & decreverunt arte quapiam ei manus injicere, ut eum è medio tollerent. Verùm non audebant id facinus aggredi, festis Paschatis diebus, ne qua seditio à multitudine quæ Jerosolimam convenerat exoriretur, cujus pœnas darent Romano Præsidi; timebant enim ne plebs, à quo Jesus habebatur Propheta, ad eum liberandum tumultuaretur.

Cùm verò cœnaret Jesus Bethaniæ, apud Simonem, cui cognomen erat Leproso, ingressa est triclinium mulier quædam, gerens Alabastrum pretioso ex vera nardo unguento plenum, quod cùm non satis expedite per os vasis efflueret, vas effregit, & totum unguentum in caput Jesu accumbentis effudit. Nonnulli verò eorum qui aderant tactum improbantes, negabant amittendum eo modo fuisse unguentum, cùm scirent Jesum ejusmodi delicias minimè expetere, neque iis capi. Quin & dictitabant potuisse id unguentum pluris vendi, quàm trecentis denariis, eámque summam potiùs dividendam fuisse pauperibus, quàm temere profundendum unguentum. Itaque in mulierem fremebant, quasi intempestivo in Jesum affectu grave delictum admisisset.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVI.	CAP. XIV.	CAP. XXII.	
10. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.	6. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἄφετε αὐτήν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ.		
11. Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· ☞ ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.	7. Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.		
☞ 12. Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν.	8. Ὃ εἶχεν αὕτη, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα, εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.		
13. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. ☞	9. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. ☞	3. Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα.	
14. Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς ☞	10. Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς, ☞ ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς.	4. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τό, πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.	
15. Εἶπε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; ☞	11. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν· καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.	5. Καὶ ἐχάρησαν· καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.	
Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. ☞ 16. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα αὐτὸν παραδῷ.	☞ καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ.	6. Καὶ ἐξωμολόγησε· καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου.	

PASCHA QUARTUM.
Post CHRISTI Baptismum.

☞	☞	7. Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα.	
17. Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, ☞ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;	12. Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;	9. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν;	

At Jesus eos castigavit, vetuítque ei molestos esse, cùm benefaciendi animo in se unguentum effudisset. Nec est, inquiebat, cur doleatis quòd pretio unguenti donati non sint pauperes; nam satis vobis erit temporis, sátque frequentes occasiones, quibus pauperibus benefaciatis, qui numquam vobis deerunt. Verùm ego semper non ero vobiscum, ut mihi benefaciatis, brevi enim terras relinquam. Hæc mulier eo me affecit beneficio, quo potuit; quid enim aliud in me conferret opportunius, quàm ut corpus meum, brevi sepeliendum, inungeret? Quamobrem vobis prædico fore ut, ubicumque spargetur mea doctrina, eò perveniat etiam hujus facti fama.

Paullò pòst avarum Judæ, qui unus erat ex Duodecim Apostolis, animum adduxit, spe lucri, Cacodæmon, ad prodendum Judæis Magistrum. Itaque convenit nonnullos Principum

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES.
10. Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me.	6. Jesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me;		
11. Nam semper pauperes habetis vobiscum: ☞	7. semper enim pauperes habetis vobiscum; &, cùm volueritis, potestis illis benefacere:		
me autem non semper habebitis.	me autem non semper habetis.		
☞	8. Quod habuit hæc fecit:		
12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.	prævenit ungere corpus meum in sepulturam.		
13. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.	9. Amen dico vobis: ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam ejus.		
☞	☞	3. Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim.	
14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum:	10. Et Judas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos Sacerdotes,	4. Et abiit & loquutus est cum Principibus Sacerdotum,	
☞	☞	& Magistratibus,	
15. & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?	ut proderet eum illis.	quemadmodum illum traderet eis.	
☞	11. Qui audientes gavisi sunt:	5. Et gavisi sunt,	
	& promiserunt ei pecuniam se daturos:	& pacti sunt pecuniam illi dare.	
At illi constituerunt ei triginta argenteos.	☞	☞	
☞	☞	6. Et spopondit.	
16. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.	& quærebat quomodo illum opportunè traderet.	Et quærebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis.	

PASCHA QUARTUM
Post Christi Baptismum.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
☞	☞	7. Venit autem dies Azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha.	
17. Primo autem die azymorum	12. Et primo die Azymorum	☞	
☞	quando Pascha immolabant,		
accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?	dicunt ei discipuli: Quò vis eamus & paremus tibi, ut manduces Pascha?	9. At illi dixerunt: Ubi vis paremus?	

---

pum sacerdotum, & Præfectorum custodiæ Templi, ut eis operam suam, ad comprehendendum Jesum, offerret; &, quodnam præmium, inquit, à vobis accipiam, si vobis Jesum tradidero facilè capiendum. Illi verò, hoc audito, summopere gavisi sunt, quòd rationem ejus comprehendendi nacti essent, atque illico ei triginta siclos argenteos obtulerunt. Quam summam pactus promisit se eis Magistrum traditurum. Nec quidquam exspectabat, præter tempus, quo sine tumultu rem effectam dare posset.

Cùm verò illuxisset primus dies Azymorum, seu VIII. Calendas Apriles, qui in quintam hebdomadis feriam incidebat, & quo ex Lege, ante vesperam, mactari oportebat Paschales Agnos; quæsiverunt ab Jesu Apostoli, ubi vellet Paschalem Cœnam parari.

Jussit

MATTHÆUS. Cap. XXVI.

18. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ· Ὁ διδάσκαλος λέγει· Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.

19. Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

20. Ὀψίας δὲ γενομένης, ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα.

21. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

22. Καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν· Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε;

23. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει.

24. Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

25. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε· Μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶπας.

MARCUS. Cap. XIV.

13. Καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν· καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ.

14. Καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ· Ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει· Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

15. Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν.

16. Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

17. Καὶ ὀψίας γενομένης, ἔρχεται μετὰ τῶν δώδεκα.

18. Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν, καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ.

19. Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς· Μήτι ἐγώ; Καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ;

20. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον.

21. Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

LUCAS. Cap. XXII.

8. Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην, εἰπών· Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.

10. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἰδοὺ, εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ εἰσπορεύεται·

11. Καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας· Λέγει σοι ὁ διδάσκαλος· Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

12. Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε.

13. Ἀπελθόντες δὲ εὗρον καθὼς εἴρηκεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

14. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.

21. Πλὴν ἰδοὺ, ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης.

23. Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς, τὸ, τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν.

22. Καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ παραδίδοται.

JOANNES

Juſſit verò Petrum & Joannem ire Jeroſolimam, illic Paſchalem Cœnam, quam celebrare cum illis volebat, paraturos; prædixitque fore ut urbem ingreſſi inciderent in hominem hydriam teſtaceam aqua plenam ferentem; & mandavit ut illum ſequerentur, ad ædes uſque ad quas ibat; dein dominum ædium convenirent, eique nomine ſuo dicerent: inſtare ſibi ultimum tempus, ſéque conſtituiſſe apud eum Paſchalem Cœnam, unà cum Apoſtolis celebrare; itaque orare ut ſibi oſtenderet conclave, quod ſibi commodare poterat eam in rem. Ille, inquit, Jeſus vobis illico oſtendet cœnaculum amplum & conſtratum, in quo Agnum Paſchalem nobis parabitis. Paruerunt illi Magiſtro, idque eis urbem ingreſſis contigit quod ille prædixerat. Itaque poſtridie paraverunt Paſchalem Agnum, eo quo juſſerat loco. Cùm autem ſol occidiſſet, eſſétque hora, quâ Paſchali menſæ accumbere ſolent Judæi, ivit Jeroſolimam cum duodecim Apoſtolis ſuis, atque unà cum illis accubuit. Cùm ergo Paſchalem agnum

MATTHÆUS.

Cap. XXVI.

18. At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quemdam,

& dicite ei: Magister dicit:

Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

19. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha.

20. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.

21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est.

22. Et, contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine?

23. At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

24. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

25. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? At illi: Tu dixisti.

MARCUS.

Cap. XIV.

13. Et mittit duos ex discipulis suis,

& dicit eis: Ite in civitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, sequimini eum:

14. & quocumque introierit, dicite domino domûs quia magister dicit:

Ubi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

15. Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis.

16. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha.

17. Vespere autem facto, venit cum duodecim.

18. Et discumbentibus eis,

& manducantibus, ait Jesus: Amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

19. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Numquid ego?

20. Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

21. Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur; bonum erat ei, si non esset natus homo ille.

LUCAS.

Cap. XXII.

8. Et misit Petrum & Joannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha ut manducemus.

10. Et dixit ad eos: Ecce, introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum

in domum, in quam intrat;

11. & dicetis patrifamilias domûs: Dicit tibi Magister,

ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

12. Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.

13. Euntes autem, invenerunt sicut dixit illis, & paraverunt Pascha.

14. Et, cùm facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

21. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.

23. Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis, qui hoc facturus esset.

22. Et quidem Filius hominis, secundùm quod definitum est, vadit. Verumtamen væ homini illi, per quem tradetur.

JOANNES.

---

num comederent; profectò, ait Jesus, prædico vobis fore ut me Synedrio prodat unus vestrûm, qui nunc mecum cœnat. Tum verò Apostoli gravi tristitiâ affecti inter se cœperunt quærere quemnam designaret Jesus, è suo numero; atque ab illo singuli petiêrunt, an se intelligeret? Repetiit Jesus, unum ex duodecim Apostolis eo scelere caput suum obstricturum; útque eum non procul à se accumbere intelligerent, dixit eum ex eadem lance secum comedere, & tempus quidem instat, inquiebat, quo morte afficiar, prout vaticinati sunt Prophetæ; attamen gravissimas pœnas sibi contrahet is qui me prodet; ita ut satius esset ei homini numquam natum fuisse, quàm natum eo scelere se obstringere. Judas verò quæsivit etiam, num se designaret; quod ei, submissâ voce, confirmavit Jesus, qui tamen hominem nullâ graviore castigatione affecit, nec abire jussit.

MATTHÆUS.

Cap. XXV.

26. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

27. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

28. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

29. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου.

MARCUS.

22. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

23. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς *

24. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον.

* καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες.

25. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

LUCAS.

19 Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

20. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

15. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν·

16. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

17. Καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας εἶπε· Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς·

18. Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ.

JOANNES.

PAULUS.

1. Cor. Cap. XI.

24 Καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

25. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Cap. XIII.

1. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

Cùm autem adhuc cœnarent, Jesus sumsit panem, gratiisque Deo, propter fruges hominibus concessas, actis, eum rupit, divisitque frusta Apostolis, his verbis additis: accipite, comedite, hoc est corpus meum, pro vobis laceratum. Id facite in posterum, quod nunc facio, non ampliùs in memoriam liberationis ex Ægyptiaca tyrannide, sed in memoriam mei. Similiter, cum jam cœnassent, cepit calicem vino plenum, gratiisque pariter Deo actis, ob vitem quâ homines donavit, porrexit eum ebibendum Apostolis, iussitque ab omnibus ex eo bibi; hoc enim dixit esse suum sanguinem, quo effuso novum Fœdus Dei cum hominibus sanciendum erat, eorùmque & multorum aliorum peccata expianda. Subjecit etiam se velle quotiescumque memoriam sui inter se celebrarent, eumdem ritum, quem à se adhibitum viderant, observari.

Hisce peractis, optavi, inquit Jesus, ultimam hanc Paschalem Cœnam vobiscum celebrare, antequam morerer; neque enim posthac vobiscum ullam hujusmodi Cœnam, quâ memoria liberationis ullius renovetur, celebrabo; donec mecum sitis in Regno Dei, liberationémque vestram ex hujus vitæ miseriis unà celebremus. Cùm hæc dixisset Jesus, alterum calicem vini sumsit, & gratiis Deo iterum actis, porrexit ei qui proximus accumbebat, jussitque Apostolos

MATTHÆUS.

Cap. XXVI.

26. Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, dedítque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.

27. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes;

28. hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

29. Dico autem vobis: Non bibam à modò de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum novum, in Regno Patris mei.

MARCUS.

Cap. XIV.

22. Et, manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum.

23. Et, accepto calice, gratias agens dedit eis: *

24. & ait illis; Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

* & biberunt ex illo omnes:

25. Amen dico vobis quia jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam novum, in Regno Dei.

LUCAS.

Cap. XXII.

19. Et, accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

20. Similiter & calicem, postquàm cœnavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

15. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequàm patiar.

16. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei.

17. Et, accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos.

18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.

JOANNES.

PAULUS

1 Cor. Cap. XI.

24. & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

25. Similiter & calicem, postquàm cœnavit dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

Cap. XIII.

1. Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

---

los eum inter se dividere; ac subjecit se ultimùm unà bibere Paschalem illum calicem, nec se aliam cum illis celebraturum liberationem, præter eam quâ erant fruituri secum in Regnô Cœlesti Patris, vitæ mortalis omnibus malis erepti.

Caput LX.

Docet Jesus Apostolos suos humilitatem, ablutis eis pedibus, suámque mortem instare, cùm brevi à Juda esset prodendus. Quo à se dimisso, iterum loquitur de sua morte, præcipit Apostolis ut mutuo amore se invicem prosequantur, prædicit se à Petro abnegandum, Apostolósque solatur.

Cum Jesus semper singulari amore prosequutus esset Apostolos suos, iisque ante Pascha prædixisset mortem suam instare, post quam relictis hominibus ad Patrem Cœlestem brevi erat migraturus; ad ultimum usque tempus, quo cum Apostolis versatus est, perpetuæ suæ erga eos voluntatis luculenta testimonia edidit, dictis & factis, quæ deinceps narrabimus.

 Jam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XXII.	Cap. XIII.

JOANNES, Cap. XIII.

2. Καὶ δείπνου γενομένου, (τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ)

3. Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει

LUCAS, Cap. XXII.

24. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων.

25. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν εὐεργέται καλοῦνται.

26. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν.

27. Τίς γὰρ μείζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; ἐγὼ δὲ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ὁ διακονῶν.

28. Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ, ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου.

29. Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου, βασιλείαν

30. Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

JOANNES, Cap. XIII.

4. Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια· καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν.

5. Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος.

6. Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον· καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;

7. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὃ ἐγὼ ποιῶ σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα·

Jam Cacodæmoni avarum animum suum manciparat Judas, ut antea diximus, statuerátque Magistrum Judæis prodere; nec tamen, quæ erant hominis impudentia atque audacia, ei adesse destiterat. Quod cùm probè nosset Jesus, posséque quidvis effectum dare, potestate acceptâ à Patre Cœlesti, à quo venerat, & ad quem brevi se rediturum sciebat; attamen nec ejus cœptis obstitit, nec ceteros Apostolos suos minùs amanter alloquutus est.

Cùm illi crederent, quæ erat eo tempore illorum cæcitas, tandem instare tempus quo Jesus in terris regnaturus erat, inter se cœperunt acriter disceptare de prima honoris sede in regno Magistri, quam non unus sibi vindicabat. Iterum Jesus, animadversâ eorum contentione, eos castigavit, quemadmodum antea fecerat eadem de causâ rixantes; (*Cap.* LI.) &, Reges, inquit, Gentium instar dominorum erga eas se gerunt; ac adeò sibi subditas habent, ut honorifico beneficorum Principum cognomine appellentur, dum pro imperio iis dominantur. Sed cavete ne ita vos geratis, & scitote eum qui primas tenere inter vos cupiet, oportere, quasi esset è numero juniorum, quorum minor est auctoritas, modestum esse; eúmque, qui ceteris præesse volet, eorum commodis, potiusquàm suis, diligentissimè servire. Uter honoratior

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XIII.

2. Et, cœnâ factâ, cum Diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iſcariotæ,

3. ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, ☞

LUCAS. Cap. XXII.

24. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.

25. Dixit autem eis: Reges Gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur.

26. Vos autem non ſic: ſed, qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor; & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.

27. Nam quis major eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat.

28. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecum, in tentationibus meis.

29. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum;

30. ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, & ſedeatis ſuper thronos judicantes duodecim tribus Iſraël.

☞ **JOANNES.**

4. ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua: &, cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe:

5. deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

7. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.

---

noratior eſt, qui menſæ accumbit, an qui ei miniſtrat? Sine dubio, is qui accumbit. At ego vobis accumbentibus miniſtrare nunc ſtatui, ut ex meo exemplo intelligatis quid ſit veſtri officii. Quod non eò dico, quòd honoribus Regni mei vos indignos cenſeam. Conſtanter enim mihi adhæſiſtis, difficillimis meis temporibus, quibus pravi homines conſtantiam meam tentarunt. Quamobrem ſicut Pater meus Cœleſtis me regni participem fecit: ita & ego poteſtatem meam vobiſcum volo communicare, vóſque in Regno meo jubebo mecum accumbere, & ſedere in duodecim ſoliis, ut de duodecim Tribubus Iſraëlitarum mecum judicetis. Verùm ut ſciatis quî velim primores veſtrûm ſe gerere, videte quid ſim nunc facturus. Quibus dictis, ſurgit e menſa, accumbentibus etiamnum Apoſtolis, tunicam exteriorem deponit, arreptóque linteo ſe cingit. Tum conjectâ in pelvim aquâ, incipit ſervilem in modum abluere pedes Apoſtolorum, eóſque linteo quo cinctus erat abſtergere. At cùm deveniſſet ad Petrum; tune, inquit, Domine, aggrederis abluere pedes meos? Jeſus verò, nondum, ait, intelligis cur vobis pedes abluam, ſed mox intelliges.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XIII.

8 Λέγει αὐτῷ Πέτρος· Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ᾽ ἐμοῦ.

9. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν.

10. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ᾽ ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ᾽ οὐχὶ πάντες.

11. Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν· Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.

12. Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν;

13. Ὑμεῖς φωνεῖτέ με· Ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ.

15 Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας.

14. Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε.

16 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν.

17. Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά.

18. Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ᾽ ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ᾽ ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ᾽ ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.

19. Ἀπ᾽ ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι.

20. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν πέμψαντά με.

Verùm negat Petrus se umquam passurum pedes sibi ablui à Magistro. Illi Jesus, atqui nisi patiaris, inquit, te à me ablui, bonorum Regni Cœlestis particeps esse mecum non poteris. Quibus verbis, significabat obiter Jesus, oratione à re corporea ad spiritualem translatâ, abluendas esse omnes vitiorum sordes iis, qui beatitudinem æternam consequi cupiunt; iisque auditis, nec tamen intellectis, si ita est uti dicis, inquit Petrus, ne pedes tantùm, sed & manus & caput, si ita tibi videatur, mihi abluito. At Jesus, qui, inquit, totum corpus jam abluit mundus est, nec novâ ablutione indiget; nisi pedum, qui facilè pulverem, aut lutum contrahunt. Vos autem mundi estis, sed non omnes. Quâ responsione, significabat eos qui jam cœperant vitiis nuntium remittere, integrâ mutatione morum non ampliùs indigere, sed esse iis dumtaxat reliquias vitiorum exuendas. Simul respiciebat ad Judam, qui aderat, quem aliorum numero eximebat; quippe qui turpissimorum vitiorum sordibus etiamnum conspurcatus erat, ut res ipsa ostendit, & perfrictâ fronte, scelerata sua consilia, quamquam videbat ea Jesu nota esse, dissimulabat. Ablutis ergo pedibus duodecim Apostolorum, iterum tunicam induit, atque accubuit, mensâ nondum amotâ. Tum eos interrogavit, an intelligerent quid sibi vellet id quod modò fecerat? Cùmque facti interpretationem ab ipso exspectarent, vocatis me, inquit, Magistrum ac Dominum, nec immeritò; utrumque enim sum, & quidem optimo jure. Si igitur ego, qui Dominus ac Magister vester sum, non dubitavi vobis abluere pedes, quod munus est servorum; hoc & alia necessaria officia vobis invicem, absque

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XIII.

8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.

10. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus: & vos mundi estis, sed non omnes.

11. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes.

12. Postquàm ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis; sum etenim.

14. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus & Magister. & vos debetis alter alterius lavare pedes;

15. exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

16. Amen, amen, dico vobis: Non est servus major domino suo: neque Apostolus major est eo, qui misit illum.

17. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

18. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum.

19. A modò dico vobis, priusquàm fiat: ut, cùm factum fuerit, credatis quia ego sum.

20. Amen, amen, dico vobis: Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

que superbia ac fastidio, præstare debetis. Exemplum enim vobis modestiæ præbui, ut, ad exemplar meum vos componentes, modestiam colatis. Certè servus pluris se facere non debet, quàm herum; neque se nuntius pluris, quàm eum à quo missus est. Sin minùs, malum sibi uterque accerset. At bene vobis erit, nedum ut rem ægrè ferre meritò possitis, si feceritis ea quæ me facientem vidistis, seu modestè erga inferiores dignitate vos gesseritis, omniáque officia eis præstiteritis, quibus indigebunt. At omnibus vobis bene futurum non spero, omnium enim, quos comites mihi elegi, animos perspectos habeo. Si proditorem, unà cum aliis, me jussi adsectari, non est id à me factum, quòd ignorarem quo esset animo; sed minimè refugi id pati, quod sibi evenisse queritur David, (Ps. XLI. 10.) his verbis: *Qui mecum panem comedebat, is calcem suum contra me sustulit.* Quæ vobis prænuntio, antequàm fiant, ne quis vestrûm putet nunc quidquam mihi imprudenti contingere; útque intelligatis, hoc quoque argumento, me eum esse quem hactenus credidistis, & fortiter muneribus à me vobis mandandis fungamini. Scitote enim me quidquid vobis contingit, id mihi ipsi contigisse existimaturum. Quisquis vos exceperit, ut nuntios à me missos, ego me ab illo exceptum esse censebo; & quicumque me excepisse à me judicabitur, ab eo Deus, qui me misit, se exceptum existimabit.

Hæc

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XIII

21. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπεν· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

22. Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταὶ, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει.

23. Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς.

24. Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος, πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει.

25. Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ· Κύριε, τίς ἐστιν;

26. Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς· Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ.

27. Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.

28. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ.

29. Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν· ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ.

30. Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ.

31. Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ.

32. Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.

33. Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι· ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις· Ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι.

34. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

Hæc cùm dixisset Jesus, vehementiùs commoveri cœpit, &, omnibus audientibus, repetiit fore ut unus Apostolorum se proderet. Apostoli verò, qui non audiverant quod Judæ dixerat, se invicem adspiciebant, nec intelligebant quis tanti sceleris reus è suo numero esse posset. Joanni verò, quem singulari amicitiâ prosequebatur Jesus, & qui ante pectus Jesu, in eodem lecto accubuerat, capite innuebat Petrus, ut peteret à Jesu quem denotaret. Itaque Joannes, reflexâ cervice ad pectus Jesu, quæsivit quis esset usque adeò sceleratus. Tum Jesus illum, inquit, intelligo, cui panem intinctum porrigam. Simul Judæ, Simonis Filio, Iscariotæ panem porrexit. Quo accepto, Cacodæmon acriùs hominem, Magistri Jesu exprobrationibus nequaquam emollitum, agitare cœpit. Quod cum animadverteret Jesus, cum clarâ voce jussit quamprimùm exsequi id quod facere instituerat.

At nemo accumbentium intellexit quænam esset horum verborum sententia; & nonnulli etiam existimabant, eò quod crumenam ferret, Jesum eum jussisse comparare quæ necessaria sibi

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XIII. 21. Cùm hæc dixiſſet Jeſus, turbatus eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, amen, dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me. 22. Adſpiciebant ergo ad invicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret. 23. Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus. 24. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit. 25. Itaque cùm recubuiſſet ille ſupra pectus Jeſu, dicit ei: Domine, Quis eſt? 26. Reſpondit Jeſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et, cùm intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ. 27. Et poſt buccellam, introivit in eum Satanas. Et dixit ei Jeſus: Quod facis, fac citiùs. 28. Hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei. 29. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quòd dixiſſet ei Jeſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum; aut egenis ut aliquid daret. 30. Cùm ergo accepiſſet ille buccellam, exivit continuò: erat autem nox. 31. Cùm ergo exiſſet, dixit Jeſus: nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. 32. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo: & continuò clarificabit eum. 33. Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Quæretis me; & ſicut dixi Judæis: quò ego vado vos non poteſtis venire, & vobis dico modò. 34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem.

ſibi erant per reliquos dies feſtos, aut pecuniam pauperibus elargiri. Interea ille, poſtquàm comediſſet panem ſibi à Magiſtro datum, continuò egreſſus eſt, cùm dudum nox eſſet.

Eo vero egreſſo, liberiùs loqui cœpit Jeſus, & nunc tandem, inquit, inſtante fine muneris, quod in terris gerere debui, profiteri poſſum Deum, quis ſim, qui homo plebeius à Judæis habeor, inſignibus miraculis oſtendiſſe; Dei verò gloriam per me, apud homines, auctam fuiſſe. Quemadmodum autem ego hactenus Dei honorem, in terris, amplificavi: ſic Deus etiam ipſe claris indiciis manifeſtum faciet me à ſe miſſum fuiſſe, & quidem brevi ea in mei gratiam miracula edet, qualia nondum conſpecta fuerunt. Exiguo etiamnum tempore, ô cariſſimi Diſcipuli, vobiſcum verſabor; & quò ibo, quemadmodum aliquando dixi contumacibus Jeroſolimitis, (*Cap.* XXXIX.) iterumque vobis repeto, non poteritis illico venire. Interea vobis novum hoc præceptum, me abſente diligenter obſervandum, relinquo; ut vos invicem omnéſque qui mihi credent, cujuſcumque ſint gentis, eodem affectu, quo vos ego proſequutus ſum, ametis.

 Hinc

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES

LUCAS. Cap. XXII.

31. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδού, ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον·

32. Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.

33. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι.

34. Ὁ δὲ εἶπε· Λέγω σοι, Πέτρε, οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με.

35. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε; Οἱ δὲ εἶπον· Οὐδενός.

36. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς· Ἀλλὰ νῦν, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν.

37. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοί, τό· Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη· Καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει.

38. Οἱ δὲ εἶπον· Κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἱκανόν ἐστι. ☞

JOANNES. Cap. XIII.

35. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

36. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

37. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Κύριε, διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι, ☞ τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.

38. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς. ☞

Cap. XIV.

1. ΜΗ' ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία· πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

Hinc enim volo vos à discipulis ceterorum omnium doctorum distingui, ac pro meis agnosci, quòd arctissimâ amicitiâ inter vos conjuncti sitis.

Petrus verò, cùm audivisset Jesum dicentem Apostolos non posse venire quò iturus erat, ab eo quæsivit quò ergo se esset recepturus. At Jesus, quò nunc ibo non potes è vestigio me sequi, attamen posthac sequêris. Ibi Petrus petiit, cur non illico Magistrum posset sequi? Respondit verò Jesus hisce verbis: scito, inquit, ô Petre, Cacodæmonem à Deo petiisse, ut sibi potestas fieret gravissimâ tentatione experiendi constantiam vestram, fortésque à timidis secernendi. At ego Deum oravi ne fides, quam incorruptam mihi ad extremum præstare debes, ex animo tuo penitus evelleretur. Itaque hoc tibi præcipio ut, postquàm animum receperis, alios discipulos meos fidei tuæ exemplo confirmes. At Petrus miratus cur ita Jesus de se loqueretur; paratus sum, inquit, Domine, te vel in carcerem, imò & ad mortem ipsam sequi, animámque tui causâ profundere. Atqui, inquit Jesus, ante quàm gallus hodie bis cecinerit, ter negabis me tibi notum esse.

Tum ad alia conversâ oratione, ut Apostolos doceret difficiliora iis imminere tempora, quæsivit Jesus ab iis an, cùm ab ipso missi erant absque ullo viatico, ullóve alio itineris apparatu, ulla re indiguissent, aut adversi quidquam passi essent? (*Cap.* XXX.) Illi verò quid-

quam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		CAP. XXII.	CAP. XIII.
			35. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. 36. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Jesus: Quò ego vado, non potes me modò sequi; sequêris autem postea. 37. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò?
		31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: 32. ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. 33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire.	Animam meam pro te ponam.
		34. At ille dico tibi, Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.	38. Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen, dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges.
		35. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat; similiter & peram: &, qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est; etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. 38. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.	
			CAP. XIV. 1. NOn turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

quam sibi defuisse negarunt. Nunc verò, inquit, multùm aucto inimicorum vestrorum numero, quisquis habet pecuniam eam sumat; quisquis habet peram, victibus eam impleat, antequàm iter ingrediatur; quisquis non habet gladium, quovis pretio sibi comparet. Quibus verbis, non tam præcipiebat Jesus gladios comparari, aliáque memorata; quàm significabat ea Judæorum odia imminere Apostolis, propter quæ nullum ampliùs auxilium ab illis exspectandum erat. Subjecit enim jam advenisse tempus, quo absoluturus esset quæ sibi implenda supererant, & illud quidem Esaïæ, *reputatus est cum iniquis*, hoc est, habitus est instar hominis scelerati; (*Cap.* LIII, 12.) quod ubi contigisset, nihil sibi agendum fore ampliùs in terris. At ejus dicta non satis intelligentes Apostoli responderunt, sibi esse ad manum duos gladios. Jesus tamen, aliis curis districtus, eos illico ab errore revocare noluit; cùm olim per se, ex rebus ipsis, intellecturi essent quid voluisset. Itaque satis esse, ut ea de re sermonem abrumperet, respondit; cœpitque homines territos ac tristes solari, atque ad constantiam hortari.

Forti, inquiebat, animo estote, divino auxilio freti. Ab infantia Deo credidistis, nec mihi, qui ab eo missus sum, fidem potestis negare; nec proinde, me vos bene sperare jubente, animum despondere.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XIV.

2. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν· πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν.

3. Καὶ ἐὰν πορευθῶ, καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἦτε.

4. Καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.

5. Λέγει αὐτῷ Θωμᾶς· Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι;

6. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

7. Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτόν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν.

8. Λέγει αὐτῷ Φίλιππος· Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.

9. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα;

10. Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

11. Πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

12. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι.

13. Καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω· ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

14. Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω.

Ampla est Patris mei Cœlestis domus, quæ & vos & credentes omnes excipere facilè possit. Sin minùs, vos monuissem, vetuissémque, meâ causâ, inanem ullum laborem suscipere. Nunc verò ante vos in eam me conferam, veluti ut locum vobis illic parem. At postquàm abiero, sedésque vobis paravero, redibo, quò vos in eas intromittam, cùm sapientiæ divinæ visum fuerit; ut in æternum eodem loco, quo ero, mecum sitis. Vos jam satis docui quò sim iturus, & quâ viâ eò liceat pervenire.

Hic sermonem Magistri interpellavit Thomas, negans Apostolos scire quò esset iturus, ac proinde quâ viâ eum possent sequi. Respondit Jesus viam beatitudinis, veritatem salutarem, ac vitam æternam non esse quærendas alibi, quàm in ipsius doctrina; neque quemquam pervenire in beatas sedes, in quibus præsentissimum se præbet Pater Cœlestis, & in quas brevi erat iturus, nisi qui ad eam doctrinam mores suos composuisset. Si probè, inquit, me ac doctrinam meam nossetis, cognosceretis etiam Patrem ac intelligeretis quid postulet à vobis. Imò verò eum jam nostis, atque oculis vestris veluti subjectum vidistis.

Ibi Philippus, fac, inquit, Domine, ut Pater se se conspiciendum nobis præbeat, ut olim Mosi; nec tibi ampliùs molesti erimus, quæstionibus nostris. Jesus verò, igiturne, inquit,

per

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XIV.
			2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Sin minùs, dixissem vobis; quia vado parare vobis locum:
			3. & si abiero, & præparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.
			4. Et, quò ego vado, scitis, & viam scitis.
			5. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire?
			6. Dicit ei Jesus: Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me.
			7. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: & à modò cognoscetis eum, & vidistis eum.
			8. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.
			9. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?
			10. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor; Pater autem in me manens, ipse facit opera.
			11. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioqui propter opera ipsa credite.
			12. Amen, amen, dico vobis, qui credit in me; opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.
			13. Et, quodcumque petieritis Patrem, in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.
			14. Si quid petieritis me, in nomine meo, hoc faciam.

per tantum tempus vobiscum fui, nec tamen satis nosti quis sim? O Philippe, Patris inconspicui conspicuus sum legatus; & quisquis me vidit, is Patrem vidisse censendus est. Quomodo ergo postulas Patrem tibi conspicuum fieri, quasi dubitares an verè ab eo missum me prædicem? Annon credis me esse conscium paternorum consiliorum, Patris verò auctoritatem in me esse, quasi in ejus legato amplissimâ potestate instructo? Quæ vobis dico ea minimè commentus sum, nec sponte meâ, seu injussu Patris, quidquam facio; sed Deus auctor mihi est dicendorum omnium ac faciendorum. Adcredite mihi affirmanti, me esse divinorum consiliorum participem, Deúmque in me potestatem suam contulisse. Sin minùs, at miraculis certè permoti dictis meis fidem habete. Quisquis, mihi credite, fidem mihi non detraxerit, is quoque edendi miracula facultatem à Deo accipiet, cùm qualia feci, tum etiam majora. Brevi enim proficiscar ad Patrem, & postquàm ad eum adscendero, quidquid petetis, cum impetrandi fiducia eò quòd dicamini & sitis discipuli mei, id vobis ego effectum dabo; ut gloria Patris per Filium augeatur. Quidquid, inquam, petetis, additâ hac impetrandi ratione, quòd profiteamini vos esse discipulos meos, id exsequar.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XIV.

15. Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε.

16. Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα·

17. Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.

18. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

19. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με· ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε.

20. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

21. Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.

22. Λέγει αὐτῷ Ἰούδας (οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης) Κύριε, τί γέγονεν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;

23. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.

24. Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ· καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός.

25. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν παρ' ὑμῖν μένων.

26. Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

At si ex animo me amatis, diligenter quæcumque vobis præcepi observate; quod solum mihi erit non ambiguum vestri in me amoris indicium.

Postquàm verò discessero à vobis, Patrem orabo, ut alium mittat, qui vos tueatur ac defendat in terris, quemadmodum feci, atque in perpetuum vobiscum maneat. Is erit Spiritus, veritatis doctor, quem homines hujus vitæ rebus mancipati accipere non possunt; quòd eum neque norint, neque ament. Vos verò eum amatis, quare apud vos nunc est, & posthac etiam erit. Non relinquam vos orphanos, in perpetuum; sed non multò postquàm vobis ereptus fuero, ad vos invisendos redibo. Post breve tempus, vulgò homines me non ampliùs videbunt; at vos me viventem vivi contemplabimini, ad vitam enim revertar. Illo demum tempore, ex claris indiciis intelligetis me verè paternorum consiliorum conscium fuisse, quemadmodum vos meorum, ego vestrorum. Quisquis præceptis à me acceptis parebit, is demum me amare à me censebitur; idémque à Patre meo & à me amabitur, ac post resurrectionem meam me conspiciet.

Tum Judas, non qui cognomine Iscariota appellabatur, sed alter ei cognominis, Domine, inquit,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XIV.

15. Si diligitiame, mandata mea servate:

16. & egu rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vubia, ut maneat vobiscum in æternum,

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nou videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

18. Nou reliuquam vos orphanos: veniam ad vos.

19. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis.

20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum iu Patre meo, & vos iu me, & ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

22. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nubia teipsum, & non mundu?

23. Respondit Jesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

24. Qui non diligit me, sermones meos uon servat. Et, sermonem quem audistia, nou est meus: sed ejus, qui misit me, Patris.

25. Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.

26. Paracletus autem Spiritua Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit umnia, & suggeret vobis omuia quæcumque dixero vobis.

---

inquit, qui fit ut te velis nobis tantùm conspiciendum præbere, non verò promiscuæ multitudini, quam sic posses ad saniorem mentem revocare? Respondit verò Jesus: quicumque me amabit, præceptisque adeò meis parebit, ei vice versâ cum Pater meus, tum ego omnia amoris argumenta præbebimus, atque ad eum veniemus, præsentésque semper ei aderimus. At æquum non est eos, qui neque Patrem, neque me amant, iisdem affici beneficiis, ac eos qui amorem suum non ambiguis indiciis nobis approbarunt. Visne autem scire quinam sint, à quibus me nou amari existimo? Illi, nimirum, qui præcepta mea negligunt. Præcepta autem hæc mea, ut vobis sæpe dixi, minimè commentus sum, sed à Patre qui me misit accepi.

Hæc vos edocui, dum vobiscum versarer, nec potestis ignorare. Attamen Spiritus Sanctus, quem vos patronum ac defensorem accepturos dixi, quémque ad vos mittet Pater, quasi Spiritum meum, adeóque dicendum Spiritum Messiæ, is omnia necessaria vos docebit, revocabitque vobis in memoriam quæcumque me dicentem audivistis.

Salutem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XIV.
			27. Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω.
			28. Ἠκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν ὅτι εἶπον, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι.
			29. Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι· ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε.
			30. Οὐκ ἔτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν.
CAP. XXVI.	CAP. XIV.	CAP. XXII.	31. Ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος ὅτι ἀγαπῶ τὸν πατέρα, καὶ καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ, οὕτω ποιῶ. ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.
30. Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον	26. Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον	39. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος	
εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.	εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.	εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.	CAP. XV.
			1. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι.
			2. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ.
			3. Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν.
			4. Μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν· καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε.
			5. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν. ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

Salutem vobis abiens precor, imò verò, pro poteſtate à Patre accepta, impertior. Neque enim eam vobis precor, quemadmodum vulgò homines aliis alii ſolent; qui ſæpe eam ex animo minimè precantur, vel, ſi verè precentur, largiri reipsâ quod optant non poſſunt. Igitur ne doleatis eò quòd à vobis diſcedam, nec mali quidquam vobis timeatis. Audiſtis me dicentem me diſceſſurum, atque ad vos rediturum, nec dubitare poteſtis quin ſim promiſſa mea præſtiturus. Si me, ut par eſt, amaretis, gauderetis quòd dixerim me ad Patrem proficiſci; nam ille major me eſt, cùm omnia ab eo acceperim & ſim accepturus. Hæc antequàm contingerent, prædicere vobis volui; ut cùm ea contigiſſe omnia animadvertetis, ceteris etiam meis promiſſis fidem habeatis. Plura hîc vobis non dicam, veniunt à Cacodæmone afflati homines, me comprehenſuri. Quod patitur Deus, non quia Cacodæmon ullius me delicti apud illum reum fecit; ſed ut homines intelligant, quanto amore Patrem meum proſequar, & quàm religiosè mandata ejus omnia exſequar. Igitur ſurgite, hinc extra urbem abeamus.

CAPUT LXI.

Jesus it in montem Olearum, cum Apoſtolis, quos hortatur ad obſervanda conſtanter ſua præcepta, ac præſertim ad mutuum amorem. Prænunciat eis calamitates, Evangelii causâ ferendas, eximiiſque promiſſis, ac præſertim de mittendo Spiritu Sancto, eos ſolatur. Tum eos precibus Deo commendat.

Hisce ſermonibus habitis in Cœnaculo, in quo Paſchalem Agnum comederant, cœnam clauſit

MATTHÆUS.

CAP. XXVI.

30. Et, hymno dicto, exierunt in Montem Oliveti.

MARCUS.

CAP. XIV.

26. Et hymno dicto exierunt in Montem olivarum.

LUCAS.

CAP. XXII.

39. Et egressus ibat, secundùm consuetudinem, in Montem olivarum; secuti sunt autem illum & discipuli.

JOANNES.

CAP. XIV.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

28. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est.

29. Et nunc dixit vobis priusquàm fiat, ut, cùm factum fuerit, credatis.

30. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.

31. Sed, ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: Surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

1. EGo sum vitis vera: & Pater meus agricola est.

2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat.

3. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis.

4. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.

5. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.

---

clausit Jesus hymno, qui post Convivium Paschale cani solet; cúmque discipulis in montem Oliveti se contulit. Ubi cùm esset, cœpit ita Apostolos alloqui: me, inquit, & meos discipulos possit quispiam rectè vitem vocare; Patrem verò meum Cœlestem vinitorem, qui eam diligenter colit. Si quis sit in ea vite palmes, hoc est, si quis discipulum meum se profiteatur, qui tamen fructum virtutis nullum ferat; eum Pater meus penitus resecat, & pro meo discipulo non habet. Palmitem verò fructus ferentem dumtaxat putat, ut plures proferat; seu homines virtutis amantes variis vitæ commodis spoliari patitur, ut eo magis eorum virtus eniteat ac confirmetur. At vos, qui in disciplina mea diu fuistis, supervacaneis cupiditatibus jam estis liberati. Constanter ergo præcepta mea observatote, ego verò vobis omnia mea promissa præstabo, sempérque adero. Quemadmodum enim nullus palmes à vite recisus fructus proferre potest: ita nec vos vitam veræ virtutis consentaneam agetis, si à disciplina mea defeceritis. Ego sum, ut dixi, vitis, vos verò palmites; quicumque præceptorum meorum observans est, & cui proinde ego constanter adsum, is copiosissimos virtutum omnium fructus profert; verùm si à me discesseritis, frustra boni quidquam à vobis exspectetur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XV.

6. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη· καὶ συνάγουσιν αὐτά, καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται.

7. Ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοί, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ, ὃ ἐὰν θέλητε αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν.

8. Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε· καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί.

9. Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς· μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ.

10. Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου· καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.

11. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ.

12. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

13. Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

14. Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.

15. Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους· ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν.

16. Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.

17. Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

18. Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν.

Si quis præcepta mea observare desinat, is erit instar palmitis qui resecatur, resectúsque siccatur & in fasciculum cum aliis colligitur, ut postea comburatur; expulsus enim à beatorum cœtibus, igne æterno pœnas dabit. Si indesinenter ad leges meas vitam vestram exigatis, nec umquam eas oblivioni mandetis; quidquid cupietis petite, nullam à me passuri estis repulsam. Sic verè honor Deo debitus tribuetur à vobis, si uberes virtutis fructus edatis; sic verè eritis ac dicemini mei discipuli.

Quemadmodum me amat Pater, ita & ego vos amavi, & porrò amabo; si modò nihil faciatis, quod vos eo amore indignos reddat. Nihil autem facietis, quod meum à vobis animum alienare possit, quasi ab indignis qui à me diligamini, si semper præceptorum meorum observantes fueritis: quemadmodum me Pater meus semper amavit, quia diligentissimè ejus mandata exsequutus sum. Hæc vobis dixi, ut præmoniti fideli obedientiâ perpetuum mihi gaudium creetis, útque lætitia vestra, absque ulla tristitiæ mistura, æternùm novis accessionibus cumuletur.

Potissimum autem meorum præceptorum id est, quo vos jubeo eo amore vos invicem prosequi,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XV.
			6. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.
			7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.
			8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.
			9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: Manete in dilectione.
			10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione.
			11. Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium meum sit in vobis, & gaudium vestrum impleatur.
			12. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.
			13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.
			14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.
			15. Jam non dicam vos servos; quia servus nescit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.
			16. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut, quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.
			17. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.
			18. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.

sequi, quo à me dilecti fuistis, & quo major esse non potest. Nam certè nullum est majus amoris argumentum, quàm quo anima, in amicorum gratiam, profunditur. Mihi verò amici eritis, si quæcumque vobis præcipio feceritis. Non ampliùs vos voco servos, quia servi consiliorum heri minimè sunt participes; sed vos amicos vocavi, quia quæcumque à Patre meo accepi vobis patefeci, adeòque divina consilia aperui. Me Magistrum nequaquam priores elegistis, sed vos ego prior Apostolos meos futuros elegi. Vos constitui præcones Evangelii mei, ut ne sine fructu maneretis, & eo quidem fructu, qui in æternum supersit; qualis est sola virtus, quæ etiam post mortem prodest. Quam si, prout par est, colueritis, quidquid à Patre meo vobis ideò concedi petetis, quòd sitis discipuli mei, dabo operam ut impetretis. Iterum repeto quod sæpiùs dixi, ante omnia vos invicem amate.

Si vulgus hominum, supra res hujus vitæ minimè sapientium, vos odio habeat, quia vos profitebimini esse meos discipulos; mementote me illis summopere invisum fuisse, antequàm vos odissent; spernetisque odium, quod ego priùs vicero.

MATTHÆUS. MARCUS. LUCAS. JOANNES.

CAP. XV.

19. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

20 Μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν.

21. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν, διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με.

22. Εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

23. Ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ.

24. Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι, καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.

25. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν· Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.

26 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, (τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται) ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.

27. Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.

CAP. XVI.

1. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε.

2. Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

3. Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα οὐδὲ ἐμέ.

Si essetis ex eo hominum genere, moréſque eorum imitaremini, vos illi sui similes amarent; at vos ego selectos ab eorum moribus revocavi, ut diversum prorsus vitæ iter ingrederemini. Quamobrem eis odio estis, propter studiorum dissimilitudinem. At memores estote admonitionis, antea à me prolatæ, servum non oportere se pluris facere, quàm herum; quod fieret à vobis, si quod perpessus ab hominibus fuero, id ferre recusaretis. Quemadmodum ergo me inimicè insectati fuerint: sic & vos insectabuntur, nec majorem rationem dictorum vestrorum habebunt, quàm meorum. Verùm vos vexabunt, eò quòd vos discipulos meos prædicaturi estis; neque enim à quo ad homines missus sim intelligent. Quòd si ad eos minimè venissem, neque mandata à Patre accepta illis exposuissem, nullum hoc in negotio delictum eis exprobrari posset; causarentur enim se à me ejusmodi nihil audivisse, nec, me tacente, potuisse scire à quo missus essem. Nunc verò culpæ suæ nihil obtendere possunt, quo eam elevent. Quisquis autem me odio habet, quemadmodum contumaces Judæi, is eadem operâ Dei, qui me misit, inimicus est, cùm mandatis ejus per me allatis obsequi nolit. Nisi ea, apud illos, edidissem miracula, qualia à nemine umquam alio perpetrata sunt, contumacia eis exprobrari non posset, quòd mihi potestatem, qualem nemo alius habuit, à Deo accepisse me dicenti

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XV.

19. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

20. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est servus major domino suo, si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt.

21. Sed hæc omnia facient vobis, propter nomen meum; quia nesciunt eum, qui misit me.

22. Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

23. Qui me odit, & Patrem meum odit.

24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum;

25. sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis.

26. Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me:

27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Cap. XVI.

1. HÆc loquutus sum vobis, ut non scandalizemini.

2. Absque Synagogis facient vos: sed venit hora: ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

3. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

dicenti adcredere noluissent. Cùm verò miracula prorsus inusitata à me edita conspexerint; manifestum est eos pravo odio, non in me tantùm, sed & in Patrem meum laborare. Qua in re, idem mihi contingit, quod olim sibi contigisse querebatur David, (*Ps. XXXV, 19.*) hisce verbis: *oderunt me immeritò.* Postquàm verò venerit patronus ille, quem ego ad vos demittam, Spiritus ille veritatis doctor, qui à Patre meo proficiscitur, clarè ostendet quis sim, & quàm immeritò à Judæorum gente repudiatus. Sed & vos de dictis & factis meis testimonium minimè fallax dicere poteritis, cùm ex quo tempore cœpi munere meo defungi, assiduì comites mihi adfueritis.

Hæc vobis prædicere volui, ne postea à me deficeretis, propter vexationes Judæorum. Neque enim vos dumtaxat consortio familiari hominum arcebunt; sed erit etiam tempus, quo cùm vos interficient, rem Deo acceptam se facere existimabunt. Quomodo se gerent, quia minimè intelligent quæ Deus ab hominibus postulet, méque ab eo missum fuisse, ut ea illos docerem.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
			CAP. XVI.

4. Ἀλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην.

5. Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με· Ποῦ ὑπάγεις;

6. Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

7. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς.

8. Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως.

9. Περὶ ἁμαρτίας μέν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ.

10. Περὶ δικαιοσύνης δέ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με·

11. Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.

12. Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.

13. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

14. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

15. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Verùm hæc vobis prædixi, ne præter exspectationem ingruentes vexationes vos nimiùm terreant, sed potiùs excipiantur à vobis, paratis animis, & memoribus eorum de quibus vos præmoneo. Ab initio quidem hæc vobis, tantâ perspicuitate, non exposui; quia vobiscum eram animos vobis, præsentiâ meâ & tempestivis monitis, si necesse esset, additurus. Nunc verò prædicendum statui, quia brevi abibo ad Deum qui me misit; quamvis nemo vestrûm me ampliùs interroget de loco, in quem sim iturus, prout deberet à vobis fieri. Interea animadverti vos tristiores factos, ex quo dixi me brevi discessurum. At scitote quod verissimum est; vobis, nimirum, conducere, ut hinc proficiscar, Regni mei Cœlestis possessionem aditurus; quam nisi adiero, patronus ille, de quo dixi, minimè ad vos veniet; si verò adiero, à me demittetur, pro potestate à Patre accepta. Cùm autem ille venerit, arguet ac convincet Judæos ignoratorum trium ad me pertinentium; quorum primum est delictum, quod in me admiserint; alterum innocentia mea; tertium damnatio, ac supplicium ejus, qui potissimùm mihi adversatus est. Delictum quidem erit contumacia, quâ fidem mihi negarint, ejúsque contumaciæ turpia ac crudelia omnia consectaria. Innocentia verò mea manifesta fiet, discessu meo ad Patrem, ad quem me adscendentem videbitis, donec oculis vestris ereptus fuero. Damnatio denique Cacodæmonis, cujus ope miracula à me fieri calumniati sunt Judæi, conspicua erit in ejus regni eversione, dum ubique Evangelium nuntiabitis, atque homines Cacodæmoni antea mancipatos ad fidem Deo habendam adducetis. Quæ omnia aut manifesta fient, aut exsequutioni mandabuntur post Spiritûs Sancti descensum. Miracula enim

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XVI.
			4. Sed hæc loquutus sum vobis, ut, cùm venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vado. 6. Sed, quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et, cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio: 9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: 10. De justitia verò, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: 11. De judicio autem, quia Princeps hujus mundi judicatus est. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. 13. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt adnuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis.

enim quæ facietis, eo accepto, ostendent non sine contumacia, nullâ excusatione elevanda, mihi fidem detrahi potuisse; nam nisi verè à Deo missus fuissem, terris ereptus ejusmodi donis vos instruere non possem. Adscensus etiam meus in cœlum, cui vos, accepto Spiritu Sancto, testimonium omni exceptione majus præbebitis, me innocentem ac Deo acceptum esse demonstrabit. Evangelium verò, quod eò totum tendet, ut genus humanum ad cultum veri Dei, atque ad virtutes omnes moribus exprimendas adducatur, & quod afflati demum à Spiritu Sancto nuntiabitis, in clara luce ponet consilia omnia mea eò spectasse, ut regnum Cacodæmonis everteretur; erutis ejus fundamentis, idololatriâ, & vitiis, quibus solis stantibus, apud homines regnat. Nihil quidem, ut dixi, vos celavi consiliorum Patris mei, sed multa adsequuti non estis, quæ perinde sunt ac si dicta à me non fuissent. Itaque denuò & quidem clariùs mihi dicenda essent; at eæ sunt etiamnum præconceptæ in vobis opiniones, quæ nunc vos minùs aptos iis audiendis faciunt. Cùm verò venerit patronus ille vester, Spiritus veritatis doctor, is vos deducet ad omnem illam veritatem, quam à me auditam hactenus non intellexistis. Spiritus enim ille, quo afflabimini, nulla nova placita comminiscetur, sed per vos, à me audita proferet, at futura præterea vos docebit. Idem quis fuerim ostendet, dum quæ vos docui in memoriam vobis revocabit, ac veluti repetet, atque illustrabit. Si quæ præterea vos doceat, qualia sunt futura illa, de quibus dixi, ea etiam de meis desumta dicere queam; quia sunt Patris consilia, quorum omnium particeps factus sum.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

CAP. XVI.

16. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.

17. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους· Τί ἐστι τοῦτο ὃ λέγει ἡμῖν· Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καί· Ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα;

18. Ἔλεγον οὖν· Τοῦτο τί ἐστιν ὃ λέγει, τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ.

19. Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτᾷν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων ὅτι εἶπον· Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με;

20. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται· ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται.

21. Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως, διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον.

22. Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν.

23. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

24. Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

25. Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν.

26. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν.

27. Αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον.

Post breve tempus, me non ampliùs videbitis; at paullò pòst visuri estis, sed non diu, nam ad Patrem meum brevi adscendam. Hic Apostoli cœperunt ab aliis alii invicem quærere, quid sibi vellent postrema verba; quibus Jesus non obscurè resurrectionem suam, atque adscensionem in cœlum designaverat. At non capiebant quale esset præsertim breve illud tempus, de quo loquutus fuerat, volebántque Magistrum hac de re interrogare. Quod cùm animadverteret Jesus, quæritisne, inquit, quæ sit sententia postremorum meorum verborum? Annon ergo sunt satis perspicua? Profectò instat tempus, quo, vobis flentibus ac lugentibus, gaudebunt vulgò Judæi; verùm paullò pòst, tristitia vestra in gaudium vertetur. Quemadmodum enim mulier parturiens quidem acutissimis doloribus distenditur, sed postquàm peperit, dolorum illorum oblita, propter editum in lucem infantem, gaudet: sic vos nunc quidem summâ tristitiâ affecti estis, sed cùm vos revisam, tum verò lætitiâ gestietis, nec eam umquam quisquam vobis eripiet, quia me vivere scietis. Tunc temporis, ita edocti eritis omnia quæ ad Evangelium pertinent, ut opus minimè habituri sitis me præsente, ut quæstio-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. XVI.

16. Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.

17. Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit oobis: Modicum, & oon videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?

18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur.

19. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis ioter vos, quia dixi: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.

20. Amen, amen, dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, muodus autem gaodebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

21. Mulier, cùm parit, tristitiam habet, quia veoit hora ejos: cùm autem peperit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium quia natus est homo in mundum.

22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis; iterum aotem videbo vos, & gaudebit cor vestrum; & gaodium vestrum oemo tollet à vobis.

23. Et io illo die me oon rogabitis quidquam. Amen, amen, dico vobis, si quid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis.

24. Usque modò non petiistis quidqoam, io nomioe meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

25. Hæc io proverbiis loquutus sum vobis. Venit hora cum jam non io proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre adnuntiabo vobis.

26. Io illo die, io oomine meo petetis; & oon dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis;

27. ipse enim Pater amat vos, qoia vos me amastis, & credidistis qoia ego à Deo exivi.

---

nibus vestris satisfaciam. Quòd si quid vobis latebit, ejus cognitio petenda erit à Deo; qui profectò quidquid ab eo petetis vobis concedi, eò quod sitis discipuli mei; precibus vestris, largietur. Hactenus nihil à Deo petiistis, additâ hac impetrandi ratione; nunc eâ apud Deum utimini, atque ab eo impetrabitis quod cupietis, quò lætitia vestra omnibus numeris absoluta sit. Hæc paullò obscuriùs vos antehac docui, sed tandem adveniet tempus, quo non ampliùs obscurè vobiscum ulla de te loquar, verùm apertè vos consilia Patris mei docebo. Tum demum incipietis Deum orare, ut vos exaudiat, quia estis discipuli mei; nec vobis polliceor me, in vestri gratiam, Patrem meum interpellaturum; vos enim Pater meus singulari amore prosequitur, quia mei amantes fuistis, & credidistis me ab eo missum fuisse.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

Cap. XVI.

28. Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα.

29. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ἴδε, νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις.

30. Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ. ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες.

31. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἄρτι πιστεύετε;

32. Ἰδοὺ, ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ᾽ ἐμοῦ ἐστι.

33. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.

Cap. XVII.

1. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε, Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε·

2. Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.

3. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

4. Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω·

5. Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί.

6. Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου· σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι.

7. Νῦν ἔγνωκαν ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν·

Veni ad homines, à Patre meo missus; & vice versâ ab hominibus discedam, ut ad Patrem me recipiam. Tum Apostoli, nunc quidem, inquiunt, apertè, ac sine ulla obscuritate mentem tuam exprimis. Hinc intelligimus tibi omnia esse nota, etiam cogitationes in animo latentes; quandoquidem non opus est tibi interrogatione ulla nostra, ut scias quid animo agitemus. Cùm propter alia multa, tum etiam propter hoc, credimus te à Deo verè missum fuisse. Jesus verò, an nunc tandem, inquit, mihi fidem habetis, & quidem eam fidem, cujus infirmitas brevi tempore manifesta fiet? Instat enim hora, imò verò jam adest, quâ unusquisque vestrûm fugâ seorsim sibi consulet, & me solum relinquet. Attamen ne sic quidem ero solus, nam Pater meus mihi aderit. Hæc vobis dixi, ut ne anxii mei causâ sitis, neu vobis etiam timeatis. Hominum nequitiâ, vexabimini; sed bono animo estote, cùm me constantiâ meâ omnem hominum nequitiam superasse reputabitis.

Hæc cùm dixisset Jesus, ad confirmandos, solandósque Apostolorum suorum animos, tum verò

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XVI. 28. Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicunt ei discipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. 30. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi. 31. Respondit ei Jesus: Modò creditis? 32. Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. 33. Hæc loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. **Cap. XVII.** 1. HÆc loquutus est Jesus, & , sublevatis oculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: 2. sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. 3. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. 4. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam. 5. Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquàm mundus esset, apud te. 6. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt. 7. Nunc cognoverunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt:

verò sublatis in cœlum oculis, Patrem cœpit in hanc sententiam, clarâ voce, orare: Pater, jam adesse video horam, quâ me oportet omnes indignitates perpessum mortem subire. Fac ergo ut me eo modo geram, qui dignus sit eo, quem Filium tuum esse agnoscis; ut gloriam etiam tuam, apud homines, amplificem. Potestatem mihi fecisti quoscumque adduceres ad mihi credendum, ex humano genere, æternâ felicitate donandi; ad quam hac unâ viâ hominibus pervenire licet, si te cognoscant; qui solus verus Deus es, & me quem misisti, qui sum Messias. Quamobrem gloriæ tuæ in terris propagandæ operam dedi, & jam defunctus sum munere, quod mihi demandasti. Nunc igitur me admittito ad eos honores, qui mihi, antequàm mundus esset conditus, apud te erant repositi. Docui eos, qui ad fidem mihi habendam à te adducti sunt, quid ab iis postulares. Tibi jam credebant, effecistique ut mihi etiam crederent; à quo tempore præceptis tuis, per me allatis, paruerunt. Nunc intellexerunt quæ-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES

Cap. XVII

8. Ὅτι τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

9. Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι ὅτι σοί εἰσι.

10. Καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

11. Καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί, καὶ ἐγὼ πρός σε ἔρχομαι. Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς.

12. Ὅτε ἤμην μετ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου· οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ.

13. Νῦν δὲ πρός σε ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

14. Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.

15. Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ᾽ ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.

16. Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί.

17. Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι.

18. Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον.

19. Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

20. Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευσόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ.

---

cumque habeo, ea mihi abs te data fuisse; quia mandata à te accepta illis exposui, quæ amplexati sunt, & ex quibus cognoverunt me à te verè missum fuisse ad homines. Pro aliis hominibus, nunc quidem te non interpellabo, sed tantùm pro iis qui mihi crediderunt, & quos tuorum numero censes. Quicumque enim mei sunt ad te pertinent, & quicumque tui sunt eos meos esse censeo, & ab iis facilè quis sim agnoscor. Non ampliùs apud homines versabor, ad te quippe brevi iturus; at mei Apostoli apud eos manebunt. O Pater sanctè, potentia tuâ eos tuere, contra malorum molitiones; ita ut semper inter se concordes agitent, & unam, eamdémque doctrinam à me acceptam uno ore per orbem terrarum spargant. Dum apud homines versatus sum, cum illis; auctoritate ac potentiâ à te acceptâ, eos servavi. Quicumque, te auctore, mihi crediderunt, à me diligenter servati sunt; excepto uno qui proditione suâ sibi exitium accerset, & in quo implebuntur diræ in perfidos à Prophetis prænunciatæ. Nunc verò instat meus ad te discessus, propter quem, dum etiamnum in terris sum, ita Apostolis meis audientibus loquor, ut augeatur illis lætitia, quam propter me conceperunt,

ne

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XVII.

8. quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti.

9. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo; sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.

10. Et mea omnia tua sunt; & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.

11. Et jam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos.

12. Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi. & nemo ex eis periit; nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.

13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.

16. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

19. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

20. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me;

---

ne nimiâ tristitiâ animi eorum obruantur. Ego illis mandata à te accepta exposui, quibus quia fidem habuerunt, odium contumacium Judæorum sibi crearunt; quorum mores nequaquam imitantur, uti nec eorum Magister. Non peto abs te ut eos terris eripias, sed ut apud homines versantes contra omnes malorum fraudes tuearis. Non sunt ex eorum numero, qui ita mores instituunt, prout vulgò homines solent; quia ab eorum institutis me etiam abhorrere norunt. Fac autem ut verissimâ tuâ doctrinâ ita afficiantur, ut eam moribus suis semper exprimant; vera autem illa tua doctrina sunt mandata, quæ mihi ad homines perferenda dedisti. Necessarium hoc est, ut possint munere suo non frustra defungi, nam quemadmodum à te ad homines cum mandatis missus sum: ita & ego Apostolos meos ad homines ire jussi, ut eos ad sanctiorem vitam revocarent. Me tibi, pro iis, victimam offero, ac consecro, quò & ipsi præceptis tuis, quæ illis aperui, sic percellantur, ut conspicua in iis sit morum integritas, ac sanctitas. Nec hisce dumtaxat undecim Apostolis hæc abs te peto; sed & iis omnibus, qui, propter horum prædicationem, mihi, posthæc fidem habebunt; ut omnes con-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XVII.

21. Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σύ, πάτερ, ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

22. Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν.

23. Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν. καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.

24. Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ᾽ ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

25. Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

26. Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω· ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.

Cap. XVIII.

1. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

MATTHÆUS. Cap. XXVI.

31. Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.

32. Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

33. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.

MARCUS. Cap. XIV.

27. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅτι γέγραπται· Πατάξω τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα.

28. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

29. Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ· Καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγώ.

---

cordes per omnia agant, quemadmodum ego in omnibus tuis mandatis adquiesco, tu verò omnia dicta ac facta mea probas; útque nobiscum semper consentiant, & præceptis nostris obsequantur. Quod si fecerint, faciliùs adducentur homines ut credant me à te missum fuisse, sanctimoniâ eorum à quibus doctrinam meam accipient. Potestatem edendi miracula, quâ me instruxeras, in eos contuli; ut eodem Spiritu acti inter se consentiant, quemadmodum ego tecum idem sentio.

Ego illos eâ potestate instruxi, tu verò me; ut uno animo omnes simus, útque homines intelligant, & me missum à te fuisse, & illos tibi gratos accepróśque esse, quemadmodum ego hactenus fui. Cupio, ô Pater, hosce Apostolos, aliósque qui mihi crediderunt, mecum post mortem versari in iisdem beatis sedibus, ut videant honores quos in me contulisti, pro illo tuo summo amore erga me, quem jam ante conditum mundum conceperas. O Pater juste, quamvis plerique homines quid ab iis postules minimè sciant, nec scire velint; id mihi constat, & per me patefactum est hisce undecim Apostolis, quibus persuasum est me à te missum fuisse, præceptísque tuis per me allatis esse parendum. Ego enim quid velis ab hominibus fieri illis aperui, & porrò aperiam, ut obedientiâ suâ amorem tuum sibi concilient, quemadmodum ego feci; útque ego eos tibi parentes amare pergam, & donem præmiis quæ tu amantibus tui pollicitus es.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. XVII. 21. ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus. 23. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. 24. Pater, quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego & illi sint mecum; ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. 25. Pater juste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quia tu me misisti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, quâ dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. **Cap. XVIII.** 1. Hæc cùm dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus.
Cap. XXVI. 31. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis. 32. Postquàm autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. 33. Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.	**Cap. XIV.** 27. Et ait eis Jesus: Omnes scandalizabimini in me, in nocte ista; quia scriptum est: Percutiam Pastorem, & dispergentur oves. 28. Sed postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam. 29. Petrus autem ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.		

Caput LXII.

Jesus trajicit torrentem Cedronem, in hortum Gethsemanes iturus. Prædicit se mox capiendum, & alia. In horto, gravissimè conflictatur cum metu mortis, Apostolis ægrè cum eo vigilantibus. Capitur à cohorte, cui ducem se præbuit Judas. Petrus aurem servo Sacerdotis amputat, quem Jesus curat, additâ castigatione quâ inconsultum amorem Petri coërcet. Ad Sacerdotes abducitur Jesus, iisque iis sistitur, Petrus ter negat eum sibi notum fuisse, dein delictum suum deflet. Jesus interea profitetur se Messiam esse coram Synedrio, à quo damnatur.

Jesus hisce dictis, unà cum Apostolis trajecit torrentem Cedronem, iturus in hortum trans eum situm. Quò dum se conferret, hac nocte, inquit, omnes me deseretis; continget enim quod exprimi queat verbis Zachariæ: (*Cap.* XIII, 7.) *occidam Pastorem, & dispergentur oves gregis.* Captus enim capitis supplicium subibo, sed mox resurgam, atque ante vos in Galilæam ibo. Quibus verbis auditis, Petrus, si omnes alii, inquit, te deserant, at ego constanter tibi adero.

Respon-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVI.	CAP. XIV.	CAP. XXII.	
34. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ☞ ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.	30. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σὺ σήμερον, ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ☞ ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.	-	
35. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.	31. Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον· Ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον.		
36. Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ. ☞	32. Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Καθίσατε ὧδε, ἕως προσεύξωμαι. ☞	40 Γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου, εἶπεν αὐτοῖς ☜ Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. ☜	
37. Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.	33. Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.		
38. Τότε λέγει αὐτοῖς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.	34. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε.		
39. Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος, ☞ καὶ λέγων· Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. ☞	35. Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ προσηύχετο ☞ ἵνα, εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα· 36 Καὶ ἔλεγεν· Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο· ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. ☞	41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο, ☜ 42. Λέγων· Πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω. 43. Ὤφθη δὲ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν. 44. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν.	
40. Καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, ☞ καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;	37. Καὶ ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· ☞ καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι;	45. Καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης. 46. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί καθεύδετε; ☜	
41. Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.	38. Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.	ἀναστάντες προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. ☜	

Respondit verò Jesus, jam se illum monuisse fore ut hac nocte, antequàm gallus bis cecinisset, negaret ter se discipulum ejus fuisse. At Petrus, si me, inquit, tecum mori oporteat, numquam negabo te meum Magistrum esse. Similia etiam dixerunt ceteri omnes Apostoli. Inter hæc perveniunt ad hortum Gethsemanes, quem cùm ingressi essent, jubet Jesus Apostolos certo loco consistere, se verò ait secessurum aliquantulùm ut preces fundat; ipsósque interea oportere etiam Deum orare, ne nimis difficile experimentum constantiæ suæ sumatur, quod ferre nequeant. Attamen Petro & duobus Zebedæi filiis præcipit ut secum veniant, & nonnihil cum iis progressus incipit vehementissimè metu ac tristitiâ commoveri, ob mala sibi post paucas horas subeunda. Tum fatetur tribus illis Apostolis se cum longè maximo mœrore conflictari, eósque secum manere ac vigilare jubet. Dein ab illis digressus, eo intervallo, quo lapis manu jaci potest, in genua concidit atque in vultum pronus, magnâ voce, Deum orat ut, si sapientissima ejus consilia paterentur, à se impendentia mala averruncet; &, Pater, inquit, cùm omnia possis, indignitates crudelémque mortem, quæ mihi imminent, à me amoliri

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES.
34. Ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus ☞ cantet, ter me negabis.	30. Et ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prinsquàm gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.		
35. Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.	31. At ille ampliùs loquebatur: Etsi oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.		
36. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. ☞	32. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis: Sedete hic, donec orem. ☞	40. Et, cùm pervenisset ad locum, dixit illis: ☜ Orate ne intretis in tentationem. ☜	
37. Et, adsumto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse.	33. Et adsumit Petrum, & Jacobum, & Joannem secum: & cœpit pavere, & tædere.		
38. Tunc ait illis: Tristis est anima mea, usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum.	34. Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate.		
39. Et, progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, ☞	35. Et, cùm processisset paululum, procidit super terram: & orabat, ut, si fieri posset, transiret ab eo hora:	41. Et ipse avulsus est ab eis quantùm jactus est lapidis; & positis genibus, orabat, ☜	
& dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ☞	36. & dixit: Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. ☞	42. dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum à me: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.	
		43. Apparuit autem illi Angelus de Cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixiùs orabat.	
		44. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.	
40. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, ☞	37. Et venit, & invenit eos dormientes. ☞	45. Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia.	
& dicit Petro: Sic non potuistis unâ horâ vigilare mecum?	Et ait Petro: Simon, dormis? Non potuisti unâ horâ vigilare?	46. Et ait illis: Quid dormitis? ☜	
41. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.	38. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem:	Surgite, orate, ne intretis in tentationem. ☜	
Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma.	Spiritus quidem promtus est, caro verò infirma.		

liri posses si velles; attamen si ita apud te rem constituisti, ut æterna tua sapientia mutari consilium non sinat, in eo adquiescam, quamvis cuperem hisce malis eripi, si per tua consilia liceret. Cùm tantis animi angoribus teneretur Jesus, delapsus è cœlo Angelus, ei conspicuus subitò factus, solari & confirmare animum ejus cœpit. At Jesus, quò magis metu perturbabatur, eò intentioribus precibus ad Deum confugiebat; quamquam interea, præ anxietate animi, sudor tantâ copiâ ex ejus corpore defluebat, ut viderentur guttæ sanguinis in humum cadere. Deinde surrexit, atque ad Apostolos reversus, deprehendit eos somno se dedisse; qui solet, post gravem mœstitiam, interdum irrepere. Quos cùm conspexit, Petre, inquit, & vos Zebedæi filii, dormitis? An tam parum cordi vobis sum, ut mecum, in gravissimo mœrore, ne per unam quidem horam, vigilare potueritis? Surgite, ut vigiletis atque oretis Deum, ne patiatur vos succumbere, in experimento fidei ac constantiæ vestræ quod mox sumetur. Nam quamvis facilè intelligatis vestri esse officii, ut constantes sitis; attamen homines nimio metu, aut alio affectu perturbati perfacilè labuntur, & animum despondent.

MATTHÆUS. Cap. XXVI.

42. Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων· Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

43. Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

44. Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

45. Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

46. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

47. Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ, Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

48. Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν.

49. Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε· Χαῖρε ῥαββί. Καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

50. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει;

MARCUS. Cap. XIV.

39. Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

40. Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, (ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι) καὶ οὐκ ᾔδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι.

41. Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.

42. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ὁ παραδιδούς με ἤγγικε.

43. Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας, εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, παρὰ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν Γραμματέων καὶ τῶν Πρεσβυτέρων.

44. Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτὸν, καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς.

45. Καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει· Ῥαββὶ, ῥαββί, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

LUCAS. Cap. XXII.

47. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα, προήρχετο αὐτῶν, καὶ ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ, φιλῆσαι αὐτόν.

48. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;

JOANNES. Cap. XVIII.

2. Ἤιδει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον· ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

3. Ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων.

4. Ἰησοῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν εἶπεν αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε;

His dictis, iterum Jesus, digressus ab Apostolis à Deo eadem petebat quæ antea petierat. Quod dum faceret, denuò Apostoli in somnum prolapsi sunt, quo arctissimo oppressi erant, ita ut eum ægrè excutere possent. Itaque Jesus ad eos rediens dormientes offendit, cùmque homines excitasset, & castigaret tantam somnolentiam, nihil erat quod illi reponerent, quo eam excusarent. Tum tertium secessit, similésque preces fudit; cúmque à Patre nihil impetraret, in ejus mandatis adquievit, mortem fortiter perpeti paratus. Itaque reversus ad Apostolos, dormire nunc, inquit, & quiescere vobis licet; non ampliùs indigeo vigilia vestra. Jam animum plane confirmavi contra imminens periculum; adéstque articulus temporis, quo tradar in malorum hominum, cùm Romanorum tum Judæorum, potestatem. Cui rei si adesse vultis, surgite, obviam eamus proditori, qui jam appropinquat.

Noverat Judas in locum illum noctu ire solitum fuisse Jesum, quia sæpe cum discipulis suis

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES. Cap. XVIII.
42. Iterum secundò abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.	39. Et iterum abiens oravit, eumdem sermonem dicens.		
43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.	40. Et, reversus, denuò invenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum gravati) & ignorabant quid responderent ei.		
44. Et, relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eumdem sermonem dicens.			
45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite jam, & requiescite: ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.	41. Et venit tertiò, & ait illis: Dormite jam, & requiescite: sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum:		
46. Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet.	42. surgite eamus: ecce, qui me tradet, prope est.		
			2. Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis. 3. Judas ergo, cùm accepisset cohortem & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.
47. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi.	43. Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes, unus de duodecim, & cum eo turba multa, cùm gladiis & lignis, à summis Sacerdotibus, & Scribis, & Senioribus.	47. Adhuc eo loquente, ecce turba; & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos:	
48. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.	44. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè.		
49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.	45. Et cùm venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi, & osculatus est eum.	& appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum.	
50. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti?		48. Jesus autem dixit illi: Juda, osculo Filium hominis tradis?	
			4. Jesus itaque, sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quæritis?

suis illic fuerat. Itaque eò se contulit, unà cùm cohorte Romana, & Synedrii apparitoribus armatis, atque instructis facibus & laternis, ut, si necesse esset, Jesum per horti recessus latentem investigarent. Itaque etiamnum loquente Jesu, conspectus est armatorum globus, quem ducebat Judas. Monuerat ille milites se Jesum osculo salutaturum, eúmque comprehendendum, quem sic salutasset, & tutò ducendum ad Synedrium, ne elaberetur ex eorum manibus. Igitur accedens ad Jesum, salve, inquit, Magister; simúlque eum osculatus est. Jesus verò, cur, inquit, amice, huc cum tanto satellitio venis? Siccine me blandâ salutatione prodis? Tum (quippe qui, ut ostendimus, probè norat quid futurum esset) conversus ad milites, quem, inquit, quæritis?

MATTHÆUS. Cap. XXVI.

Τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

51. Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

52. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.

53. Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;

54. Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;

MARCUS. Cap. XIV.

46. Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

47. Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

LUCAS. Cap. XXII.

49. Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ· Κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ;

50. Καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν.

51. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἐᾶτε ἕως τούτου. Καὶ ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ, ἰάσατο αὐτόν.

JOANNES. Cap. XVIII.

5. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν.

6. Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί.

7. Πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε· Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον.

8. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι. εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν·

9. Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν· Ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.

12. Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτόν.

10. Σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν, καὶ ἔπαισε τὸν τοῦ Ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν. ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος.

11. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· Βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην· τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό;

Illi verò responderunt se quærere Jesum Nazarenum; quem se esse illico professus est, cùm jam Judas, salutato Magistro, in eorum agmen retrocessisset. At vix audiverant verba Jesu, cùm, subito pavore eis divinitus immisso, regressi in humum attoniti conciderunt. Quo tempore, tantùm abfuit ut Jesus fugam capesseret, veluti poterat, ut contrà ad homines iterum accederet, eósque denuo interrogaret quem quærerent. Qui cùm, ut antea, respondissent se quærere Jesum Nazarenum; jam professus sum, inquit, eum me esse; si ergo me solum quæritis, hosce, (simul ostendebat Apostolos) dimittite. Quod cùm ab aliis impetrasset, eo quoque sensu contigit impleri quod modò dixerat, se neminem ex Apostolis amisisse.

Igitur Tribunus, unà cum Cohorte accedens, Jesum se ipsis sponte suâ offerentem, comprehensum vinxit. Quod cùm Apostoli viderent, duo ex illis, qui, ut antea diximus, gladios

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES. Cap. XVIII.
			5. Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. 6. Ut ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. 7. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum. 8. Respondit Jesus: Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire; 9. ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. 12 Cohors ergo, & Tribunus, & ministri Judæorum, comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum;
Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum.	46. At illi manus injecerunt in eum, & tenuerunt eum.		
		49. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?	
51. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum Principis Sacerdotum amputavit auriculam ejus.	47. Unus autem quidam de circumstantibus, educens gladium, percussit servum summi Sacerdotis, & amputavit illi auriculam.	50. Et percussit unus ex illis servum Principis Sacerdotum, & amputavit auriculam ejus	10. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit Pontificis servum; & abscidit auriculam ejus
		dexteram.	dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.
52. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum; omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. 53. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones Angelorum? 54. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?		51. Respondens autem Jesus, ait: Sinite usque huc.	11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam:
			Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?
		Et, cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.	

gladios habebant, quæsiverunt à Jesu num, strictis gladiis, injuriam essent propulsaturi; & alter quidem eorum Petrus, non exspectato Magistri responso, stricto ense amputavit aurem dextram Pontificis Maximi servo, cui nomen Malcho erat. Quem conspicatus Jesus, jussit illico Petrum recondere gladium in vaginam; nam absque ejus opera futurum ut omnes, qui arma in se innocentem ceperant, hostilibus telis caderent. Quòd si vellet se tueri contra molitiones Romanorum ac Judæorum, posse se accipere à Patre Cœlesti, non exercitum hominum, sed vel duodecim legiones Angelorum ac plures, si necesse esset. Sed se nihil simile velle tentare, quia constituerat implere vaticinia Prophetarum de sua morte, atque ebibere calicem, quamvis amarum, quem porrigebat Pater Cœlestis. Tum tactam aurem Malchi è vestigio curavit.

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES. Cap. XVIII.
55. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις· Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με.	48. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με;	52. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ' αὐτὸν Ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, καὶ Πρεσβυτέρους· Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξεληλύθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων.	
καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. ☞	49. Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. ☞	53. Καθ' ἡμέραν ὄντος μου μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμέ· ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. ☜	
56. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες, ἀφέντες αὐτὸν, ἔφυγον. ☞	ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. 50. Καὶ ἀφέντες αὐτὸν πάντες ἔφυγον. 51. Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. 52. Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν. ☞	☞	13. Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον· ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν Ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. 14. Ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀπολέσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. 24. Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα. ☜
57. Οἱ δὲ, κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν, ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ὅπου οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι συνήχθησαν.	53. Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν Ἀρχιερέα· καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ οἱ Γραμματεῖς.	54. Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀρχιερέως. ☜	
58. Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν. ☞	54. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ☞	Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν. ☞	15. Ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητής. ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως. 16. Ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος, ὃς ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον. ☜
ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. 69. Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, ☞	ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς. ☜ 66. Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ Ἀρχιερέως 67. Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ,	55. Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν. ☜ 56. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις καθήμενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ,	

Deinde conversus ad nonnullos è Principibus Sacerdotum, Præfectis Templo, ac Synedris, qui aderant; quare, inquit, gladiis, ac telis armati egressi estis contra me, quasi contra latronem? Quotidie hactenus plebem docui in Templo, nec tamen me apprehendi curastis. At venit tandem hora, quâ Deus vobis, & Angelis tenebrarum potestatem fecit consilia vestra exsequendi; idque, ut priscæ de morte mea prophetiæ implerentur.

Interea Apostoli, Magistro deserto, omnes, prout prædixerat, aufugerunt. At adolescens quidam, qui, tecto corpore sindone, spectaturus adcurrerat, captus est à militibus; verùm ille relictâ in manibus eorum sindone, elapsus aufugit nudus.

Jesum verò primùm duxerunt ad ædes Annæ, qui socer erat Caiphæ, Pontificis Maximi ejus anni. Is autem Caiphas idem ille erat, qui in Synedrio cùm ageretur de Jesu, pro sententia

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES. Cap. XVIII.
55. In illâ horâ, dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis, cum gladiis & fustibus, comprehendere me:	48. Et respondens Jesus, ait illis: Tamquam ad latronem existis, cum gladiis & lignis, comprehendere me.	52. Dixit autem Jesus ad eos, qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores: Quasi ad latronem existis, cum gladiis & fustibus,	
quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.	49. Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis:	53. Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me:	
56. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.	sed ut impleantur Scripturæ. 50. Tunc discipuli ejus, relinquentes eum, omnes fugerunt.	sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.	
	51. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum; 52. at ille, rejectâ sindone, nudus profugit ab eis.		
			13. & adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim socer Caïphæ, qui erat Pontifex anni illius. 14. Erat autem Caïphas, qui consilium dederat Judæis, quia expedit unum hominem mori pro populo.
57. At illi, tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham Principem Sacerdotum,	53. Et adduxerunt Jesum ad summum Sacerdotem:	54. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum:	24. Et misit eum Annas ligatum ad Caïpham Pontificem.
ubi Scribæ & Seniores convenerant.	& convenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores.		
58. Petrus autem sequebatur eum à longe,	54. Petrus autem à longè sequutus est eum,	Petrus verò sequebatur à longè.	15. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus,
			& alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. 16. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.
usque in atrium Principis Sacerdotum. Et ingressus intrò sedebat cum ministris,	usque intrò in atrium summi Sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.	55. Accenso autem igne in medio atrii, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.	
ut videret finem.			
69. Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla,	66. Et, cùm esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi Sacerdotis;		
	67. &, cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum,	56. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita,	

tia dixerat, oportere hominem unum pro populo mori; quod verius erat, quàm putabat, ut jam diximus. Annas verò amandavit Jesum vinctum in ædes Pontificis Maximi, in quas Synedri multi convenerunt.

Interea è longinquo Jesum sequuti erant Petrus, & Joannes; Zebedæi Filius, qui cùm notus esset Pontifici Maximo ejúsque familiæ, ingressus est post Jesum in aulam domûs. Petrus verò extra januam steterat, cùm eum ignotum janitrix arcuisset, ne ingrederetur. Sed Joannes ex aula egressus, ut Petrum quæreret, cúmque illic inveniens impetravit à janitrice, ut hominem pateretur ingredi. Cùm verò, propter nocturnum frigus, ignis accensus esset in aula, Petrus unà cum Sacerdotum ministris ac servis adsedit, ut specularetur quò evaderet negotium. Dum autem illic sederet, venit ancilla quædam janitrix Pontificis Maximi, quæ Petrum attentiùs intuens, ab eo quæsivit annon esset ex discipulis Jesu Nazareni.

MATTHÆUS.	MARCUS	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVI.	CAP. XIV.	CAP. XXII.	CAP. XVIII.
λέγουσα· Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου.	λέγει· Καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ Ἰησοῦ ἦσθα.	εἶπε· Καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν.	17. Λέγει οὖν ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τῷ Πέτρῳ· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Λέγει ἐκεῖνος· Οὐκ εἰμί.
70. Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων· Οὐκ οἶδα τί λέγεις.	68. Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων· Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον· καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε.	57. Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων· Γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν.	
			18. Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. ἦν δὲ μετ' αὐτῶν ὁ Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος. 25. Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος.
71. Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ· Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου. 72. Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.	69. Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν· Ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστι. 70. Ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο.	58. Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν, ἔφη· Καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν· Ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί.	εἶπον οὖν αὐτῷ· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· Οὐκ εἰμί.
73. Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.	Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.	59. Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, ἄλλος τις διϊσχυρίζετο, λέγων· Ἐπ' ἀληθείας καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστι.	26. Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ Ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον· Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ;
74. Τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε.	71. Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὃν λέγετε. 72. Καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε.	60. Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος· Ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα ὃ λέγεις. Καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ, ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ.	27. Πάλιν οὖν ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.
75. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.	καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε.	61. Καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ. καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς. 62. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος ἔκλαυσε πικρῶς.	
			19. Ὁ οὖν Ἀρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ. 20. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ· ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν.

Tum verò negavit Petrus se ejus discipulum fuisse, aut se capere cur ejus rei insimularetur. Paullò pòst, egressus est ex aula in domus vestibulum; ubi cùm esset, audita est vox Galli canentis. Deinde rediit ad eosdem homines, qui circa ignem accensum erant; stabátque illic denuò, ut se calefaceret, cùm alia ancilla, quæ ad vestibulum euntem illum viderat, cœpit dicere illum fuisse ex discipulis Jesu Nazareni. Quod cùm audiret, iterum inficiatus est, addito etiam jurejurando, hominem sibi notum esse. Dein post elapsam circiter horam, unus ex servis Pontificis Maximi, cognatus ejus cui auris à Petro abscissa fuerat, affirmavit se eum vidisse in horto Gethsemanes unà cum Jesu; aliique similiter non dissimulabant sibi videri ex ejus discipulis fuisse, cùm præsertim esset Galilæus, quod ex ejus sermone intelligere licebat. Tum verò cœpit Petrus metu perturbatus se diris devovere, si Jesum nosset, quemadmodum illi dicebant. Vix absolverat hæc dicere, cùm gallus secundùm cecinit. Jesus verò, qui eo tempore

MATTHÆUS. Cap. XXVI.	MARCUS. Cap. XIV.	LUCAS. Cap. XXII.	JOANNES. Cap. XVIII.
dicens: Et tu cum Jeſu Galilæo eras?	ait: Et tu cum Jeſo Nazareno eras.	dixit: Et hic cum illn erat.	17. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria, Numquid & tu ex diſcipulis es homioia iſtius? Dicit ille: Nnn ſum.
70. At ille negavit, coram omoibus, dicens: Neſcio quid dicis.	68. At ille negavit, dicens: Neque ſcio, oeque oovi quid dicas. Et exiit foràs ante atrium, & gallus cantavit.	57. At ille negavit eum, dicens: Mulier, non oovi illum.	
			18. Stabant autem ſervi & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. 25. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe.
71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Jeſu Nazareno.	69. Rurſus autem, cùm vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circumſtantibus: Quia hic ex illis eſt.	58. Et poſt puſillum, alius videns eum, dixit: Et tu de illis es.	Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex diſcipulis ejus es?
72. Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem.	70. At ille iterum negavit.	Petrus verò ait: O homo, non ſum.	Negavit ille, & dixit: Non ſum.
73. Et poſt puſillum, acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es; nam & loquela tua manifeſtum te facit.	Et poſt puſillum rurſus, qoi adſtabant dicebant Petro: Verè ex illis es; nam & Galilæus es.	59. Et, intervallo facto quaſi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat; nam & Galilæus eſt.	26. Dicit ei unus ex ſervis Pontificis, cognatus ejus, cujus abſcidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo?
74. Tunc cœpit deteſtari & jurare quia non noviſſet hominem. Et continuò gallus cantavit.	71. Ille autem cœpit anathematizare, & jorare: Qoia neſcio hominem iſtum, qoem dicitis. 72. Et ſtatim gallus iterum cantavit.	60. Et ait Petrus: Homo, neſcio quid dicis. Et continuò, adhuc illo loquente, cantavit gallus.	27. Iterum ergo negavit Petrus: & ſtatim gallus cantavit.
75. Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſo, quod dixerat: Priuſquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foràs flevit amare.	Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Jeſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.	61. Et converſus Dominus reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia, priuſquàm gallus cantet, ter me negabis: 62. Et, egreſſus foràs, Petrus flevit amare.	
			19. Pontifex ergo interrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus: 20 Reſpondit ei Jeſus: Ego palam loquutus ſum mundo: ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt: & in occulto loquutus ſum nihil.

pore in aula erat, ad eum converſus, tacito adſpectu ſcelus quod admiſerat ei exprobravit. Quamobrem Petrus recordatus eſt illico præmonitionis Jeſu, quâ prædixerat ſe, antequàm gallus bis ceciniſſet, eâ nocte, ter eſſe ab eo abnegandum. Itaque dolore & pœnitentiâ percitus ſe ex aula ejecit, atque amaris lacrimis delictum ſuum eluit.

Poſtea Jeſus vocatus in conclave, in quo ſedebat Pontifex Maximus, cum aliquot aliis Judæorum proceribus, interrogatus eſt de doctrina ſua, déque diſcipulis, à Pontifice. Cui ita reſpondit: Palam omnes, qui me voluerunt audire, ſum alloquutus. Per omnes enim propemodùm Synagogas Judææ, atque in ipſo Templo, in quod convenit longè maxima Judæorum multitudo, docui; nec quidquam in occultis cœtibus præterea dixi.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
Cap. XXVI.	Cap. XIV.	Cap. XXII.	Cap. XVIII.
			21. Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς· ἴδε, οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ. 22. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπών· Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ Ἀρχιερεῖ; 23. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; ☜
59. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι.	55. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν·	☜	
60. Καὶ οὐχ εὗρον.	καὶ οὐχ εὕρισκον.		
καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον.	56. Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ		
☞	καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν.		
ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,	57. Καί τινες ἀναστάντες, ☜		
61. Εἶπον· Οὗτος ἔφη· Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.	ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, λέγοντες·		
	58. Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος· Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.		
☞	59. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν.		
	☞	66. Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, Ἀρχιερεῖς τε καὶ Γραμματεῖς, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν.	
62. Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ· Οὐδὲν ἀποκρίνῃ, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;	60. Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;	☜	
63. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα.	61. Ὁ δὲ ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο		
☞	☞	67. Λέγοντες· Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς; εἰπὲ ἡμῖν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε· Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε.	

Igitur nulla causa est, cur à me quæras quid docuerim; cùm possis hoc rescíscere ab iis qui me docentem audiverunt & qui norunt quid dixerim. Cùm hæc dixisset, quidam ex apparitoribus colaphum ei impegit, causatus non satis reverenter eum respondisse Pontifici Maximo. At Jesus, si quid mali dixi, ostende quid sit; si verò bene respondi, cur me immerentem cædis?

Principes autem Sacerdotum, & reliquus Consessus anxiè quærebant testes, qui possent testimonium dicere contra Jesu, ex quo eum capitis accusarent; nec tamen ullum ejusmodi testimonium poterant invenire; nam multi quidem aderant falsi testes, qui eum insimularent, sed nulla erat sat gravis criminatio. Deinde se se obtulerunt duo falsi testes, qui dicebant se audisse Jesum dicentem, se eversurum Templum hoc, hominum manibus ædificatum, atque intra triduum alterum, absque ulla hominum opera, excitaturum. Verùm ne hoc quidem testimonium de re sat gravi erat, ut Jesus propterea posset capitis reus fieri.

Itaque

MATTHÆUS. Cap. XXVI.

59. Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti traderent:
60. & non invenerunt,
cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.
Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes,
61. & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.

62. Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adversùm te teſtificantur?
63. Jeſus autem tacebat.

MARCUS. Cap. XIV.

55. Summi verò Sacerdotes, & omne Concilium, quærebant adversùs Jeſum teſtimonium, ut eum morti traderent,
nec inveniebant.
56. Multi enim teſtimonium falſum dicebant adversùs eum;
& convenientia teſtimonia non erant.
57. Et quidam, ſurgentes,
falſum teſtimonium ferebant adversùs eum dicentes:
58. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego diſſolvam templum hoc manu factum, & per triduum aliud, non manu factum, ædificabo.
59. & non erat conveniens teſtimonium illorum.

60. Et exſurgens ſummus Sacerdos in medium interrogavit Jeſum, dicens: Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi objiciuntur ab his?
61. Ille autem tacebat, & nihil reſpondit.

LUCAS. Cap. XXII.

66. Et, ut factus eſt dies, convenerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in Concilium ſuum,
dicentes: Si tu es Chriſtus, dic nobis?
67. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi:
68. ſi autem & interrogavero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis.

JOANNES. Cap. XVIII.

22. Hæc autem cùm dixiſſet, unus adſiſtens miniſtrorum dedit alapam Jeſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici?
23. Reſpondit ei Jeſus: Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, quid me cædis?

Itaque non ſatis expediebant Judæorum proceres, qui in Caïphæ ædes convenerant, quid eſſent facturi, ut Jeſum perderent.

Poſtquàm verò illuxiſſet, integrum Synedrium Magnum in locum ſolitum convocatum eſt; atque in id intromiſſus eſt Jeſus, ab iis qui apud Caipham fuerant. Auditis illic iterum teſtibus, nec Jeſu quidquam iis reponente, ſurrexit Pontifex Maximus, & ab eo quæſivit, cur nihil reſponderet. At Jeſus, non minùs ac antea, conticuit. Tum plures alii Synedri ſimul ab eo quæſiverunt an eſſet Meſſias, juſſeruntque eum ad hanc ſuam interrogationem reſpondere. Igitur Jeſus, ſi hic, inquit, apud vos, profeſſus fuero me eſſe Meſſiam, attamen mihi non credetis. Quod ſi ipſe vos interrogavero, non reſpondebitis, neque me dimittetis, quamvis nihil habeatis quod quæſitis meis reponatis. Quare non eſt operæ pretium à me quidquam hîc dici.

Verùm

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVI.	Cap. XIV.	Cap. XXII.	Cap. XVIII.
Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ·	Πάλιν ὁ Ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ·		
Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς,			
εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.	Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;	70. Εἶπον δὲ πάντες· Σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ;	
64. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Σὺ εἶπας·	62. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἐγώ εἰμι.	Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· Ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι.	
πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.	καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.	69. Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.	
65. Τότε ὁ Ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων·	63. Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς, διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει·		
Ὅτι ἐβλασφήμησε·			
Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε, νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.	τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων. 64. Ἠκούσατε τῆς βλασφημίας·	71. Οἱ δὲ εἶπον· Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ.	
66. Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες, εἶπον· Ἔνοχος θανάτου ἐστί.	τί ὑμῖν φαίνεται; Οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου.		
67. Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν.	65. Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτὸν, καὶ λέγειν αὐτῷ·	63. Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες· 64. Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες·	
68. Λέγοντες· Προφήτευσον ἡμῖν Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.	Προφήτευσον· καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.	Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ παίσας σε. 65. Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλεγον εἰς αὐτόν.	
Cap. XXVII.	Cap. XV.		
1. Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ,	1. Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ Ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον,		
ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.			
		Cap. XXIII.	
2. Καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.	δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ.	1. Καὶ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον.	28. Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ πρωΐα· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.

Verùm Pontifex Maximus, ut responsum exsculperet, cœpit eum adjurare per Deum verum, ut diceret num esset Messias Filius Dei, néсne; iterúmque alii Synedri eum urserunt, ut responderet. Tum verò Jesus, jurisjurandi religione obstrictus; sum, inquit, Messias, ut dicitis, & posthac me videbitis sedentem ad dextram inaccessæ lucis, quâ Deus se præsentem in cœlo testatur, & descendentem in terras nubibus cinctum, ita ut ampliùs dubitaturi non sitis an fuerim Messias.

His auditis, Pontifex Maximus, quasi audisset verba minùs religiosa, laceravit vestem suam, exclamavítque Jesum contumeliosè in Deum esse loquutum. Exin ad Synedrium conversus, quid opus est, inquit, nobis testibus? Ipsi audivistis hominem contumeliosè de Numine loquentem. Quid vobis de eo nunc videtur? Illi verò responderunt impia verba proloquutum Jesum, dignúmque esse qui propterea capite pœnas lueret. Apparitores verò, qui Jesum vinctum tenebant, illudere ei tunc temporis cœperunt, sputis & colaphis; capitéque ei vestibus involuto, eum percutiebant, jubebántque divinare à quo percussus esset, quandoquidem Messias, ac proinde Propheta erat. Alia etiam multa contumeliosa

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVI.	Cap. XIV.	Cap. XXII.	Cap. XVIII.
Et Princeps Sacerdotum ait illi:	Rursùm summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei:		
Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis			
si tu es Christus filius Dei.	Tu es Christus filius Dei benedicti?	70. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei?	
64. Dicit illi Jesus: Tu dixisti:	62. Jesus autem dixit illi: Ego sum:	Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum.	
verumtamen dico vobis, à modò		69. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.	
videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. & venientem in nubibus cœli.	& videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli.		
65. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit:	63. Summus autem Sacerdos, scindens vestimenta sua, ait:		
quid adhuc egemus testibus?	Quid adhuc desideramus testes?	71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium, ipsi enim audivimus de ore ejus?	
Ecce nunc audistis blasphemiam:	64. Audistis blasphemiam?		
66. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis.	Quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.		
67. Tunc exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt,	65. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, &	63. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. 64. Et velaverunt eum & percutiebant faciem ejus;	
68. dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit?	dicere ei: Prophetiza: & ministri alapis eum cædebant.	& interrogabant eum, dicentes: Prophetiza quis est, qui te percussit? 65. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum,	
Cap. XXVII.	Cap. XV.		
1. Mane autem facto, consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum & Seniores populi adversùs Jesum,	1. Et confestim mane consilium facientes summi Sacerdotes, cum Senioribus, & Scribis, & universo concilio,		
ut eum morti traderent.		Cap. XXIII.	
2. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi.	vincientes Jesum, duxerunt & tradiderunt Pilato.	1. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum;	28. Adducunt ergo Jesum à Caipha in Prætorium.
			Erat autem mane: & ipsi non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.

liosa ei homines nequissimi oggerebant. Synedrium verò, absque ulla mora, judicavit eum dignum esse, qui capite pœnas daret.

Caput LXIII.

Proceres Judæorum ducunt Jesum ad Pilatum, ut eum capite plecti jubeat. Pilatus eorum accusationes audit, interrogátque Jesum, quem innocentem judicat: invitusque metu seditionis damnat, & Barabbam liberat. Judæ desperatio.

Jesu damnato, è vestigio consurrexit Synedrium, rectáque contendit ad Prætorium, ut eum apud Pontium Pilatum, Procuratorem Cæsaris, accusaret. Cùm igitur illuc duci curassent secum Jesum, non tamen ingressi sunt Prætorium, ne domum hominis Ethnici ingressi pollueerentur, ac proinde excluderentur comestione salutarium victimarum eo die mactandarum, & quæ solent, ut & ceteræ quæ per octo dies paschales mactantur, Paschata vocari.

 Monitus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	Cap. XVIII.
			29 Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἶπε· Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; 30 Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν. 31 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. 32. Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.
		2. Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες· Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι.	
11. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ· Σὺ λέγεις.	2. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Σὺ λέγεις.	3. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη· Σὺ λέγεις.	
12. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν Πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο.	3. Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ Ἀρχιερεῖς πολλά·		
13 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;	4. Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων· Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν.		
14. Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα· ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.	5. Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλάτον.		
			33. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; 34. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ; 35 Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος· Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας;

Monitus Pilatus Proceres Judæorum adesse, cum homine vincto, quem ei tradere cupiebant, quòd eum morte dignum judicassent, eorumque superstitioni, hac in re, indulgens, ad eos egressus est, & quæsivit cujus sceleris hominem insimularent. Responderunt verò illi subirati, quòd Pilatus videretur suspicari eos innocentem velle perdere; nisi esset homo facinorosus, se nequaquam ei plectendum tradituros fuisse. Itaque Pilatus jussit ipsos, ex lege Judaica, Jesum judicatum plectere. At illi reposuerunt, se jam judicasse reum esse capitis; quod supplicium à se de ullo sumi leges Romanæ non ampliùs patiebantur. Quá ratione, contigit id quod Jesus prædixerat de genere mortis, quo erat e medio tollendus; Romani enim vulgò solent peregrinos, capitis reos, in crucem tollere; non verò Judæi, quibus præterea demta erant capitalia judicia, quique neminem, nisi subitâ seditione, occidere tunc temporis potuissent.

Deinde cœperunt dicere sibi compertum Jesum conatum esse Judæam gentem, ad res novas moliendas, concitare, atque impedire ne tributa Cæsari solverentur; dum se Messiam, hoc est, Regem Judæorum esse dictitaret. Tunc temporis Jesus, stans coram Pilato, & ab eo interrogatus

MATTHÆUS	MARCUS	LUCAS	JOANNES
CAP. XXVII.	CAP. XV.	CAP. XXIII.	CAP. XVIII.
			29. Exivit ergo Pilatus ad eos foràs, & dixit: Quam accusatinnem affertis adversùs hominem hunc? 30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos: & secundùm legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquam: 32. ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans quâ morte esset moriturus.
		2. Cœperunt autem illum accusare, dicentes hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.	
11. Jesus autem stetit ante Præsidem,			
& interrogavit eum Præses, dicens: Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis.	2. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judæorum? At ille, respondens, ait illi, Tu dicis.	3. Pilatus autem interrogavit eum, dicens: Tu es Rex Judæorum? At ille respondens ait. Tu dicis.	
12. Et, cùm accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus,	3. Et accusabant eum summi Sacerdotes in multis.		
nihil respondit.			
13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversùm te dicunt testimonia? 14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Præses vehementer.	4. Pilatus autem rursùm interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant. 5. Jesus autem ampliùs nihil respondit; ita ut miraretur.		
			33. Introivit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei: Tu es Rex Judæorum? 34. Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? 35. Respondit Pilatus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?

interrogatus num esset Rex Judæorum, impavidè respondit se esse. Interea Synedri multa crimina ei ingerebant, nec tamen quidquam ad eorum criminationes respondebat, quæ nec dignæ erant quæ ullo responso diluerentur; præterquàm quòd nihil dicere aut facere volebat Jesus, quo mortem fugere posset. Pilatus verò, qui ejus consilium ignorabat, quæsivit cur nihil responderet, annon audiret quæ crimina sibi à Judæorum proceribus objicerentur. At Jesus ne hisce quidem permoveri potuit, ut quidquam responderet; quod ejus silentium vehementer mirabatur Pilatus.

Dein in Prætorium denuò ingressus, dum foris constiterat Synedrium Judaïcum, ad se vocavit Jesum, iterùmque ab eo quæsivit num reverâ esset Rex Judæorum. Jesus verò vicissim eum interrogavit, utrùm sponte suâ hoc à se quæreret, cupiditate veri cognoscendi, an verò ab aliis monitus; ut eliceret ex ore Procuratoris accusationem, quam faciliùs confutaret. At Pilatus commotior negavit se esse Judæum, Judæorúmve placitorum cognoscendorum ullâ cupidine tangi; dixítque se interrogare Jesum, eò quòd insimulatus apud se esset, ab ipsius popularibus, & principibus quidem præsertim Sacerdotum.

Tum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

LUCAS. Cap. XXIII.

4. Ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους· Οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ.

5. Οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες· Ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ᾽ ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε.

6. Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίαν, ἐπηρώτησεν εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι·

7. Καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐστὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρώδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.

8. Ὁ δὲ Ἡρώδης, ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ· καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ γινόμενον.

9. Ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ.

10. Εἱστήκεισαν δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς, εὐτόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ.

11. Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ.

12. Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ᾽ ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς.

JOANNES. Cap. XVIII.

36. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.

37. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς.

38. Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Τί ἐστιν ἀλήθεια; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.

Tum verò Jesus, quandoquidem fatebatur Pilatus nullius ab ipso tumultûs excitati famam ad se pervenisse; verè quidem, inquit, dicor esse Rex Judæorum; sed ejus meæ regiæ dignitatis ea non est natura, quæ vel minimam Romanis anxietatem creare possit; regnum enim meum terrestre non est, ut Romanorum Imperium. Si enim terrestre esset, copias coëgissem & qui è partibus meis stetissent pugnassent acerrimè pro me, ne in potestatem Judæorum, adversariorum meorum, venirem. At regnum meum, ut dixi, terrestre non est. Quibus auditis, Pilatus, es ergo, inquit, Rex. Cui Jesus, non falsò, ait, Regem me esse dicis. Sum enim propterea natus, ut regnem; atque ad homines veni, ut eos docerem veritatem; quam quisquis amat, mihi facilè adsentitur. Illico sciscitatus est Pilatus quamnam Jesus veritatem doceret; nec tamen exspectato ejus responso, & satis intelligens Jesum minimè aptum esse ad concitandam multitudinem, egressus est ad Judæos, negavitque se ullius sceleris Jesum reum deprehendisse. At illi vehementiùs institerunt, dictitantes hominem doctrinâ suâ ad seditionem concitare Judæos, eámque sparsisse per totam Judæam, ne exceptâ quidem Jerosolimâ, initio à Galilæa facto.

MATTHÆUS.

MARCUS.

LUCAS.

CAP. XXIII.

4. Ait autem Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: Nihil invenio causæ in hoc homine.

5. At illi invalescebant, dicentes: Commovet populum, docens per universam Judæam, incipiens à Galilæa usque huc.

6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit si homo Galilæus esset:

7. &, ut cognovit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem; qui & ipse Jerosolymis erat illis diebus.

8. Herodes autem, viso Jesu, gavisus est valde; erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

9. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.

10. Stabant autem Principes Sacerdotum & Scribæ, constanter accusantes eum.

11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste albâ, & remisit ad Pilatum.

12. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus, in ipsa die; nam antea inimici erant ad invicem.

JOANNES.

CAP. XVIII.

36. Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis: nunc autem Regnum meum non est hinc.

37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et, cùm hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam.

Pilatus, audito Galilææ nomine, sciscitatus est num Galilæus esset. Quod cùm accepisset, ad Herodem Antipam, qui tunc temporis erat Jerosolimæ, eum misit; quippe in ejus ditione natum, atque educatum; & accusatores etiam accusatum ire ad Herodem, harum rerum peritiorem, jussit. Herodes verò, Jesu conspecto, valde lætatus est; à longo enim tempore frustra cupiverat eum videre, propter ea quæ de eo inaudiverat; sperabátque, se præsente, ab eo miraculum quodpiam editum iri. Itaque multa ab eo quæsivit, sed Jesus hominem, curiositatis dumtaxat causâ, non veri amore, se interrogantem nullo responso dignatus est; cùm præsertim, nullâ ratione, mortem deprecari vellet. Interea nonnulli ex Synedris, qui unà iverant ad Herodem, non desinebant eum accusare. At Herodes, cùm nullum verbum ab eo exprimere potuisset, nec quidquam animadverteret ex quo formidari eum potuisse intelligeret, contemtim habitum, & à satellitio illusum, indui jussit albâ veste, quasi innocuum; atque ad Pilatum reduci. Antea simultas fuerat inter Herodem & Pilatum, sed illo die atque ea ex occasione, reconciliata est inter eos amicitia.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVII.	CAP. XV.	CAP. XXIII.	CAP. XVIII.
		13. Πιλάτος δὲ, συγκαλεσάμενος τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν, 14. Εἶπε πρὸς αὐτούς· Προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαόν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ. 15 Ἀλλ' οὐδὲ Ἡρώδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. 16. Παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.	
15. Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. 16. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν. ☞	6. Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ ἠτοῦντο. ☞	17. Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα·	39. Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· ☞
	7. Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς, μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν. 8 Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.		
17. Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; 18. ᾜδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.	9. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν ☞ τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 10. (Ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς) ☞	☞ ☞ ☞ ☞	☞ βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν ☞ βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; ☞
19. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα· Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.			
20. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσι. ☞	11. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς. ☞	18. Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, λέγοντες· Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν· 19. Ὅστις ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον βεβλημένος εἰς φυλακήν.	40. Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες, λέγοντες· Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν· ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.
21. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν, εἶπεν αὐτοῖς· ☞ Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν.	12. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀποκριθεὶς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς· ☞ ☞	20 Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, θέλων ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν. ☞	☞

Cùm ergo ad Pilatum rediisset Jesus, Synedrium & populum Judæum ad Prætorium revocari jussit; quò cùm confluxissent, sic eos est alloquutus: Ad me, inquit, adduxistis vinctum hominem, quasi res novas molientem; attamen coram vobis interrogatum non comperi reum criminis, quod ei impingitis. Herodes quoque Tetrarcha Galilææ, ex qua Judææ parte ortum hunc dicitis, hominem absolvit; ad Tetrarcham enim vos amandavi, nec tamen judicavit quidquam ab eo admissum, quod capitis supplicio dignum esset. Itaque virgis cæsum, cùm graviora non sit commeritus, dimittam. Solebant autem Judææ Procuratores, Paschatis tempore, ut Judæis gratificarentur, dimittere ex captivis quemcumque vellent. Cumque tunc vinctus esset insignis latro, cui nomen erat Barabbæ, & qui captus fuerat inter seditiosos, à quibus cædes admissa erat; plebs cœpit clamoribus petere à Pilato, ut, pro more, captivum quempiam dimitteret, quemadmodum semper fecerat ex quo Judææ præerat. Tum verò Pilatus ab iis quæsivit utrum vellent dimitti, Barabbámne, an Jesum qui dicebatur Messias, seu Rex Judæorum? Noverat enim Jesu mortem à proceribus Judæorum

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	Cap. XVIII.
		13. Pilatus autem, convocatis Principibus Sacerdotum, & Magistratibus, & plebe, 14. dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, & ecce ego, coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis, 15. sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum; & ecce nihil dignum morte actum est ei. 16. Emendatum ergo illum dimittam.	
15. Per diem autem solemnem, consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent:	6. Per diem autem festum, solebat dimittere illis unum ex vinctis, quemcumque petissent.	17. Necesse autem habebat dimittere eis, per diem festum, unum. ☜	39. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha; ☜
16. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. ☞	7. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidium. 8. Et, cùm adscendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.		
17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus?	9. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis ☜ Regem Judæorum?	☜	☞ vultis ergo dimittam vobis ☜ ☞ Regem Judæorum? ☜
18. Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum.	10. (Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi Sacerdotes.) ☜	☜	
19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & justo illi, multa enim passa sum hodie per visum, propter eum.			
20. Principes autem Sacerdotum, & Seniores persuaserunt populis ut peterent Barabbam. Jesum verò perderent. ☞	11. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. ☞	18. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam: 19. qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem.	40. Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro. ☜
21. Respondens autem Præses, ait illis: ☞ Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.	12. Pilatus autem, iterum respondens, ait illis: ☞ ☜	20. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Jesum. ☜	

rum expeti, non quòd reus ullius sceleris esset, sed quòd ei inviderent existimationem, quam doctrina & miracula ei apud populum pepererant; nam & antea fama Jesu ad ejus aures pervenerat. Dum autem hæc gererentur, ad Pilatum pro tribunali sedentem misit uxor, qui vetaret eum quidquam decernere contra innocentem illum virum, qui accusabatur à Judæis; aiebat enim se eâ nocte hominis causâ gravia passam, quòd videretur vir suus innocentem damnasse. At Synedrium concitabat populum, ut posceret Jesum occidi; Barabbam verò, cædis & latrocinii, ut diximus, reum, dimitti. Verùm Pilatus, cùm innocentiâ Jesu, tum somnio uxoris permotus, cupiens eum potiùs dimittere, iterum exclamavit, utrum vellent liberari, Jesúmne an Barabbam? Multitudo, incensa ac subornata à Synedrio, Barabbam respondit.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVII.	CAP. XV.	CAP. XXIII.	CAP. XVIII.
22. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστόν;	Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;		
Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Σταυρωθήτω.	13. Οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν· Σταύρωσον αὐτόν.	21. Οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν.	
23. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; ☞	14. Ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐτοῖς· Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; ☞	22. Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ· παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.	
Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες· Σταυρωθήτω. ☞	Οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν· Σταύρωσον αὐτόν. ☞	23. Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν Ἀρχιερέων. ☞	CAP. XIX.
			1. ΤΟτε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε.
			2. Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν.
			3. Καὶ ἔλεγον· Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα.
			4. Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλάτος, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἴδε, ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐν αὐτῷ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω.
			5. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἴδε ὁ ἄνθρωπος.
			6. Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε· ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν.
			7. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν.
			8. Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλάτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφοβήθη.

Tum Pilatus, quæsivit quid ergo facturus esset Jesu, qui dicebatur esse Messias, seu Rex Judæorum. Respondit iterum Jerosolimitana plebs nolle se Jesum dimitti, sed in crucem tolli. Pilatus verò, ejus iram mollire conatus, negabat se ullius sceleris reum Jesum deprehendisse, quod ex Romanis legibus capite pœnas luere oporteret. Igitur satis supplicii daturum aiebat, si quid delicti admisisset, virgis cæsum; quo facto, esse dimittendum. Sed Judæi cùm proceres, tum etiam plebeii homines, magnis clamoribus, ut in crucem tolleretur poposcerunt.

Attamen iis clamoribus victus non est illico Pilatus, sed aliquamdiu in sententia perstitit. Itaque jussit Jesum virgis cædi, sperans fore ut Judæi eo supplicio sibi satisfieri paterentur. At milites non modò id quod jusserat exsequuti sunt, sed præterea, inhumanitate militari, flagris ludibrium addiderunt; coronam enim ex spinis contextam capiti ejus imposuerunt, eumque sagulo purpureo induerunt. Tum ei illudentes salutabant Regem Judæorum, deinde etiam colaphis cædebant. Postquàm verò virgis cæsus fuisset Jesus, ex Prætorio iterum egressus est Pilatus, jubens eum se sequi, dixitque Judæis se ad eos exire, ut palam testaretur se nullius

MATTHÆUS.

Cap. XXVII.

22. Dicit illis Pilatus:

Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur.

At illis Præses: Quid enim mali fecit?

☞

At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.

☞

MARCUS.

Cap. XV.

Quid ergo vultis faciam Regi Judæorum?

13. At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum.

14. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit?

☞

At illi magis clamabant: Crucifige eum.

☞

LUCAS.

Cap. XXIII.

21. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige, eum.

22. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste?

Nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.

23. At illi instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur:

& invalescebant voces eorum.

☞

JOANNES.

Cap. XVIII.

Cap. XIX.

1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit.

2. Et milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: veste purpureâ circumdederunt eum.

3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave, Rex Judæorum: & dabant ei alapas.

4. Exivit ergo iterum Pilatus foràs, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foràs, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.

5. Exivit ergo Jesus; portans coronam spineam, & purpureum vestimentum; & dicit eis: Ecce homo.

6. Cùm ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum: Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite; ego enim non invenio in eo causam.

7. Responderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & secundùm legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

8. Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

---

nullius criminis reum Jesum comperisse, & suo quidem judicio satis nunc esse supplicii de eo sumtum, si quâ in re Judæos offendisset, cùm virgis cæsus esset. Simul egressus est Jesus, etiamnum gestans coronam spineam, & purpureum sagulum. Quem ostendit Judæis Pilatus, ut eorum misericordiam moveret; si fortè tangi possent pœnis & ludibriis, quibus eorum popularis, nulla de causa, affectus fuerat. At cùm Jesum viderunt Sacerdotes, eorúmque ministri, qui eò concurrerant ut ejus mortem clamoribus suis flagitarent, iterum cœperunt vociferari crucifigendum esse. Igitur Pilatus jussit ipsos Jesum in crucem tollere, si vellent; nam ad se quidem quod attinet, negavit se ullius sceleris reum illum deprehendisse. Verùm Judæi, qui non audebant jura Procuratoris invadere, reposuerunt, sibi esse leges patrias, quibus per edicta Cæsarum, inter se atque in suos, uti liceat; ex illis autem legibus, Jesum mortis reum esse, cùm se finxisset esse Filium Dei, seu Messiam. Quod cùm audivit Pilatus, ad quem, ut diximus, miraculorum Jesu fama pervenerat, magis timere cœpit, ne virum à Deo genitum, quales multi fuisse credebantur ab Ethnicis, eúmque innocentem damnare cogeretur à Judæis.

 Igitur,

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			9. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ· Πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ. 10. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε; 11. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς μέ σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. 12. Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἔκραζον, λέγοντες· Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι. 13. Ὁ οὖν Πιλάτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. 14. Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη· καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις· Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. 15. Οἱ δὲ ἐκραύγασαν· Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς· Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.
24. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων· Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. ὑμεῖς ὄψεσθε. 25. Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς, εἶπε· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.			
	15. Ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι,	24. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν.	

Igitur, ingressus Prætorium, Jesum denuò interrogare cœpit, unde ortum duceret, ut cognosceret quis tandem esset ille vir, de quo tam mira narrabantur, & quem proceres Judæorum usque adeò è medio sublatum cupiebant. Jesus verò nihil quidquam respondit, ne mortem deprecari videretur. At Pilatus, nihil, inquit, respondes quæsitis meis? An nescis me eâ potestate esse instructum, ut possim jubere te in crucem tolli, aut dimitti, quidquid tumultuentur Judæi? Tum verò reposuit Jesus, nullam Pilato in se futuram fuisse potestatem, nisi Deo visum esset se illi permittere. Verùm hæc, inquit, aliáque ejusmodi quæ Judæis nota sunt, ignoras, idcóque magis illi in justitiam delinquunt, quàm tu; qui tamen gratiæ Judæorum quàm legum majorem rationem habuisti, cùm me innocentem, prout ipse fateris, virgis cædi jusseris. Quæ cum animo expenderet Pilatus, voluisset quidem Jesum absolvere; sed Judæi clamitabant non posse hominem dimitti, nisi ab inimico Cæsaris; cùm quicumque se Regem diceret Provinciæ Romanæ, non consentiente Cæsare, Cæsaris hostis esset habendus. Hisce clamoribus territus non usque adeò fuit Pilatus, ut propterea desierit illico tentare Jesum liberare. Igitur eum iterum produxit, ad populum Judæum, & pro tribunali ipse sedit, in platea lapidibus constrata, quæ Gabbatha dicebatur. (Erat autem dies Veneris, VII. Calendas

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			9. Et ingressus est Prætorium iterum, & dixit ad Jesum: unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. 10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? 11. Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversùm me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. 12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris; omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. 13. Pilatus autem, cùm audisset hos sermones, adduxit foràs Jesum: & sedit pro Tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha; (14. Erat autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta) & dicit Judæis: Ecce Rex vester. 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem.
24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis. 25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.	15. Pilatus autem, volens populo satisfacere,	24. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.	

lendas Apriles, idémque dies Paschalis, qui more Judaïco à præterita vespera inceperat; hora verò circiter tertia, ab ortu Solis) Tum Judæis, en, inquit ille, Regem vestrum; divinâ Providentiâ ore hominis Ethnici eos docente quid de Jesu esset iis credendum. At illi pervicaciùs clamabant in crucem esse tollendum. Iterum verò Pilatus, an ego, inquit, Regem vestrum cruci figam? quasi Deus per eum Judæis nefarium scelus, quo capita sua obstringebant, exprobrasset. Sed Sacerdotum principes reposuerunt, nullum sibi Regem esse, præter Cæsarem.

Tandem igitur Pilatus intelligens se nullâ ratione Judæorum iram posse mitigare, sed illos magis ac magis incendi, ut palam esset ipso invito Jesum ad mortem damnari, jussit ad se in tribunal afferri aquam; qua allatâ, coram omnibus abluit manus, additis hisce verbis: auctor non sum necis innocentis hujusce viri; vos verò videritis, ut pervicaciæ vestræ rationem reddere possitis. Ibi universa multitudo: si est innocens, pœnæ ejus supplicii à nobis, liberísque nostris repetantur. Quâ voce divinæ justitiæ sua ac suorum capita obligarunt.

Itaque Pilatus cùm cuperet Judæis gratificari, jussit solvi Barabbam, cædis ac seditionis reum,

MATTHÆUS.

Cap. XXVII.

26. Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.

27. Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος, παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν.

28. Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην.

29 Καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες· Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.

30. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

31. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.

3 Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς, ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις.

4. Λέγων· Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ δὲ εἶπον· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει.

5 Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν, ἀπήγξατο.

6. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον· Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.

7 Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις.

8. Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον.

MARCUS.

Cap. XV.

ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ.

16. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον· καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν.

17. Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον.

καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ.

18. Καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν· Χαῖρε βασιλεῦ τῶν Ἰουδαίων.

19. Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ.

20. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια. καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.

LUCAS.

Cap. XXIII.

25 Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν.

Actor. Cap. I.

* καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ.

Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον, ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας. *

19. Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, Ἀκελδαμὰ, τουτέστι, χωρίον αἵματος.

JOANNES.

Cap. XIX.

16. Τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα σταυρωθῇ. Παρέλαβον δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγαγον.

---

reum, quem sibi potiùs concedi postulaverunt; & cùm jam Jesum virgis cecidisset, eum in crucem tollendum jussit à militibus abduci. Illi verò, convocatâ integrâ cohorte, iterum ei illudere cœperunt, detractísque vestibus, quas in Prætorium ingressus denuò induerat, sagulum purpureum, ut antea, ei injecerunt, coronámque spineam capiti ejus imposuerunt, & calamum dextrâ, quasi sceptrum, gerendum dederunt. Tum quasi eum adoraturi genua coram eo flectebant, eumque Regem Judæorum salutabant. Deinde erepto ei calamo, caput ejus tundebant, atque inspuebant. Postquàm verò, immanitate militari, sic Jesu damnato illusissent, sagulo purpureo exutum, pristinis vestibus induerunt, atque ad locum supplicii duxerunt, ut eum in crucem tollerent.

Cùm verò Judas vidisset Magistrum à Pilato ad crucem damnatum, quem fortè speraverat elapsurum, conscientiâ sceleris agitatum pœnitere cœpit crudelissimæ proditionis. Quod ut testatum faceret, se ad Synedrium contulit, ut restitueret triginta siclos, quos ab eo proditio-nis

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
26. Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.	dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.	25. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum verò tradidit voluntati eorum.	16. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.
27. Tunc milites Præsidis suscipientes Jesum in Prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem,	16. Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii, & convocant totam cohortem.		Susceperunt autem Jesum, & eduxerunt;
28. &, exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei;	17. Et induunt eum purpurâ. & imponunt ei plectentes spineam coronam:		
29. &, plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextra ejus. Et, genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave rex Judæorum.	&, ponentes genua, adorabant eum. 18. & cœperunt salutare eum: Ave, Rex Judæorum.		
30. Et, exspuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.	19. Et percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum.		
31. Et, postquàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent.	20. Et, postquàm illuserunt ei, exuerunt illum purpurâ, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum, ut crucifigerent eum.		
3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, 4. dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. 5. Et, projectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.		Actor. Cap. I. * & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.	
6. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. 7. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. 8. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.		18. & hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, * 19. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, linguâ eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis.	

nis præmium acceperat, &, peccavi, inquit, vobis prodens innocentem Magistrum. Homines verò flagitiosi, quasi ejusdem sceleris minimè participes fuissent; hoc ad nos, inquiunt, nihil pertinet, tu quid tibi faciendum sit videris. Itaque Judas, projectis nummis in medium Templum, abiit, ac se in edito loco suspendit; unde rupto laqueo delapsi, lacerato ventre, viscera omnia sunt effusa. Interea Sacerdotum principes sustulere siclos in Templum projectos, cùmque censerent pollutam hanc esse pecuniam, quòd emendæ proditioni hominis occidendi numerata fuisset, eam sacro thesauro inferre noluerunt. Igitur eâ emerunt agellum Figuli, in quo posthac sepelirentur peregrini, qui Jerosolimæ morerentur. Quod omnibus urbis incolis innotuit, ita ut ab eo tempore ager ille dictus fuerit Jerosolimitanâ linguâ *Hakeldama*, hoc est, *prædium sanguinis*.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	Cap. XIX.
9. (Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου, λέγοντος· Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. 10. Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος.) ☞	☞ ☞	☞ ☞	
		Evang. Cap. XXIII.	17. Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ. ☞
32. Ἐξερχόμενοι δὲ, εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. ☞	21. Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον, (ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου) ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. ☞	26. Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου τοῦ ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. 27. Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν. 28 Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν· 29. Ὅτι ἰδοὺ, ἔρχονται ἡμέραι ἐν αἷς ἐροῦσι· Μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν. 30. Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι· Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς· Καλύψατε ἡμᾶς. 31. Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; 32. Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι.	
33. Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος.	22. Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, κρανίου τόπος.	33. Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον.	
34. Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.	23. Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.	☞	
35. Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.	24. Καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, τίς τί ἄρῃ.	ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν. * 34. * Διαμεριζόμενοι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ,	18. Ὅπου αὐτὸν ἐσταύρωσαν, 23. Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ

Sic fieri contigit simile quiddam ei quod exstat apud Zachariam Prophetam, (*Cap.* XI, 12.) ubi dicitur accepisse triginta argenteos siclos, pretium quo æstimatus fuerat ab Israëlitis, eósque ad figulum projecisse.

Caput LXIV.

Jesus ducitur ad supplicium. In crucem tollitur cum duobus latronibus, quorum uni ad saniorem mentem reverso Paradisum pollicetur. Verba Jesu è cruce pendentis, mors, miracula ante & post mortem ejus à Deo edita. Judicia Centurionis & aliorum de Jesu. Ejus sepultura.

Jesus verò, cruce suâ onustus, eductus est ex urbe in locum, qui dicitur Calvariæ, seu Jerosolimitarum linguâ *Golgotha.* Verùm cùm ægrè, propter defatigationem noctis & diei, eam bajularet, milites coëgerunt Judæum Cyrenensem, fortè rure tunc temporis redeuntem, humeros oneri subjicere. Ei nomen erat Simoni, filiique ejus sunt Alexander & Rufus, homines minimè ignoti. Interea ingens turba omnis generis hominum, ut solet, cum sequebatur,

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
9. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt, à filiis Israel; 10. & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.			
		Evang. Cap. XXIII.	17. & bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, Hebraïcè autem Golgotha:,
32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus.	21. Et angariaverunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus.	26. Et, cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam, Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. 27. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. 28. Conversus autem ad illas, Jesus dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: 29. quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. 30. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. 31. Quia, si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 32. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.	
33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus,	22. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Calvariæ locus,	33. Et postquàm venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ,	
34. & dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et, cùm gustasset, noluit bibere.	23. & dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit.		
35. Postquàm autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus,	24. Et, crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.	ibi crucifixerunt eum, * 34. * Dividentes verò vestimenta ejus	18. ubi crucifixerunt eum, * 23. Milites ergo, cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus,

batur, & mulieres quidem multæ Jerosolimitides, doctrinæ, miraculorúmque ejus minimè ignaræ, gravissimo planctu eum lugebant. Ad quas conversus Jesus: ne propter mortem meam lugete, sed propter calamitates vobis, liberísque vestris imminentes. Ea enim tempora instant, quibus ad tantas angustias adacta erit Jerosolima, ut illæ demum mulieres beatæ sint censendæ, quæ steriles fuerint, aut carebunt liberis. Eò desperationis Jerosolimitæ devenient, ut optaturi sint montibus ac collibus, quæ urbis suæ mœnibus cinguntur, opprimi, potiùs quàm incidere in hostium potestatem. Si enim hodie gens Judæa, novas res minimè molita, tam malè habetur à Romanis Præsidibus; quodnam supplicium de ea sument, postquàm ad arma concurrerit?

Simul cum Jesu ducebantur facinorosi duo viri, unà crucifigendi; qui cùm venissent ad locum Calvariæ, cruces fixæ sunt & omnia ad supplicium parata. Tum obtulerunt milites Jesu acetum, myrrhâ mistum; quo potu animi reorum exsternabantur, ne dolores usque adeò sentirent. Sed cùm eum gustasset, noluit ampliùs bibere. Itaque eum vestibus exutum in crucem sustulerunt, vestimentáque ei detracta in quatuor partes diviserunt, ita ut quatuor mili-

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			(καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου.
βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.		ἔβαλον κλῆρον.	24. Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτόν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ ἡ λέγουσα· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν.
36. Καὶ καθήμενοι, ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ. 37. Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην	26. Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη	38. Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ	19. Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· ἦν δὲ γεγραμμένον
		γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς·	
ΟΥ̓͂ΤΟ'Σ Ε'ΣΤΙΝ Ι'ΗΣΟΥ͂Σ Ο' ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΤΩ͂Ν Ι'ΟΥΔΑΙ'ΩΝ.	Ο' ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΤΩ͂Ν Ι'ΟΥΔΑΙ'ΩΝ. 28. Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.	ΟΥ̓͂ΤΟ'Σ Ε'ΣΤΙΝ Ο' ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΤΩ͂Ν Ι'ΟΥΔΑΙ'ΩΝ.	Ι'ΗΣΟΥ͂Σ Ο' ΝΑΖΩΡΑΙ͂ΟΣ Ο' ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΤΩ͂Ν Ι'ΟΥΔΑΙ'ΩΝ.
			20. Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων· ὅτι ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως ὁ τόπος ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστί, Ἑλληνιστί, Ῥωμαϊστί. 21. Ἔλεγον οὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων· Μὴ γράφε· Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε· Βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰουδαίων. 22. Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος· Ὃ γέγραφα, γέγραφα.
38. Τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσταί· εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων.	25. Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. 27. Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσι δύο λῃστάς· ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ.	33. * καὶ τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν.	18. * καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους δύο, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν.
		34. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔλεγε· Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. 35. Καὶ εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. ἐξεμυκτήριζον δὲ	
39. Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. 40. Καὶ λέγοντες· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.	29. Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· Οὐά, ὁ καταλύων τὸν ναόν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, 30. Σῶσον σεαυτόν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.		

tes, qui carnificum munere fungebantur, singuli partem sibi vindicarent. Sed supererat tunica à superiore ora ad inferiorem ita contexta, ut nulla in ea esset sutura; quam milites noluerunt dividere, sed potiùs de ea sortiri, ut tota ejus esset, cui sors faveret. Quo facto, Jesu proprio sensu contigit quod de se tralatitio dixerat David: (*Ps. XXII, 9.*) *diviserunt inter se vestes meas, deque meo indumento sortiti sunt.* Quatuor verò illi milites, postquàm damnatos crucifixissent, sedebant non procul à crucibus; quas servare jussi erant, ne fortè homines crucibus affixi ab amicis raperentur.

Pilatus autem curaverat summæ cruci Jesu, supra pendentis caput, affigi inscriptionem Romanâ, Græcâ, & Jerosolimitanâ, Linguâ, cujus hæc verba erant: HIC EST JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Sic impletum est id Scripturæ vaticinium, quo prædictum erat Messiam habitum iri instar facinorosorum. (*Esa. LIII, 12.*) Inscriptionem verò illam crucis Jesu permulti Judæi legerunt, cùm Calvaria non sit procul ab urbis mœnibus

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			(& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam: erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: 24. dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit: ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.
sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.		miserunt sortes.	
36. Et sedentes servabant eum.			
37. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: HIC EST JESUS REX JUDÆORUM.	26. Et erat titulus causæ ejus inscriptus: REX JUDÆORUM.	38. Erat autem & superscriptio scripta super eum, litteris græcis & latinis & hebraicis: HIC EST REX JUDÆORUM.	19. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: JESUS NAZARENUS, REX JUDÆORUM.
	28. Et impleta est Scriptura, quæ dicit; & cum iniquis reputatus est.		
			20. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. 21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum: Noli scribere, Rex Judæorum; sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. 22. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.
	25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.		
38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus à dextris, & unus à sinistris.	27. Et cum eo crucifigunt duos latrones; unum à dextris, & alium à sinistris ejus:	* & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris.	33. * & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Jesum.
		34 Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.	
39. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, 40. & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salva temetipsum.	29. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas, 30. salvum fac temetipsum,	35. Et stabat populus spectans, & deridebant	
Si filius Dei es, descende de cruce.	descendens de cruce.		

bus, inscriptióque, ut diximus, non modò Latinè & Græcè, sed & Hebraicè esset concepta, ut intelligeretur ab iis qui vel unius trium harum Linguarum essent periti. Quamobrem principes Sacerdotum Pilatum orarunt, ut mutari juberet inscriptionem; ita ut, pro verbis allatis, scriberetur: *hic est Jesus Nazarenus, qui dixit se esse Regem Judæorum.* Verum Pilatus negavit se quidquam, in eo quod scribi jusserat, mutaturum; ita ut Providentiâ divinâ factum sit, ut ab Ethnico quisnam esset Jesus acciperent Judæi.

Erat autem, ut diximus, hora ab ortu solis circiter tertia, quando Jesus in crucem est sublatus. Latrones verò duo, ita crucifixi erant, ut unus quidem esset ad dextram Jesu, alter verò ad sinistram. At Jesus, pro diris imprecationibus, quibus digni erant contumaces Judæi; Deum orabat ut ne meritas pœnas de iis sumeret, quòd multi eorum ignorantiâ peccarent. Interea concurrentes plebeii homines contumeliosè de eo loquebantur, pendentémque immani petulantiâ irridebant; & motis capitibus, ô tu, inquiebant, qui dictitabas te eversurum Templum Jerosolimitanum, idque triduo instauraturum; nunc te ipsum servato, ex cruce delapsus, si es Messias.

MATTHÆUS. — Cap. XXVII.

41. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν Γραμματέων καὶ Πρεσβυτέρων, ἔλεγον.
42. Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

☞

εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ.
43. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεόν· ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. εἶπε γάρ· Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός.

☞

44. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ, οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτῷ.

☞

MARCUS. — Cap. XV.

31. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν Γραμματέων, ἔλεγον·

Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

☞

32. Ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν.

☞

☞

Καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

☞

LUCAS. — Cap. XXIII.

καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, λέγοντες·

Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτὸν,

εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτός.

☞

36. Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προσερχόμενοι καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ·
37. Καὶ λέγοντες· Εἰ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον σεαυτόν.
39 Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτὸν,

λέγων· Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς.
40. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων· Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;
41. Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.
42. Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ· Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.
43. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

☞

JOANNES. — Cap. XIX.

25. Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.
26. Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου.
27. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια.

Similiter & ipsi Sacerdotes, ceterique Judææ gentis proceres, si alios, inquiebant, liberavit tot morbis, ut vulgò fertur, nunc tempus est quo semet ipse liberare deberet; attamen nequit se supplicio eripere, ideòque fide digna non sunt quæ de ejus miraculis narrantur. Si est Messias ille à Deo, ad liberationem gentis nostræ mittendus, semet ipse periculo eripiat. Rex Judæorum nunc descendat è cruce, nobis inspectantibus; eòque miraculo conspecto, fidem ei habebimus. Summâ fiduciâ in Dei erga se amore adquiescebat; si ergo Deus eum amat, nunc liberet eum qui se Filium ejus esse professus est. Milites quoque ei illudebant, porrigentes acetum, quo animum ejus, ne deliquium pateretur, reficerent; simúlque dictitantes: si es Rex Judæorum, te cruci & morti eripito.

Quin & alter latronum, qui unà crucifixus erat, eum contumeliosè hisce verbis alloquebatur: si tu es Messias, & te & nos liberato. Alter vero latro, qui antequàm crucifigeretur ad saniorem mentem redierat, & doctrinam ac miracula Jesu noverat, sodalem objurgabat, & nullóne, inquiebat, Dei timore, etiam in cruce, duceris? Nos quidem merito nostro in crucem

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	Cap. XIX.
41. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes, cum Scribis & Senioribus, dicebant:	31. Similiter & summi Sacerdotes, illudentes ad alterutrum cum Scribis, dicebant:	cum Principes cum eis, dicentes:	
42. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. ☞	Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: ☞	Alios salvos fecit. se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus. ☞	
Si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: 43. Confidit in Deo, liberet nunc si vult eum; dixit enim: Quia filius Dei sum. ☞	32. Christus Rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. ☞		
	☞	36. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, 37. & dicentes: Si tu es Rex Judæorum, salvum te fac.	
44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. ☞	Et, qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei. ☞	39. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos. 40. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? 41. Et nos quidem justè; nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. 42. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cùm veneris in Regnum tuum. 43. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso. ☞	
			25. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. 26. Cùm vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. 27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

cem sumus sublati, propter latrocinia à nobis admissa; hic verò, cui illudis, nihil commiserat, quod jure posset carpi, estque ex mera invidia in crucem sublatus; nec dubito quin Deus, qui ei potestatem fecit edendi innumera miracula, eum liberet, quâ ratione ei visum fuerit; quamvis nunc è cruce, instar nostri, pendeat. Quæ cùm dixisset, ad Jesum conversâ oratione, ô Domine, inquit, cùm regni tibi à Deo promissi possessionem adiveris, memor esto mei. Respondit verò illico Jesus, eum, propter insignem hanc suam fidem, illo ipso die, secum futurum in beatis sedibus, in quas piorum animi post mortem transferuntur.

Eo tempore, ad crucem Jesu stabant Maria ejus mater, soror matris Maria Cleopæ filia, & Maria Magdalena, cum Joanne, Zebedæi Filio. Quos conspicatus Jesus, ita matrem solari cœpit: mulier hic tibi erit (Joannem designans) filii instar, qui senectutis tuæ curam gereret. Discipulum verò illum jussit eam matris loco habere, ac colere. Ac sanè ab eo tempore, Joannes Mariam secum habitare voluit, & haud secus ac matrem suam reveritus est.

Cùm

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES Cap. XIX.
45. Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης.	33. Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης.	44. Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης.	
46. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν, ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμμὰ σαβαχθανί; τοῦτ᾽ ἔστι, Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;	34. Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐννάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἐλωῒ, Ἐλωῒ, λαμμὰ σαβαχθανί; ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;	45. Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος,	
47. Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον· Ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος.	35. Καί τινες τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον· Ἰδοὺ, Ἠλίαν φωνεῖ.		
48. Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.	36. Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν,		
49. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· Ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτόν.	λέγων· Ἄφετε, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν.		
			28. Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει· Διψῶ. 29. Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. 30. Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Τετέλεσται·
50. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ,	37. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην,	46. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε· Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν	καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν,
ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.	ἐξέπνευσε.	ἐξέπνευσε.	παρέδωκε τὸ πνεῦμα.
51. Καὶ ἰδοὺ, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω·	38. Καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω.	45. καὶ ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ μέσον.	
καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη· καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν· 52. Καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη. 53. Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.			

Cùm verò Jesus pependisset è cruce per tres horas, circa horam sextam, densa ac tenebricosa nebula toti terræ Judææ subitò incubuit, usque ad nonam, ita ut sol conspici non posset. Tum horâ nonâ, magnâ voce exclamavit Jesus, linguâ Judaicâ: ELOHI ELOHI LAMMAH SABACHTHANI? quæ verba Latinè sonant, *ô Deus mi, ô Deus mi, cur me dereliquisti?* ex quibus magnitudinem cruciatuum ejus intelligere licebat. Quidam verò ex iis qui adstabant, nec satis attenderant subitum hunc ejus clamorem, ex malè auditis verbis existimarunt Eliam Prophetam ab eo esse vocatum. Igitur unus ex iis spongiam implevit aceto, eámque extremo calamo alligatam admovit ori Jesu, ut eum nonnihil reficeret; donec veniret Elias, quem, ut putabat, vocaverat Jesus; exspectabátque, cum aliis, an Elias esset venturus & eruci eum erepturus.

Jesus vero intelligens instare finem perpessionum suarum, animum recollegit & se sitire dixit. Positum autem erat illic vas, in quo fuit acetum myrrhâ mistum, de quo diximus, &

quo

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
45. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.	33. Et, factâ horâ sextâ, tenebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam uonam.	44. Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam. 45. Et obscuratus est sol:	
46. Et circa horam nonam, clamavit Jesus voce magnâ, dicens: Eli, Eli, lamma sabachthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?	34. Et horâ nonâ exclamavit Jesus voce magnâ, dicens: Eloi, Eloi, lamma sabachthani: quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?		
47. Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.	35. Et quidam de circumstantibus, audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat		
48. Et continuò currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.	36. Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponénsque calamo, potum dabat ei,		
49. Ceteri verò dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.	dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.		
			28. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. 29. Vas ergò erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. 30. Cùm ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est.
50. Jesus autem, iterum clamans voce magnâ,	37. Jesus autem, emissâ voce magnâ,	46. Et, clamans voce magnâ, Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens,	
			Et inclinato capite
emisit spiritum.	exspiravit.	exspiravit.	tradidit spiritum.
51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo usque deorsum. & terra mota est: & petræ scissæ sunt: 52. & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt; 53. &, exeuntes de monumentis, post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.	38. Et velum templi scissum est in duo, à summo usque deorsum.	& velum templi scissum est medium.	

quo spongiam adstantium quispiam implevit, dein vinctam extremo hyssopi scapo ejus ori admovit; ita ut Jesu contigerit id quod de se dixerat David: (*Ps.* LXIX, 23.) *in siti mea, propinarunt mihi acetum.* Jesus igitur spongiam suxit, dixitque omnibus se esse defunctum. Dein paullò pòst, magnâ voce exclamavit: ô Pater, animum meum apud te depono. Quibus dictis, capite inclinato animam efflavit.

Eodem tempore, mira prodigia contigerunt; nam velum illud, quod Adytum à Sanctuario secernit, à summa ora ad infimam, in duas partes scissum est; factus est terræ motus tantus, ut multæ rupes concussæ dissilierint; monumenta non pauca reserata sunt, atque sanctorum virorum cadavera, quæ in iis jacuerant, excitata post ejus resurrectionem, & Jerosolimam ingressa multis conspicua facta.

MATTHÆUS. Cap. XXVII.

54. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες· Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος.

55. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι *

56. Ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου

55. * αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ.

MARCUS. Cap. XV.

39. Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν· Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν Θεοῦ.

40. Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι ἐν αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη

41. Αἳ καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.

LUCAS. Cap. XXIII.

47. Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, λέγων· Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν.

48. Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον.

49. Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα.

JOANNES. Cap. XIX.

31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου) ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν.

32. Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ.

33. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη·

34. Ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ.

35 Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία· κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα ὑμεῖς πιστεύσητε.

36. Ἐγένετο γὰρ ταῦτα ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ· Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ.

At Centurio, & tres milites, qui servabant in crucem sublatos, ne raperentur, atque è regione constiterant, cùm sensissent terræ motum qui clamorem ac mortem Jesu sequutus erat, post trium horarum densissimas nebulas, summopere territi sunt; & verum palam professi, dixerunt sine dubio Jesum fuisse innocentem ac vere Dei Filium, quemadmodum ie ipse dixerat. Multitudo verò cetera eorum qui tunc aderant, his etiam animadversis, summopere perculsa est; redierúntque homines in urbem pectora sua tundentes, præ dolore, atque indignatione in eos, qui Jesum in crucem tolli curaverant. Erant etiam illic è longinquo spectantes mulieres; inter quas Maria Magdalena, Maria Jacobi & Josæ mater, Maria uxor Zebedæi, duorum Apostolorum mater, & Salome; quæ Jesum per Galilæam solebant adsectari, eique & Apostolis ministrare; & quæ Jerosolimam ad festum, unà cum illis venerant, ut & multæ aliæ, quæ Jesu fidem habuerant.

Cùm autem esset, ut diximus, dies Veneris, quem præparationem Sabbathi vocare solent Judæi, Sabbathúmque sequens solenniùs celebraretur, quòd in unum ex octo diebus paschalibus

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	Cap. XIX.
54. Centurio autem, ☞	39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, ☞	47. Videns autem Centurio ☞	
& qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu & his quæ fiebant,	quia sic clamans exspirasset,	quod factum fuerat;	
timuerunt valde, ☞	☞	glorificavit Deum,	
dicentes: Verè Filius Dei erat iste. ☞	ait: Verè hic homo Filius Dei erat. ☞	dicens: Verè hic homo justus erat.	
		48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.	
55. Erant autem ibi mulieres multæ à longè, *	40. Erant autem & mulieres de longè adspicientes:	49. Stabant autem omnes noti ejus à longè,	
56. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi.	inter quas erat Maria Magdalene, & Maria, Jacobi minoris & Joseph mater, & Salome:	☞	
* quæ sequutæ erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei; ☞	41. & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: &	& mulieres, quæ sequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. ☞	
	aliæ multæ, quæ simul cum eo adscenderant Jerosolymam. ☞		
			☞ 31. Judæi ergo, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbatu (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.
			32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.
			33. Ad Jesum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregérunt ejus crura;
			34. sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua.
			35. Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus; & ille scit quia vera dicit, ut & vos credatis.
			36. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.

bus incideret; proceres Judæorum Pilatum adiere, ut antequàm Sabbathum inchoaretur, crura pro more frangerentur reis crucifixis, dein eorum cadavera sepelirentur; ne pollueretur Jerosolimitanus ager, cadaveribus noctu è cruce pendentibus. Concessit Pilatus quod petebant, & missi quidem milites utriusque latronis etiamnum viventis crura fregerunt, ut mortem eorum accelerarent. Sed cùm ad Jesum venissent, mortuúmque jam esse animadverterent, frangere illi crura necesse esse non existimarunt. Verùm unus militum lanceâ latus ejus confodit, atque ex eo vulnere sanguis & serum erupere. Quod vidit Joannes, Zebedæi filius, cujus testimonii veritas in dubium revocari nequit; cùm neque fallax sit, neque ipse falli hac in re potuerit, quæ, eo præsente & inspectante, contigit, atque scriptis ab eo est mandata, ut fidem faceret verè mortuum fuisse Jesum. Hoc autem, non sine singulari divina providentia, factum est; ut in eo impleretur quod piis pollicitus est Deus, sine suo numine, *nullum ossium eorum confractum iri.* (*Ps. XXXIV.* 21.)

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			37. Καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει· Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ☞
57. Ὀψίας δὲ γενομένης, ☞	42. Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον)	☞ 54. Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευῆς, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε.	
ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. ☞	43. Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βουλευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ☞	50. Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, * ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων· ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. 51. (Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν) * ☞	* (ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων) ☞
58. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. ☞	τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. ☞	☞ 52. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. ☞	38. Μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, * ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· 39. Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον) φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν.
	44. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε. 45. Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος,		
Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.	ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ.	☞ ☞	καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.
59. Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ. ☞	46. Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν, ἐνείλησε τῇ σινδόνι· ☞	53. Καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, ☞	40. Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. 41. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν, * 42. Ἐκεῖ οὖν, διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον,
60. Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ ☞	καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας ☞	καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.	ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν. 41. * ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη.

Est & alius locus Scripturæ, qui partim impletus est, hac confossione lateris Jesu; in quo loco, Jerosolimitæ dicuntur *adspecturi quem confoderint.*

Sub vesperam verò, instante Sabbatho, Josephus Arimathæensis, vir probus ac religiosus, atque Adsessor Magni Synedrii, qui exspectabat regnum Messiæ, neque consenserat cum Synedrio, de opprimendo Jesu; cujus occultus erat discipulus, quamquam metu Collegarum dissimulabat; Is, inquam, Josephus, sumtâ fiduciâ, ad Pilatum se contulit, atque ab eo petiit, ut sibi liceret cadaver Jesu sepelire. Aderat illi etiam Nicodemus, à quo aliquando (*Cap.* XI.) noctu Jesum conventum esse narravimus; qui comparaverat sibi circiter centum libras unguenti, myrrhâ & aloe confecti, quo cadaver condiret. Cùm hoc peteretur à Pilato,

MATTHÆUS. Cap. XXVII.	MARCUS. Cap. XV.	LUCAS. Cap. XXIII.	JOANNES. Cap. XIX.
			37. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.
57. Cùm autem serò factum esset,	42. Et cùm jam serò esset factum		
	(quia erat Parasceve, quod est ante Sabbatum)	54. Et dies erat Parasceves, & Sabbatum illucescebat.	
venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu,	43. venit Joseph ab Arimathæa, nobilis Decurio, qui & ipse erat exspectans Regnum Dei, &	50. Et ecce vir, nomine Joseph, qui erat Decurio, vir bonus & justus, * ab Arimathæa civitate Judææ, qui exspectabat & ipse Regnum Dei. 51. Hic non consenserat consilio & actibus eorum: *	
			* (eo quòd esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum)
58. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.	audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.	52. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.	38. Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa, * ut tolleret corpus Jesu;
			39. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens misturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum,
	44. Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset. Et, accersito Centurione, interrogavit eum, si jam mortuus esset. 45. Et cùm cognovisset à Centurione,		
Tunc Pilatus jussit reddi corpus.	donavit corpus Joseph.		& permisit Pilatus.
59. Et, accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda,	46. Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone,	53. Et depositum involvit sindone,	Venit ergo, & tulit corpus Jesu. 40. acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis
			cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. 41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum. 42. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum,
60. & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra.	& posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra.	& posuit eum in monumento exciso,	posuerunt Jesum;
		in quo nondum quisquam positus fuerat.	in quo nondum quisquam positus erat.

to, Jesus dicebatur dudum animam efflasse; quod cùm ille miraretur tam citò factum, an ita res haberet quæsivit à Centurione, qui custodiæ reorum præfectus fuerat; à quo cùm verum esse accepisset, potestatem fecit Josepho auferendi, ac sepeliendi cadaveris. Josephus ergo sine mora ad Calvariam properavit, cadavérque Jesu è cruce detraxit, ac mundâ sindone involutum, & more Judaico aromatibus à Nicodemo perfusum, ad sepulcrum suum transtulit. Hoc autem erat in horto Calvariæ vicino; nec certè poterat cadaver in locum remotiorem ferri, quòd instaret Sabbathum, exactâ fermè luce diei Veneris. Illic igitur depositus Jesus, in monumento quod nuper in rupe excavari sibi curaverat Josephus, & in quo nondum ullum cadaver collocatum fuerat.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVII.	Cap. XV.	Cap. XXIII.	
καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν.	καὶ προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου.		
61. Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία,	47. Ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ	55. Κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες,	
		αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας,	
καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.	ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.	ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον,	
		καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ.	
		56. Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν.	
62. Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον. 63. Λέγοντες· Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν, ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. 64. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον, ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ· Ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. 65. Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. 66. Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας.			
Cap. XXVIII.	Cap. XVI.	Cap. XXIV.	Cap. XX.
	1. Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, *		
1. Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων,	2. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων,	1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος,	1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων πρωῒ, σκοτίας ἔτι οὔσης,
ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία,	1. * Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη		Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ
	ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν.		

Ostio verò monumenti curavit Josephus advolvi ingentem lapidem, quo peracto, in urbem rediit.

Caput LXV.

Piæ mulieres parant unguenta, quibus cadaver Christi denuò condiant. Judæorum proceres die Sabbathi curant sepulcrum ejus sigillo muniri & servari à militibus Romanis. Die Solis mane, adeunt mulieres sepulcrum, à quo lapidem quo claudebatur amotum inveniunt. Ab Angelis accipiunt Jesum resurrexisse, quod jubentur nuntiare Apostolis, qui nolunt mulieribus credere. Petrus & Joannes invisunt sepulcrum vacuum. Maria Magdalena videt iterum duos Angelos in monumento, deinde ipsum Jesum, quod nuntiat Apostolis, qui fidem ei non habent.

Dum Josephus conderet cadaver Jesu, aderant Maria Magdalena, & Josæ mater, aliæque mulieres Jesum è Galilæa sequutæ; quæ interea è regione sepulcri sederant, ut viderent quo in loco, & quomodo sepeliretur. Quod cùm vidissent, Jerosolimam properè reversæ ante solis occasum aromata atque unguenta emerunt, quibus iterum condirent cadaver Jesu, postquàm Sabbathi feriæ præteriissent; quas diligenter, ex Legis præscripto, observarunt.

At

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVII.	CAP. XV.	CAP. XXIII.	
Et advolvit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.	& advolvit lapidem ad oſtium monumenti.		
61. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria,	47. Maria autem Magdalene, & Maria Joſeph,	55. Subſequutæ autem mulieres,	
		quæ cum eo venerant de Galilæa,	
ſedentes contra ſepulchrum.			
	adſpiciebant ubi poneretur.	viderunt monumentum,	
		& quemadmodum poſitum erat corpus ejus. 56. Et revertentes paraverunt aromata & unguenta: & Sabbato quidem ſiluerunt, ſecundùm mandatum.	
62. Alterâ autem die, quæ eſt poſt Paraſceven convenerunt Principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, 63. dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc vivens: Poſt tres dies reſurgam: 64. Jube ergo cuſtodiri ſepulcrum uſque in diem tertium, ne fortè veniant diſcipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis; & erit noviſſimus error pejor priore. 65. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. 66. Illi autem, abeuntes, munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.			
CAP. XXVIII.	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
	1. ET cùm tranſiſſet Sabbatum, *		
1. VEſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit	2. Et valde mane unâ Sabbatorum,	1. UNâ autem Sabbati valde diluculo,	1. UNâ autem Sabbati, mane, cùm adhuc tenebræ eſſent,
Maria Magdalene, & altera Maria,	1. * Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum.		Maria Magdalene

At die Sabbathi, Proceres Judæorum Pilatum convenere, cui dixerunt ſe meminiſſe impoſtorem illum (ſic conſcelerati homines Jeſum vocabant) qui in crucem pridie ejus diei ſublatus fuerat, jactaſſe cùm in vivis eſſet, ſe intra tres dies excitatum iri. Quare ſe orare Pilatum ut juberet ſervari diligenter ſepulcrum, donec tertius dies elapſus eſſet; ne fortè diſcipuli ejus, eo erepto, ſpargerent in vulgus Magiſtrum ſuum excitatum è mortuis fuiſſe; qui poſterior error gravior ac curatu difficilior futurus eſſet priore, quo multi Jeſum divinitùs ad homines miſſum exiſtimaverant. Tum Pilatus, habetis, inquit, cohortem, quæ in Porticibus Templi excubat; ex ea milites evocate, prout videbitur, qui ſepulcrum Jeſu ſervent. Quâ facultate acceptâ, proceres Judæorum iverunt ad monumentum, cum aliquot militibus; qui ſigillo lapidem oſtio advolutum munierunt, idque ad tertium uſque diem cuſtodire aggreſſi ſunt, prout cupiebant Judæi.

Die verò Solis, V. Calendas Apriles, ſummo mane antequàm ſol ortus eſſet, circiter triginta ſex horis poſtquàm cadaver Chriſti in ſepulcrum illatum fuerat, Maria Magdalena, Maria Jacobi mater & Salome, aliæque mulieres, ſumtis aromatibus, quæ, ut diximus, ſibi die Veneris

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVIII.	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
θεωρῆσαι τὸν τάφον	ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου.	ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, ☜	ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον ☜
☞	☞	φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες σὺν αὐταῖς.	
	3. Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου;	☜	
2. Καὶ ἰδού, σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ.	☜		
☞	4. Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος·	2. Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου·	καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου.
	ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. 5. Καὶ εἰσελθοῦσαι	☜ 3. Καὶ εἰσελθοῦσαι	☜
	εἰς τὸ μνημεῖον, ☞	☜ οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. 4. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου,	
3. Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπή, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών.	εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν·	καὶ ἰδού, δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις·	
4. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί.	☜		
☞	καὶ ἐξεθαμβήθησαν. ☞	5. Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν,	
5. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπε ταῖς γυναιξί·	6. Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς·	εἶπον πρὸς αὐτάς·	
Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε.	Μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον·	☜	
6. Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ,	ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε,		
καθὼς εἶπε·	☜		
δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος.	ἴδε, ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν.		
☞	☞	Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν;	
		6. Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.	

neris comparaverant, ut inungerent cadaver Jesu, ad monumentum se contulerunt, ad quod orto demum sole pervenerunt. Inter eundum quæsiverant, inter se, cujus operâ possent uti ad revolvendum ingentem lapidem, quem ostio monumenti objici viderant.

Verùm interea orta est ingens venti procella, descenditque Angelus è cœlo, qui lapidem revolvit, atque in eo sedit; postquàm Jesus, relictâ illic sindone quâ involutus erat, vivus egressus esset. Cùm ergo accessissent, viderunt sepulcrum esse apertum, lapide revoluto. Itaque monumentum ingressæ, nullum invenerunt cadaver; sed tantùm adolescentem, candidis vestibus indutum, ad dextram sepulcri sedentem. Cùmque egressæ consilii inopiâ laborarent, nesciæ quò potuisset transferri; adstiterunt illis duo viri, candidissimis vestibus induti; qui Angeli erant, quorum alterum diximus revoluto lapidi insedisse, alterum fuisse intra monumentum; & quorum adspectu, milites qui custodiæ præfecti fuerant,

MATTHÆUS. CAP. XXVIII.	MARCUS. CAP. XVI.	LUCAS. CAP. XXIV.	JOANNES. CAP. XX.
videre sepulcrum.	veniunt ad monumentum, orto jam sole: ☞	venerunt ad monumentum, ☜ portantes quæ paraverant aromata;	venit ad monumentum: ☜
	3. & dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem, ab ostio monumenti?	☜	
2. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de Cœlo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum.	☜		
☞	4. Et respicientes viderunt revolutum lapidem: erat quippe magnus valde.	2. & invenerunt lapidem revolutum à monumento. ☜	& vidit lapidem sublatum à monumento. ☜
	5. Et, introeuntes in monumentum, ☞	3. Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu. 4. Et factum est, dum meute consternatæ essent de isto,	
3. Erat autem adspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix.	viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stolâ candidâ,	ecce duu viri steterunt secùs illas, iu veste fulgenti.	
4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.	☜		
☞	& obstupuerunt. ☞	5. Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas:	
5. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Jesum, qui crucifixus est, quæritis. 6. Non est hic: surrexit enim,	6. Qui dicit illis: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic:	☜	
sicut dixit.	☜		
Venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus.	Ecce locus ubi posuerunt eum. ☞	Quid quæritis viventem cum mortuis? 6. Non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter loquutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset.	

quorum adspectu, milites qui custodiæ sepulcri præfecti fuerant, usque adeò erant territi, ut similiores viderentur mortuis, quàm vivis hominibus. Nec mulieres, iis propiùs conspectis, exiguo timore perculsæ sunt. Verùm pavidas atque oculos contrà tollere non audentes alloquutus est alter Angelorum; &, bono, inquiit, estote animo; scio enim vos quærere Jesum Nazarenum, in crucem antea sublatum, deinde hîc sepultum. Sed in hoc monumento amplius non est, etenim resurrexit quemadmodum ipse prædixerat. Inspicite diligentiùs, si vultis, locum in quo repositus fuerat; sed cavete ne viventem quæratis inter mortuos. Hoc loco relicto, ad vitam rediit, quod ab ipso prædictum, dum etiamnum esset in Galilæa, (*Cap. XXXV.*) potestis meminisse.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES
Cap. XXVIII.	Cap. XVI.	Cap. XXIV.	Cap. XX.
		7. Λέγων· Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. ☞	
7. Καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. καὶ ἰδοὺ, προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. ἰδοὺ, εἶπον ὑμῖν. ☞	7. Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν. ☞	8. Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ. ☞	
8. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ☞	8 Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ, ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις· καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ. ☞	9. Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς. ☞	
ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ☞		10 Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα. 11. Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς· ☞	
			2. Τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.
		12. Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον· ☞	3. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. 4. Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον.
		καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· ☞	5. Καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια· οὐ μέντοι εἰσῆλθεν. 6. Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα. 7. Καὶ τὸ σουδάριον ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. 8. Τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν.

Apertè enim dixit fore ut traderetur in potestatem Ethnicorum, in crucem tolleretur, moreretur, ac tertio die resurgeret. At nunc ad ejus Apostolos properate, ut iis nuncietis eorum Magistrum è mortuis excitatum fuisse, præiturum in Galilæam, atque illic iterum conspicuum illis fore, quemadmodum prædixit. Quæ à me vobis dicta fuisse, facite ut meminoritis.

Hic mulieres recordatæ sunt Jesum reverâ prædixisse se tertio die excitatum iri, ac properè egressæ ex loco, in quo situm erat sepulcrum, animo metum inter & gaudium distracto, abierunt, nec obvio cuiquam, iram Synedrii veritæ, quod sibi contigerat narrarunt. Festinarunt dumtaxat ut convenirent quàm primùm undecim Apostolos, cæterósque discipulos Jesu, eos nuntii jucundissimi solos participes facturæ. Igitur Maria, ut diximus, Magdalena, Joanna, & Maria Jacobi mater, & nonnullæ aliæ Apostolis nuntiarunt quid ab Angelis accepissent. Verùm hactenus usque adeò hebetes fuerant Apostoli, ut sæpiùs repetitæ prædictionis Christi immemores,

MATTHÆUS. Cap. XXVIII.

7. Et citò euntes dicite discipulis ejus quia surrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis: ecce prædixit vobis.

8. Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno.

currentes nuntiare discipulis ejus.

MARCUS. Cap. XVI.

7. Secedite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

8. At illæ, exeuntes, fugerunt de monumento; invaserat enim eas tremor & pavor: & nemini quidquam dixerunt; timebant enim.

LUCAS. Cap. XXIV.

7. dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertiâ resurgere.

8. Et recordatæ sunt verborum ejus.

9. Et, regressæ à monumento, nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, & ceteris omnibus.

10. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum, verba ista: & non crediderunt illis.

12. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum;

& procumbens vidit linteamina sola posita,

JOANNES. Cap. XX.

2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.

3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum;

5. &, cùm se inclinasset, vidit posita linteamina; non tamen introivit.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita,

7. & sudarium, quod fuerat super caput ejus; non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

8. Tunc ergo introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit;

---

immemores, aut eam non satis rectè intelligentes, existimarent à mulieribus somnia narrari. At Maria Magdalena seorsim Petro & Joanni confirmavit se certè inspectum monumentum vacuum vidisse, ac Jesu cadaver, nisi resurrexisset, ablatum illinc fuisse, nec se posse suspicari ubi reponi potuisset. Quibus auditis, Petrus & Joannes ad sepulcrum se contulerunt, ut viderent num verum diceret mulier; cúmque ambo festinarent, Joannes, utpote junior, prior ad locum pervenit. Inclinato autem capite, ut introspiceret per humilius ostium in monumentum, vidit quidem lintea, quibus cadaver Jesu involutum fuerat, sed præterea nihil, nec tamen monumentum ingressus est. At Petrus, eum proximè sequutus, ingredi voluit, viditque eadem lintea illic jacentia; & præterea sudarium quo caput Jesu tectum fuerat, non juxta lintea, sed seorsim positum, atque involutum. Tum verò & Joannes ingressus, omnibus lustratis, non dubitavit ampliùs quin verè dixisset Maria Magdalena, ablatum corpus Jesu fuisse.

 Nam

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	Cap. XVI.	Cap. XXIV.	Cap. XX.
			9. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.
		καὶ ἀπῆλθε,	10. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.
		πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.	☜
		☞	11. Μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω. ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον· 12. Καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. 13. Καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι· Γύναι, τί κλαίεις; Λέγει αὐτοῖς· Ὅτι ἦραν τὸν κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. 14. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα· καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστι. 15. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; Ἐκείνη, δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ· Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. 16. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μαρία. Στραφεῖσα ἐκείνη λέγει αὐτῷ· Ῥαββουνί, ὃ λέγεται, διδάσκαλε. 17. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. 18. Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.
			☜
	9. Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτου, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. ☜		

Nam ad resurrectionem quidem quod attinet, nondum adsequuti erant Apostoli vaticinia, ex quibus eam futuram fuisse rescire potuissent; nec verba Jesu hac de re intellexerant, usque adeò tardo erant ingenio. Igitur à monumento domum redierunt Petrus & Joannes, nec potuerunt capere quid factum esset cadavere Magistri.

Maria verò constitit ad monumentum, luctui indulgens; quòd Jesum sibi non liceret videre aut vivum, aut certè mortuum. Cúmque abiissent duo memorati Apostoli, sola, incurvato corpore, per ostium sepulcri, quasi luctum solatura, introspicere cœpit. Ecce verò, vidit iterum duos Angelos candidis vestibus indutos, sedentes intra monumentum, & alterum quidem ad locum in quo fuerat caput Jesu, alterum verò ad locum in quo fuerant ejus pedes. Qui mulieri, cur, inquiunt, ita lacrimaris? Quia, inquit illa, hinc ablatum est Domini mei cadaver, nec scire possum ubi repositum fuerit. Quibus dictis, conversa vidit ipsum Jesum adstantem, sed præ luctu minimè agnovit. Tum illi Jesus, mulier, inquit, quare fles, quémve hic quæris? Maria verò hortulanum esse rata, Domine, ait, si id hinc abstulisti, dic mihi, quæso, ubi deposueris, ut id in commodiorem locum transferam, ne ampliùs moveatur. At Jesus eam nomine appellare cœpit, quâ appellatione perculsa eum qui se alloquebatur attentiùs intuita Jesum esse agnovit, Magistrumque, ut solebat, vocavit, volebátque pedes ejus complecti. Verùm Jesus, ne me tangas, inquit, néve moreris, dum mihi reverentiæ atque amicitiæ signa exhibes; nam me posthac tangere poteris, nondum enim ad Patrem adscendam; sed properè ito ad discipulos meos, quos fratrum loco habeo, & nuntia illis me tibi

conspi-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	Cap. XVI.	Cap. XXIV.	Cap. XX.
		& abiit,	9. nondum enim sciebant Scripturam: quia oportebat eum à mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semet ipsos.
		secum mirans quod factum fuerat.	11. Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum, 12. & vidit duos Angelos in albis, sedentes unum ad caput & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. 13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum: 14. Hæc cùm dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est. 15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa, existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; & ego eum tollam. 16. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister.) 17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum enim adscendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Adscendo ad Patrem meum & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum. 18. Venit Maria Magdalene adnuntians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.
	9. Surgens autem mane; primâ Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem Dæmonia.		

conspicuum factum fuisse ac dixisse me brevi ex hisce terris ad beatas sedes, in quibus Pater ac Deus communis omnium nostrûm singulari ratione præsentem se præbet, adscensurum, quemadmodum illis ante mortem prædixi. Quod mandatum properè exsequuta est Maria.

CAPUT LXVI.

Maria Magdalena nuntiat Apostolis Jesum à se conspectum, nec creditur. Jesus secundùm cernitur à pluribus mulieribus. Judæi spargunt rumorem de cadavere Jesu sublato. Eodem die tertiùm se conspiciendum præbet Petro; quartùm duobus discipulis Emmauntem euntibus; quintùm decem Apostolis, quibus incredulitatem exprobrat, & dat mandata de prædicatione Evangelii; sextùm octo diebus pòst, in Galilæa, undecim Apostolis, & pertinaciam Thomæ castigat.

IGITUR prima omnium Jesum, die Solis summo mane, excitatum è mortuis vidit Maria Magdalena; ex cujus corpore antea septem Cacodæmonas ejecerat Jesus, quamobrem eum erat deinceps adsectata.

 Verùm

MATTHÆUS. Cap. XXVIII.

9. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ, ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων· Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

10. Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.

11. Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ, τινὲς τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα.

12. Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν Πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις

13. Λέγοντες· Εἴπατε, Ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν, ἡμῶν κοιμωμένων.

14. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν.

15. Οἱ δὲ, λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν· καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.

MARCUS. Cap. XVI.

10. Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι.

11. Κἀκεῖνοι, ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν.

LUCAS. Cap. XXIV.

JOANNES.

PAULUS 1. Cor. XV, 5.

Ὤφθη Κηφᾷ.

MARCUS.

12. Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν.

LUCAS.

13. Καὶ ἰδοὺ, δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι, ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς.

14. Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

15. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς.

Verùm cùm nuntiaret Apostolis, Discipulisque ejus lugentibus, Jesum ipsum à se jam esse conspectum, & quæ ab eo sibi dicta fuerant, rem persuadere eis non potuit; usque adeò occæcati erant, aut parum memores promissorum Magistri.

Quemadmodum Maria Magdalena, cùm nuntiasset Apostolis se vidisse Jesu monumentum vacuum, atque ab Angelis accepisse eum resurrexisse, redierat ad sepulcrum, ubi se ei præsentem exhibere dignatus est Jesus: ita & ceteræ memoratæ mulieres eodem regressæ, dum Maria ad Apostolos iret, denuo viderunt sepulcrum vacuum. Verùm cùm iterum se conferrent ad Apostolos, ut confirmarent cadaver Jesu nequaquam comparere; occurrit eis vivus Jesus, qui cùm eas prior salutasset, ab iis illico est agnitus. Igitur ad pedes ei accidentes, ejus crura amplexæ sunt, quamvis non exiguo timore essent perculsæ. Tum verò Jesus, vetuit eas timere, jussitque ad Apostolos, quos iterum fratrum suorum honorifico vocabulo insignivit, ire iisque suo nomine præcipere ut proficiscerentur in Galilæam, illic ipsum visuros.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVIII.	Cap. XVI.	Cap. XXIV.	

MARCUS, Cap. XVI.

10. Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

11. Et illi audientes quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt.

MATTHÆUS, Cap. XXVIII.

9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere, ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me videbunt.

11. Quæ cùm abiissent ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt Principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant:

12. Et congregati cum Senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,

13. dicentes: Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.

14. Et si hoc auditum fuerit à Præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.

15. At illi, acceptâ pecuniâ, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem.

PAULUS
1 Cor. XV, 5.

Visus est Cephæ,

MARCUS

12. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam:

LUCAS

13. Et ecce duo ex illis ibant ipsâ die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus;

14. & ipsi loquebantur ad invicem, de his omnibus quæ acciderant.

15. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Jesus appropinquans ibat cum illis:

Inter hæc, nonnulli ex militibus, qui custodiæ sepulcri præfecti fuerant & Jesum excitatum è mortuis, Angelósque viderant, urbem ingressi, certiores fecerunt principes Sacerdotum de omnibus quæ contigerant. At illi Synedrio convocato, consilium ceperunt corrumpendi milites pecuniâ; quam præsentem sat magnam eis numerarunt, eâ lege ut dicerent custodes, se dormientibus, cadaver Jesu à discipulis ejus sublatum fuisse. Quod si deferretur ad Præsidem, pollicebantur Sacerdotes se operam daturos ut iis placaretur, atque immunes ab omni negligentiæ pœna præstituros. Igitur milites, acceptâ à Sacerdotibus pecuniâ, quod jubebantur fecerunt; iſque rumor propterea sparsus est apud Judæos, & per multos annos viguit.

Postea etiam Jesus se conspiciendum præbuit Petro, quamvis rei circumstantiæ ad posteros transmissæ non sint.

Cùm verò duo ex Discipulis Jesu, mane ejusdem diei, antequàm se Mariæ Magdalenæ stitisset Jesus, profecti essent Jerosolimâ Emmauntem; qui vicus est circiter septem passuum millibus Jerosolimâ remotus; atque inter eundum colloquerentur de Jesu ejusque crucifixione, Jesus ipse se iis iter facientibus adjunxit comitem, nec tamen ab iis nihil simile sperantibus,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XXIV.

16. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

17. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καί ἐστε σκυθρωποί;

18. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν· Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις;

19. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ.

20. Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

21. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον ἀφ᾽ οὗ ταῦτα ἐγένετο.

22. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον.

23. Καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον, λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν.

24. Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτω καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον· αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.

25. Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται.

26. Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστόν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;

27. Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ αὐτοῦ.

28. Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι.

---

rantibus, agnitus est. Dein quæsivit qua de re inter se colloquerentur, & cur tristes essent. Alter verò eorum cui nomen erat Cleopæ, respondit se mirari hominem Jerosolimâ, ut videbatur, venientem, quasi peregrinum solum ignorare ea quæ superiore die Veneris eâ in urbe coram omnibus gesta erant. Quænam verò illa essent sciscitatus est Jesus. Respondêre Cleopas & socius itineris, se intelligere crucifixionem Jesu Nazareni, viri qui Propheta fuerat, & eximios sermones sæpe habuerat, divináque miracula ediderat, inspectante universo populo. Hunc autem à Magno Synedrio traditum esse Pilato, quasi capitis reum, ut in crucem tolleretur, in quam à militibus Romanis sublatus fuerat. Se verò hactenus sperasse Deum, ejus ministerio, liberaturum fuisse Judæos, quippe quem Messiam esse crediderant. Attamen jam esse tertium diem, ex quo crucifixus fuerat, adeò ut spes omnis liberationis jam sublata videretur. Nam mulieres nonnullas, ex iis quæ Jesu fidem habuerant, & quæ eo mane ad monumentum iverant, in eo cadavere Jesu non invento, miranda quidem narrasse, cùm se dictitarent

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. XXIV. 16. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. 17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? 18. Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti quæ facta sunt in illa, his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo: 20. & quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes & Principes nostri, in damnationem mortis, & crucifixerunt eum? 21. Nos autem sperabamus quia ipse esset redemturus Israel; & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. 22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos; quæ ante lucem fuerunt ad monumentum; 23. & non invento corpore ejus, venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. 24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum; & ita invenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non invenerunt. 25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ! 26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? 27. Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant. 28. Et appropinquaverunt castello quò ibant, & ipse se finxit longiùs ire.	

dictitarent vidisse Angelos, atque ab iis accepisse Jesum esse iterum in vivis; sed nonnullos ex Discipulis Jesu isse ad monumentum, quod vacuum quidem pariter invenerant, quemadmodum mulieres dixerant; at neque Jesum, neque Angelos iis conspicuos factos.

Quibus auditis, Jesus cœpit eorum tarditatem, ac contumaciam castigare, quòd neque antiqua vaticinia intelligerent, neque iis sæpiùs explicatis satis constanter crederent. Tum subjecit ita statuisse Deum, & per Prophetas prænuntiasse Messiam occisum iri, & tum demum regni possessionem aditurum. Quod, initio facto à Mosaica lege, omnium Prophetarum scriptis allatis atque explicatis, ex dogmatibus apud Judæos receptis, ostendit. Dum ita confabularentur, pervenerunt duo illi viri ad locum, ad quem ire instituerant; Jesus verò simulabat se remotiorem locum petere, quò hominum erga se voluntatem experiretur.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
		29. Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες· Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. 30. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. 31. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. 32. Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς;	
	13. Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες	33. Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, 34. Λέγοντας· Ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι.	
	ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς·	35. Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.	
	οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.		19. Οὔσης οὖν ὀψίας, τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς,
PAULUS 1. Cor. XV, 5. Εἶτα τοῖς δώδεκα.	14. Ὕστερον, ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη,	36. Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν.	καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν.
	καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν.	37. Πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν. 38. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;	

Verùm multis precibus apud eum egerunt, sermonibus ejus capti, ut apud se maneret, quandoquidem jam adventabat vespera. Igitur quasi permotus precibus ædes ingressus est, ad quas eum duxerunt, veluti ut illic pernoctaret. Cùm verò accubuissent cœnaturi, Jesus, pro more, sumto pane Deo gratias egit, fractùmque iis divisit. Quo facto, animadverterunt ipsum esse Jesum, eúmque absque ullo dubio agnoverunt; verùm paullò pòst eorum oculis se surripuit. Tum verò invicem fassi sunt, dum loqueretur Jesus antequàm illum agnovissent, se præter solitum ejus sermonibus commotos fuisse, & interpretationes obscuriorum Scripturæ locorum avidissimè accepisse. Quod si illo tempore ad animum revocassent, facilè intellexissent, neminem præter Jesum ita Prophetas interpretari potuisse. Itaque è vestigio surrexerunt, & quàm maximâ celeritate potuerunt Jerosolimam reversi convenerunt Apostolos, quos cum aliis Jesu Discipulis congregatos invenerunt; qui ejus resurrectionem non à mulieribus tantùm acceperant, sed & à Petro, cui se conspiciendum, ut diximus, postea præbuerat. Cleopas verò & socius narrarunt etiam quæ sibi in itinere contigissent, & quomodo

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
		29. Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies; & intravit cum illis.	
		30. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.	
		31. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum; & ipſe evanuit ex oculis eorum.	
		32. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?	
	13. & illi euntes	33. Et ſurgentes eadem horâ regreſſi ſunt in Jeruſalem: & invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant,	
		34. dicentes: Quod ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.	
	nuntiaverunt ceteris:	35. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via; & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.	
	nec illis crediderunt.		
PAULUS 1 Cor. XV, 5.			19. Cùm ergo ſerò eſſet die illo, unâ Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati, propter metum Judæorum, venit Jeſus,
& poſt hoc undecim.	14. Noviſſimè recumbentibus illis undecim apparuit,		
		36. Dum autem hæc loquuntur,	
		ſtetit Jeſus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego ſum, nolite timere.	& ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.
	& exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderant.		
		37. Conturbati verò, & conterriti, exiſtimabant ſe Spiritum videre.	
		38. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes adſcendunt in corda veſtra?	

à ſe in fractione panis & precatione ſolita agnitus fuiſſet Jeſus, qui poſtea ſe ſubitò iis ſubduxerat. At ceteri fidem non habebant iis, qui Jeſum à ſe conſpectum dicebant; quamvis jam plures eſſent cùm viri, tum mulieres.

Verùm illo ipſo die, cùm, clauſis januis quòd ſibi à Synedrio timerent, in multam noctem ſermones, ut fit, ea de re protraxiſſent, ac tandem ſerò decem Apoſtoli, abſente Thoma, accubuiſſent, & etiamnum cum iis Cleopas colloqueretur; ſubitò, reſeratis ſponte ſuâ januis, iis adſtitit Jeſus, hominéſque pro more ſalutavit. Dein reprehendit pertinaciam atque incredulitatem eorum, qui fidem detrahebant iis qui ipſum è mortuis excitatum ſe vidiſſe dixerant. At illi præconceptis opinionibus uſque adeò occæcati erant, ut à ſe impetrare non poſſent ut crederent Jeſum eſſe. Exiſtimabant enim ſibi non Magiſtrum, ſed Angelum ejus formâ indutum adſtare.

At Jeſus, quare, inquit, perturbati eſtis meo adventu? Cur inania figmenta animis veſtris agitatis?

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
		39. Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου· ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε· ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.	
		40. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.	20. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον.
		41. Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; 42. Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου. 43. Καὶ λαβὼν, ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε. 44. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, καὶ προφήταις, καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. 45. Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς. 46. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. 47. Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. 48. Ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων. 49. Καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ᾽ ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους.	
			21. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς πάλιν· Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς.
	15. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.		

Inspicite manus meas ac pedes meos, in quibus crucifixionis vestigia animadvertetis, nec me Magistrum illum vestrum esse ampliùs dubitabitis. Angeli speciem quidem corpoream interdum induunt, sed non habent carnem & ossa, qualia mihi esse cernitis. Simul ostendit illis manus & pedes, & latus lanceâ vulneratum, ut fidem dictis suis faceret. Itaque plerique summopere lætari cœperunt, cùm viderent Jesum è mortuis, prout prædixerat, excitatum. Cùm tamen nonnulli, præ nimio gaudio, magnitudinéque miraculi, etiamnum obstupefacti hæsitarent, quæsivit an superesset iis aliquid cibi. Apposuerunt verò illi particulam piscis tosti, & favi mellis, quæ ad manum erant. Tum ille, iis inspectantibus, ea, ut solebat, comedit. Deinde, inquit, videtis non frustra me vobis dixisse, cùm etiamnum vobiscum viverem, hæc omnia fieri oportere, & implenda esse quæcumque de me in Scriptura prædicta fuerant. Postea ea loca explicuit, ita ut aperta eis fierent quæ antea obscura fuerant. Igitur, inquiebat, intelligitis ea fuisse Prophetarum vaticinia; quæ ut implerentur, necesse erat Messiam occidi & tertio die resurgere. Eadem etiam vos docent oportere jam jussu meo, & potestate

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XVI.	CAP. XXIV.	CAP. XX.
		39. Videte manus meas, & pedes; quia ego ipse sum: palpate, & videte quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.	
		40. Et, cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.	20. Et, cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino.
		41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?	
		42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis.	
		43. Et, cùm manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis;	
		44. & dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysis, & Prophetis & Psalmis, de me.	
		45. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas.	
		46. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertiâ die,	
		47. & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jerosolima.	
		48. Vos autem testes estis horum.	
		49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in civitate, quoad usque induamini virtute ex alto.	
			21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.
	15. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.		

potestate à me acceptâ, gentes omnes ad pœnitentiam, ac remissionem peccatorum vocari, initio à Jerosolima facto. Quo munere nemo meliùs defungi queat, quàm vos, qui sermonum meorum auditores perpetui, & totius ministerii mei testes oculati fuistis. Quamobrem in vos demittam Spiritum Sanctum mihi à Patre promissum, ut eum vobis conferrem. Eum hîc Jerosolimæ accipietis, adeóque, postquàm huc è Galilæa ante Pentecosten redieritis, in hac urbe exspectate, donec acceperitis divinas illas facultates è cœlo delapsas. Hîc Jesus iterum Apostolos salutavit, pacem iis, hoc est, omnis generis felicitatem adprecatus; &, quemadmodum, inquit, jussus sum à Patre venire ad homines, ut eos ad sanctiorem vitam vocarem: ita & ego vos similibus mandatis instructos ad homines mitto, ut postquàm acceperitis Spiritum Sanctum, Evangelium meum nuntiare incipiatis. Nolo autem vos intra Judææ fines consistere, sed totum terrarum orbem id nuntiando peragrare, atque apud omnes populos docere quod à me acceperitis.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVIII.	CAP. XVI.		CAP. XX.

MARCUS, CAP. XVI.

16. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.

17. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς·

18. Ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν.

JOANNES, CAP. XX.

22. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.

23. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

24. Θωμᾶς δὲ, εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς.

25. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί· Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.

MATTHÆUS, CAP. XXVIII.

15. Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

JOANNES, CAP. XX.

26. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν. ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν· Εἰρήνη ὑμῖν.

27. Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ· Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου· καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.

28. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

29. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι ἑώρακάς με, Θωμᾶ, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.

Quicumque Evangelio crediderit, & baptiſmo à vobis ſuſcepto, credere ſe profeſſus fuerit, æternam beatitudinem conſequetur; quicumque verò doctrinæ veſtræ fidem habere noluerit, æternùm damnabitur. Vobis autem, ceteriſque præconio veſtro credentibus, ut veritas Evangelii extra omne dubium collocetur, largiar poteſtatem horum, ſimiliúmque edendorum miraculorum. Prolato nomine meo, Cacodæmonas, ex hominum corporibus quæ infidebunt, ejicietis; linguis, antea vobis ignotis, & quas numquam didiceritis, expeditè utemini; tantùm aberit ut morſus venenatarum ſerpentium timere queatis, ut eas pro arbitrio ſitis interfecturi; ſi venenum vobis propinatum fuerit ab inimicis, vobis minimè nocebit; ac manuum impoſitione, ægros quoſvis curabitis.

His dictis, ut conſpicuo ſigno exprimeret largitionem Spiritûs Sancti, flavit in Apoſtolos; & accipite, inquit, Spiritum Sanctum; quaſi dixiſſet non minùs verè accepturos eos fuiſſe poſt aliquot dies Spiritum Sanctum, ac nunc ſpiritu ex ore ſuo erumpente adſlati fuerant. Dein ſubjecit iis quibus Apoſtoli remitti cuperent pœnas peccatorum causâ divinitùs inflictas, quales ſunt morbi, eas à Deo quoque remiſſum iri, curatis morbis; ſed ſi quem vellent pœnas luere, eum minimè curatum iri, donec ei ignoſcerent.

Cùm hi ſermones à Jeſu ſunt habiti, aberat Thomas, cui Didymo cognomen fuit. Is verò cùm rediiſſet, à ceteris Apoſtolis accepit Jeſum ſibi conſpicuum factum eſſe; quibus reſpondit

MATTHÆUS. Cap. XXVIII.	MARCUS. Cap. XVI.	LUCAS.	JOANNES. Cap. XX.
	16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. 17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo Dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: 18. serpentes tollent: &, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.		
			22. Hæc cùm dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum. 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. 24. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. 25. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.
16. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam.			
			26. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jesus, januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. 28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. 29. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

respondit se tum demum crediturum Jesum ab illis conspectum, cùm videret manus ejus clavis pertusas & latus lanceâ confossum, digitósque in vulnera immisisset; alioqui se minimè fidem iis habiturum.

Jesu autem nuspiam ampliùs comparente, Thomas unà cum aliis decem Apostolis in Galilæam profectus est, quò se eos iterum conventurum promiserat Jesus. Octavo verò die, postquàm resurrexerat, cùm esset Thomas cum illis, & januis clausis colloquerentur, ne quis sermonum arbiter eos ad Synedrium deferret; ecce verò, nemine januas aperiente, subitò paruerunt, adstititque Jesus Apostolis; quibus salutatis, ad Thomam conversus: vide, inquit, manus hasce meas & latus meum, utraque tange, ne postea fidem resurrectioni meæ detrahas, sed certè credas quod videris, quandoquidem aliis adcredere noluisti. Thomas verò cùm oculis & tactu intellexisset verè excitatum fuisse Jesum, exclamavit: Dominus meus es, quem antea adsectatus sum; imò & Deus, qui mortem resurrectione tuâ vicisti. At reposuit Jesus: tu quidem, ô Thoma, credidisti, quia oculis tuis fidem non potuisti detrahere; at multò præstantior erit eorum fides, & majore præmio digna, qui resurrectionem meam, quam non viderint, tamen credent. Hæc tunc temporis Jesus, qui postea se se Apostolorum cœtui subduxit.

CAPUT

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES.

CAP. XXI.

1. Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος· ἐφανέρωσε δὲ οὕτως.

2. Ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

3. Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος· Ὑπάγω ἁλιεύειν. Λέγουσιν αὐτῷ· Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθὺς, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν.

4. Πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν· οὐ μέντοι ᾔδεισαν οἱ μαθηταὶ ὅτι Ἰησοῦς ἐστι.

5. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ· Οὔ.

6. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. Ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων.

7. Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ· Ὁ Κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος, ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, (ἦν γὰρ γυμνὸς) καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν.

8. Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον (οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων) σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων.

9. Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον.

10. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν.

11. Ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν· καὶ τοσούτων ὄντων, οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον.

CAPUT LXVII.

Septimùm ad Lacum Tiberiadis Discipuli nonnulli vident Christum; qui Petri & Joannis futuram sortem prædicit. Octavò cernitur ab undecim Apostolis in monte; quibus dat mandata, de prædicando Evangelio; nonò à D discipulis, decimò à Jacobo, undecimò ab omnibus Apostolis, duodecimò ab iisdem, quos tertiùm mandatis instruit, & quibus adspicientibus in cœlum adscendit. Epilogus.

POSTEA conspiciendum se præbuit Jesus aliquot Discipulis, ad lacum Tiberiadis, quod hac ratione contigit. Cùm unà essent Petrus, Thomas, Nathanaël Canensis Galilæus, duo filii Zebedæi & duo alii Discipuli; dixit Petrus sub vesperam se cupere ire piscatum, ceterique se ejus comites futuros professi sunt. Itaque omnes unà naviculam illico conscenderunt, ve-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XXI.

1. POstea manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic.

2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & adscenderunt in navim: & illâ nocte nihil prendiderunt.

4. Mane autem facto, stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est.

5. Dixit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

6. Dicit eis: Mittite in dextram navigii rete, & invenietis. Miserunt ergo: & jam non valebant illud trahere, præ multitudine piscium.

7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.

8. Alii autem discipuli navigio venerunt, (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

9. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

10. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc.

11. Adscendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete.

---

rùm eâ nocte nullos pisces capere potuerunt. Summo verò mane, conspexerunt virum in ripa stantem, qui Jesus quidem erat, sed qui ab illis primo intuitu minimè agnitus est. Quæsivit autem ille num pisces cepissent, quasi cibo indigeret; at illi negarunt à se quidquam captum esse. Tum eos Jesus jussit ad dextram navigii jacere retia, quo in loco aiebat esse pisces. Illi verò, quamquam hactenus minimè agnito, paruerunt; & subitò tantâ copiâ piscium retia referta sunt, ut ea in navim trahere non possent. Quo conspecto, Joannes dixit Petro sine dubio esse Jesum, quem ex simili miraculo olim divinitus ad se missum esse intellexerant. Petrus verò, qui solâ interiore tunicâ indutus tunc temporis erat, ut piscationi faciliùs operam daret, superinjectâ sibi superiore tunicâ, in mare desiliit, Jesum illico conventurus, ne fortè se proriperet antequàm navicula appulisset; neque enim à ripa aberant longiùs, quam ducentis circiter cubitis. Ceteri verò retia trahentes naviculâ ad ripam vecti sunt. Cùm verò exscendissent, viderunt in ripa prunas, quibus erat impositus pisciculus, & panem; quasi hæc sibi soli parasset Jesus. Dein eos jussit afferre aliquot pisces, ex iis quos modò ceperant.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

JOANNES. Cap. XXI.

12. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Δεῦτε, ἀριστήσατε. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτόν· Σὺ τίς εἶ; εἰδότες ὅτι ὁ Κύριός ἐστι.

13. Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ λαμβάνει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως.

14. Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

15. Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Βόσκε τὰ ἀρνία μου.

16. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

17. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον. Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον· Φιλεῖς με; καὶ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, σὺ πάντα οἶδας· σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Βόσκε τὰ πρόβατά μου.

18. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις.

19. Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι.

20. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε;

21. Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, οὗτος δὲ τί;

22. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι.

Itaque Petrus iterum conscendit navigium ut traheret rete ad ripam, quod refertum erat centum quinquaginta tribus magnis piscibus, nec tamen ingenti pondere uspiam fractum est. Quibus in ripa expositis, Jesus Apostolos tostis piscibus, ut secum epularentur, invitavit; nec quisquam eorum ausus est eum interrogare quis esset, quia non dubitabant quin esset Jesus, quamvis vultus ejus nonnihil immutatus esset. Ipse verò arreptum panem fregit, divisitque convivis, similitérque piscem secuit. Sic Jesus tertiùm pluribus Discipulis simul, ex quo excitatus fuerat, conspiciendum se præbuit.

Cùm verò jam pransi essent, hisce verbis Petrum aggressus est Jesus: ô Petre, an me majore amore prosequeris, quàm hi alii Discipuli mei? Respondit Petrus se Jesu amantissimum esse, neque amorem suum ei latere. Jesus verò: esto igitur, inquit, pastor ovium mearum, quas fidei tuæ posthac committam. Idem secundùm quæsivit Jesus, similéque responsum accepit, ac similia reposuit. At cùm tertiùm idem esset sciscitatus, doluit Petrus se tertiùm interrogari de re, de qua Jesum dubitare non posse existimabat. Igitur respondit Jesum,

quando-

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			CAP. XXI. 12. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes, quia Dominus est. 13. Et venit Jesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. 14. Hoc jam tertiò manifestatus est Jesus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis. 15. Cùm ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 16. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 17. Dicit ei tertiò: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. 18. Amen, amen, dico tibi: cùm esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. 19. Hoc autem dixit, significans quâ morte clarificaturus esset Deum. Et cùm hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. 20. Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit: Domine quis est qui tradet te? 21. Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine, hic autem quid? 22. Dicit ei Jesus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

quandoquidem omnia ei nota erant, non posse ignorare se ipsius amantissimum esse. Jesus verò similiter jussit eum esse pastorem suarum ovium; ut ter repetitâ quæstione, & potestate ter in eum collatâ, ipsi à Petro satisfieret propter tres abnegationes, & ipse vice versâ se Petro ignovisse ostenderet. Tum subjecit fore ut Petrus, dum junior foret, semet ipsum cingeret, & iret quò vellet, quemadmodum antea fecerat; sed ut, postquàm consenuisset, extenderet manus, ab alio cingeretur & duceretur quò minimè vellet. Quibus verbis significabat, quo mortis genere Petrus veritatem Evangelii esset confirmaturus. Dein jussit Petrum se sequi & præire cœpit, ut hoc quoque signo innueret Petri mortem suæ similem futuram.

Sequutus verò est jubentem Petrus, sed capite ad alios Apostolos converso, vidit Joannem etiam sequentem. Quamobrem à Jesu quæsivit, num vellet Joannem quoque secum seorsim ab aliis venire. At respondit Jesus, si vellet Joannem manere, donec ipse veniret, nihil hoc ad Petrum pertinere, quem oportebat præeuntem sequi.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. XXVIII.			Cap. XXI.

JOANNES. Cap. XXI.

23. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· ἀλλ᾽· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σε;

24. Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ.

MATTHÆUS. Cap. XXVIII.

16. εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

17. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν.

18. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

19. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

20. Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.

PAULUS

1. Cor. XV.

6. Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν.

7. Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν.

Actor. Cap. I.

3. Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι᾽ ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

4 Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

Cùm verò mens Jesu partim intellecta à Discipulis fuisset, rumor inter alios sparsus est Joannem numquam moriturum. Attamen Jesus minimè dixerat eum moriendi necessitati exemtum iri, sed quæ modò narravimus. Hic autem Apostolus Jesu postea hunc & alios Magistri sermones, & nonnullos insigniores ejus vitæ eventus litteris mandavit; nec dubium est quin vir spectatæ fidei vera de Magistro scripserit.

Postea undecim Apostoli se contulerunt ad montem quemdam Galilææ, quem locum in Judæa præstituerat Jesus, in quem eos conveniret. Quò accedentem, inflexo corpore omnes adorarunt; ne eo quidem excepto, qui antea de ejus resurrectione fidem aliis habere noluerat. Propiùs ergo accedens Jesus, ita eos alloquutus est: Nunc mihi Pater fecit potestatem faciendi quidquid vellem, cùm in cœlo, tum in terris. Vos verò mitto ego ad omnes gentes, ut discipulos mihi apud eas faciatis, admittatisque præconio vestro credentes baptismo in meam Ecclesiam, ita ut posthac sint & dicantur discipuli non modò Patris, qui in prioris Fœderis tabulis quid vellet à Judæis fieri patefecit; sed & Filii, cujus vos doctrinam apud omnes populos spargetis; ac Spiritûs Sancti, quo à me donabimini, & cujus auxilio quæ à me audivistis, absque ullo erroris periculo, alios docebitis. Nam omnibus hominibus proponetis

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
CAP. XXVIII.			CAP. XXI.
			23. Et iit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non moritur; sed: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? 24. Hic est discipulus, ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium ejus.
in montem, ubi constituerat illis Jesus. 17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. 18. Et accedens Jesus loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti; 20. docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.			
PAULUS 1 Cor. XV. 6. Deinde visus est plusquàm quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. 7. Deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus;		Actor. Cap. I. 3. Quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta, apparens eis, & loquens de Regno Dei. 4. Et convescens præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meum:	

ponetis præcepta mea observanda, quemadmodum à me ea accepistis. Ego verò vobis, iisque, qui Evangelio credent, usque ad finem omnium rerum, adero.

Postea etiam Jesus se conspiciendum præbuit quingentis Discipulis simul; qui omnes quod viderant postea narrarunt, per plures, aut per pauciores annos, prout diutiùs aut minùs diu superstites fuerunt.

Conspectus est deinde à Jacobo, qui frater Domini dicebatur, & primus Jerosolimitanæ Ecclesiæ præfuit.

Tandem & omnibus Apostolis se stitit, qui per quadraginta dies, post ejus resurrectionem, sæpiùs eum viderunt & repetita aliquoties mandata ab eo, de Evangelii prædicatione, acceperunt.

Aliquot verò diebus ante Pentecosten, Apostoli, prout Jesus jusserat, redierunt Jerosolimam; ubi cùm unà essent, quadragesimo die ex quo è mortuis excitatus fuerat, pridie Nonas Maias, Jesum viderunt; qui eos iterum vetuit eâ urbe abire, antequàm accepissent id quod iis à Patre sibi, in eorum gratiam, promissum pollicitus illis erat.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	Cap. XVI.	Actor. Cap. I.	
		5. Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. 6. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; 7. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. 8. Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.	
		Evang. Cap. XXI.	
		50. Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω, ἕως εἰς Βηθανίαν· καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς.	
	19. Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν,	51. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.	
		Actor. Cap. I.	
		9. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. ☜	
	καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. ☞	10. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. 11. Οἳ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.	
		Evang. Cap. XXIV.	
		52. Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, μετὰ χαρᾶς μεγάλης.	

Nam cùm Joannes Baptista olim aquâ dumtaxat eos, qui se pœnitere peccatorum profitebantur, abluisset; illos, paucis pòst diebus, Spiritu Sancto è cœlo delapso veluti ablutum iri.
Cùm verò omnes Apostoli adessent, viderêntque Jesum summam potestatem faciendi quod liberet, in cœlo atque in terra, à Patre accepisse; ab eo quæsiverunt, annon tandem, eo tempore, Judæos à peregrinorum jugo liberaturus esset. Quæ interrogatio, quamquam apertè ostendebat Apostolos nondum intellexisse quænam esset natura regni Messiæ, attamen à Jesu minimè castigata est. Satis enim habuit respondere eorum non esse nosse ejusmodi rerum tempora, quorum cognitionem Deus hominibus impertiri noluisset; sed accepturos à Spiritu Sancto dotes necessarias, ut possent rectè defungi munere quod jam iis erat impositurus; testium, nimirum, ac præconum eorum quæ audiverant ac viderant, ex quo secum versabantur, Jerosolimæ ac per universam Judæam ac Samariam, imò & per totum terrarum orbem.
His dictis, jussit eos se ad montem Oliveti, Bethaniam versùs, sequi; quò cùm pervenissent,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	Cap. XVI.	Actor. Cap. I.	
		5. quia Joannes quidem baptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. 6. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues Regnum Israel? 7. Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. 8. Sed accipietis virtutem supervenientis Spiritûs Sancti in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.	
		Evang. Cap. XXI.	
		50. Eduxit autem eos foràs in Bethaniam: & elevatis manibus suis benedixit eis:	
	19. Et Dominus quidem Jesus, postquàm loquutus est eis, assumtus est in cœlum,	51. & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.	
		Actor. Cap. I.	
		9. Et, cùm hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.	
	& sedet à dextris Dei.	10. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt juxta illos in vestibus albis, 11. qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cœlum? Hic Jesus, qui assumtus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.	
		Evang. Cap. XXIV.	
		52. Et ipsi, adorantes, regressi sunt in Jerusalem, cum gaudio magno:	

sent, sublatis manibus, cœpit eis bene precari. Tum verò subitò ab iis raptus, nube, iis spectantibus, sublatus est in eum rerum universitatis locum, cui Deus præsentissimum se præbet; consedítque ad dextram inaccessæ lucis, quæ divinæ præsentiæ illic conspicuum est signum. Cùm autem Apostoli, oculis in cœlum affixis, suspicerent fugientem nubem, dum licuit eam videre; duo Angeli, candidis vestibus induti, hominibus adstiterunt, atque hisce verbis eos sunt alloquuti: ô viri Galilæi, quid statis diutiùs hîc, sublatis in cœlum oculis? Jesus ille vester in æternæ beatitudinis sedes subvehitur, & quemadmodum eum cœlum petentem vidistis: ita & redeuntem in terras olim conspicietis.

Quibus auditis, Apostoli adorato Jesu Jerosolimam læti redierunt, quòd vidissent eum, prout pollicitus erat, ad Patrem subvectum.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.

Cap. XVI.

20. Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. ☞

Actor. Cap. I.

12. * ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλήμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν.

Evang. Cap. XXIV.

53. Καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. Ἀμήν. ☞

Cap. XX.

☞ 30. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

31. Ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Cap. XXI.

25. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν.

Quarti Anni Præconii CHRISTI & HARMONIÆ EVANGELICÆ

F I N I S.

Digressi autem erant Jerosolimâ in montem Oliveti, circitur mille passibus. Abhinc verò, maximâ diei parte, versabantur in Templo, ubi Deo gratias ac laudes rependebant, ob insignia beneficia per Jesum ab eo in se collata. Accepto verò, paucis post diebus, Spiritu Sancto, Jerosolimâ egressi nuntiarunt Evangelium, per Judæam primùm, deinde & per quasvis alias orbis terrarum oras; nec pauci iis crediderunt, cùm Deus sanctissimo munere summâ fide defungentibus singulari ratione adfuerit, atque insignia miracula, in eorum gratiam, ediderit.

Hanc vitam in terris egit Jesus Nazarenus, hæc docuit, hæc miracula perpetravit coram discipulis, aliisque; quæ ad posteros ab ejus Apostolis, ac eorum discipulis, litterarum beneficio,

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
	CAP. XVI.		
		Actor. Cap. I. 12. * à monte qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem. Sabbati habens iter. Evang. Cap. XXIV. 53. Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.	
	20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. ☞	☞	CAP. XX. ☞ 30. Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. 31. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: &, ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus. CAP. XXI. 25. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

Quarti Anni Præconii CHRISTI & HARMONIÆ EVANGELICÆ

FINIS.

---

ficio, transmissa sunt; præter alia multa, quæ scriptis minimè sunt mandata. Hæc autem litteris consignata fuere, ut veritatis amantes intelligerent Jesum esse Messiam, seu Filium Dei; útque fidem Evangelio habentes, & vitam ex ejus præceptis instituentes felicitatem æternam consequerentur, dum se discipulos ejus non falsò profiterentur. Quòd si quis omnia Jesu dicta & facta particulatim & subtiliter describere aggressus esset, ab eo plura, eáque ingentia volumina fuissent conscribenda.

FINIS.

DISSERTATIO PRIMA,

in qua

CHRONOLOGIÆ,

quam sequuti sumus, ratio redditur.

Consilium harum Dissertationum I. Quo anno & quâ tempestate anni, Rex salutatus & mortuus sit Herodes. II. *Jesum esse natum penultimo ejus regni anno.* III. *Duplex fuisse initium Principatûs Tiberii, ad quorum prius referendam designationem temporis, quæ exstat Lucæ* III, 1. IV. *Paschata quatuor esse in tempore Ministerii Christi numeranda, ex Joannis Evangelio.* V. *Ultimum incidisse in annum Æræ Vulgaris vigesimum nonum, quo mortuum Christum antiquissimi Scriptores Christiani prodiderunt.*

QUAMQUAM non est animus Historiæ Christi, à nobis conscriptæ, particulatim rationem reddere; aut verò verborum Evangelistarum, quorum sententiam exprimere in ea conati sumus, interpretationem perpetuam aggredi; attamen necesse habemus summatim ostendere, quæ sit ratio totius nostri instituti. Ante omnia dicendum nobis est, quâ viâ & quo ordine annos vitæ Jesu Christi, in terris agentis, disposuerimus; deinde tradenda nobis erit *Harmoniæ* Evangelistarum à nobis confectæ ratio; ac tandem de conscriptione Evangeliorum erit agendum, ut antiquissimam & sanctissimam horum scriptorum auctoritatem tueamur, & quo animo, quoad ejus fieri poterit, in lucem edita sint aperiamus. Quæ tribus Dissertationibus ita complectemur, ut in duabus quidem prioribus nostra dumtaxat exponamus; nullius opinionis, aut viri confutatione susceptâ; in postrema verò conjecturas aliquot nuperas, sine ulla tamen conjicientium insectatione, evertere nitamur.

I. Jesum Christum natum esse non multò ante mortem Herodis Magni, totius Judææ Regis, dubitare nemo potest, qui fidem Evangelio Matthæi habeat. Hæc igitur duo tantùm quærenda sibi proposita esse existimarunt viri docti, qui de hisce rebus agere aggressi sunt; quonam, nimirum, anno, quâve anni tempestate, de vita decesserit Herodes; tum etiam quot mensibus eam mortem antecesserit Christi natalis dies. Diversas hominum eruditorum, hisce de capitibus Sacræ Chronologiæ, sententias quærent Studiosi apud eos qui datâ operâ de Chronologia Sacra egerunt; nam nos quidem hîc eam solam, quæ nobis verisimillima visa est, exponemus.

Existimamus autem eos rectissimè omnium sentire qui putant, (ut hinc initium faciamus) Herodem mortuum esse regni anno XXXVII. si initium ducamus à die quo Romæ à Senatu Rex Judææ salutatus est, at XXXIV. si ab expugnatione Jerosolimæ; quam posteriorem notationem temporis, ob rationem postea dicendam, sequuti sumus, in summa pagina, in qua anni primi Christi gesta narravimus. Hic autem annus Herodis fuit ab Urbe Condita DCC L, Augusti XLI. ante Æram Vulgarem IV.

Potissima hujus sententiæ ratio est ex *Josepho* petita, qui cùm haberet vitam Herodis, conscriptam ab ejus familiari *Nicolao* Damasceno, accuratus esse, in Chronologia vitæ ejus Regis, potuit. Is autem ita loquitur de anno, quo est Romæ Rex salutatus, Ant. Jud. Lib. XIV. c 29. Οὕτως τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει τυχὼν ἐπὶ τῆς ρ' καὶ π' καὶ δ' ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Γαΐου Δομετίου Καλβίνου τὸ δεύτερον, καὶ Γαΐου Ἀσινίου Πωλίωνος: *sic accepit regnum, quod consequutus est Olympiade* CLXXXIV. *C. Domitio Calvino secundùm, & C. Asinio Pollione Coss.* Qui Consules magistratu functi sunt, anno ab Urbe Condita

DCCXIV.

DCCXIV. Ejusdem verò libri Cap. XXVII. narrat illum obsedisse Jerosolimam, anno tertio, ex quo Romæ Rex salutatus erat: τρίτον δὲ αὐτῷ τοῦτ᾽ ἔτος ἦν, ἐξ οὗ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ ἀποδέδεικτο: *tertius is ipse erat annus, ex quo Romæ Rex renuntiatus fuerat.* Deinde, Capite sequente, de tempore captæ urbis: τοῦτο τὸ πάθος συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα καὶ Κανιδίου Γάλλου, ἐπὶ τῆς ρπέ. ὀλυμπιάδος: *hæc calamitas contigit Jerosolimitarum urbi, COSS. Romæ M. Agrippa, & Canidio Gallo, Olympiade* CLXXXV. Ac sanè inter Consules, quibus Magistratum obtinentibus, Herodes Rex est salutatus, & eos, quos hîc memorat, sunt tantùm duo paria Consulum; ita ut si æstate anni ab Urbe Condita, ut postea ostendemus, D CC XIV. regnare cœperit Herodes, nondum exacto tertio anno, aut eo certè vertente, Jerosolimam ceperit. Ea enim potitus est, mense tertio, hoc est, ineunte æstate, ut postea docet *Josephus*, cujus proximè sequuntur hæc verba, τῷ γ´ μηνὶ, τῇ ἑορτῇ νηστείας, ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηΐου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς, καὶ γὰρ ὑπ᾽ ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ, μετὰ ἔτη κζ. *tertio mense* (ab æquinoctio verno) *festo jejunii, quasi in orbem redeunte in Judæos calamitate, quam olim à Pompeio passi erant; nam ab eo, eodem die capti fuerant, ante viginti septem annos;* hoc est ab Urbe Condita DC XCI, quo erant Coss. *C. Antonius & M. Tullius*, ut habet *Josephus* ejusdem libri Capite VIII. consentientibus Romanis Fastis. Jejunium autem existimo intelligi quod celebrabatur XXIII. mensis Sivan, qui tertius est, ob idololatriam à Jeroboamo institutam. Vide Calendarium Judaicum editum à *Joan. Seldeno*, in libro de anno civili Judæorum, Cap. VII.

Ita constituto initio regni Herodis, ut nulla superesse nunc possit dubitatio, videndum quo anno regni sit mortuus, quod idem docuit Historicus Ant. Jud. Lib. XVII. c. 10. hisce verbis: τελευτᾷ βασιλεύσας, μεθ᾽ ὃ μὲν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον, ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, μεθ᾽ ὃ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδέδεικτο ἑπτὰ καὶ τριάκοντα: *moritur cùm regnasset, post sublatum quidem Antigonum, triginta quatuor annos; postquàm verò renuntiatus fuerat à Romanis, triginta septem.* Idem repetit, ne quis possit suspicari errorem esse in numeris, Lib. I. de Bello Judaico, Cap. XXI.

Jam si anno ab Urbe Condita DCCXIII. addas annos XXXVII. numerato anno DCCXIV. quo Herodes regnare cœpit, incides in annum DCCL. qui etiam oritur ex additione XXXIV. annorum anno DCCXVI. quo elapso, Antigonus è medio sublatus est, in gratiam Herodis, qui ab eo tempore solus Rex Judæorum dici potuit.

Sed & aliâ certissimâ ratione, emortualis annus Herodis ab *Josepho* est designatus. Nimirum, eo anno, quo Herodes mortuus est, Luna defecit, ut testatur Antiq. Jud. Lib. XVII. c. 8. quod deliquium contigit Jerosolimæ, ex Astronomorum calculo, Martii Mensis die XIII. horâ tertiâ, post mediam noctem, anno ab Urbe Condita DCCL.

Possunt & alia proferri argumenta, quibus constet Herodem ultra hunc annum non vixisse, neque citiùs fato functum, quæ etiam à viris doctis, nuper in Gallia, studiosè sunt proposita. Verùm hæc satis sunt, ut ait ille, aut nihil erit satis; & nos argumentorum vim ex singulorum pondere, non ex numero, æstimare solemus. Jam quærendum, quâ anni tempestate, regnare cœperit Herodes.

Hoc autem sic confici posse nobis videtur. *Josephus* antea nos docuit primum ejus regni annum, initio facto à tempore quo Romæ Rex salutatus est, incidisse in CLXXXIV. Olympiadem; ex quo intelligere licet Herodem salutatum fuisse Regem Romæ, ante solstitium æstivum anni ab U. C. DCCXIV. nam à solstitio ejus anni incipit Olympias CLXXXV. quæ celebrata fuit, ex calculo *Sethi Calvisii*, die XVII. Augusti. Hinc obiter colligere licet eos errare, qui differunt in autumnum memorati anni regiam Herodis dignitatem; quorum tamen rationes confutare non aggrediar.

Certe nihil habet *Josephus*, quod persuadere possit Herodem seriùs salutatum fuisse Regem Judææ. Narrat enim Ant. Jud. Lib. XIV. c. 26. eum hyeme Alexandriâ solvisse, χειμῶνος ὄντος. & Belli Jud. Lib. I. c. 11. eum minimè veritum τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος, hoc est, *vim maximam hyemis*, quæ asperrima est mense Januario; periclitatum verò eum esse circa Pamphiliam, & ægrè Rhodum pervenisse, ac ibi instructâ triremi in Italiam navigasse. Quò pervenire potuit mense Aprili, dein media æstate, aut circiter, regiam dignitatem consequi.

Hinc jam satis liquet, si statuamus Herodem mortem obiisse sub finem æstatis anni ab U. C. DCCL. mortuum eum esse inchoato trigesimo septimo regni anno, si cœperimus ab anni U. C. DCCXIV. æstate. Nec minùs certè regnare eum oportuit, ut posset dici regnasse triginta septem annos; ultimus enim annus non potuit numerari, nisi esset inchoatus. Inchoatos autem annos pro integris passim sumi, apud omnis generis Scriptores, nemo ignorat; quare nec opus est ejus rei exempla ulla à nobis proferri.

II. Indicato & certis argumentis firmato anno emortuali Herodis, quærendum quot mensibus ante ejus mortem natus videri possit Jesus Christus. Existimamus nos de numero mensium nihil posse certum constitui; at natum Christum anno U. C. DCCXLIX. vel Juliano XLI. cujus partem dimidiam posteriorem sibi vindicat XXXIII. Herodis, ab expugnata Jerosolima.

Constat quidem ex Luca, Jesum sex mensibus post Joannem Baptistam natum esse; sed cùm incertus sit mensis conceptionis, ac natalium Joannis, nihil hinc explorati colligi potest. Scio quidem quæ viri doctissimi conjecerint de hebdomade, quâ classis Abiæ, quæ erat Zachariæ patris Joannis, sacris in

Templo operaretur; verùm & illa sunt levissimis fulcris subnixa, & præterea parum constat an statim, postquàm Zacharias domum rediit, gravida facta fuerit ejus uxor Elisabetha. Igitur ne conjecturas conjecturis cumulemus, in re tam seria, à conjiciendo prorsus abstinere maluimus.

Norunt omnes Occidentales Ecclesias existimasse Christum esse natum VIII. Calendas Januarias; qui dies propterea etiamnum, quasi natalis Christi, celebratur per totum Occidentem. At Orientales contendebant natum esse VIII. Idus Januarias, rémque sibi magis exploratam dictitabant, quàm Occidentalibus, remotioribus à loco, in quo Christus natus erat. Congessit hanc in rem multa Veterum loca *Joan. Ger. Vossius*, in Dissertatione *de tempore Nativitatis Christi*. Sed neutris rem exploratam fuisse facilè sibi persuadebit quisquis eam expenderit, sciveritque antiquissimis temporibus minimè consecratum fuisse hunc diem, à Christianis. Quæ res cùm nemini erudito dubia sit, à me pluribus non commemorabitur.

Nolim negare aut affirmare natum esse Christum hoc, aut illo mense anni Juliani XLI, quia res minimè constat. Hoc unum constare posse mihi videtur natum eum esse hoc anno, quamquam ignotus est mensis. Quamobrem anno sequenti, seu Juliano XLII. natalis anni Christi titulum præscripsimus, neglectis mensibus aut diebus anni superioris; quemadmodum solet vulgò, etiam in Æra Dionysiana, fieri.

Referendi autem anni natalis Christi ad XLI. Julianum, has potissimùm rationes habemus, quas paucis exponemus; quia jam sunt ab aliis copiosè propositæ, atque illustratæ. Docet Lucas Evangelii Cap. III, 1. *decimo quinto Imperii Tiberii* cœpisse baptizare Joannem, cúmque ad eum permulti confluerent, ad hominem ivisse Jesum, ut ab eo etiam ablueretur, ℣. 21. Tum subdit: *Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος: & ipse erat Jesus circiter triginta annorum incipiens*; nimirum, munere suo defungi. Nam illis verbis nullam inesse obscuritatem putamus; nec ullam quisquam in iis repperisset, nisi, ob rationes nihil huc facientes, iis vis inferenda fuisset. Hoc unum dubium est, quo mense anni decimi quinti Principatûs Tiberii à Joanne baptizari Christus voluerit. Incipit autem annus quindecimus Tiberii à die XXVIII. Sextilis mensis, anni ab Urbe Condita DCCLXXIX. At eum baptismum seu ad postremos menses hujus anni, seu ad primum sequentis referamus non multùm interest; nec certè quidquam, ea de re, minimè dubium statui potest. Itaque nos ad initium anni sequentis retulimus, potiùs ut morem Occidentalium Ecclesiarum sequeremur, quàm quòd quidquam ea de re compertum haberemus.

Verùm cùm Jesus natus non sit seriùs ultimo Herodis anno, qui incidit, ut diximus, in annum ab Urbe Condita DCC L. necesse est Jesum anno DCCLXXIX. circiter triginta annos natum fuisse, seu trigesimum annum egisse, si statuamus natum anno ab Urbe Condita DCCXLIX. quemadmodum antea diximus. Nos quidem non fugit voculam *ὡσεὶ*, *circiter*, posse paulò latiùs extendi; at nemo negarit commodiùs eam adhiberi ab Evangelista, si Jesus trigesimum ætatis suæ annum decurreret. Quod cùm ita sit, nulla ratio est cur eam ita non intelligamus; nam objectionem petitam ab anno Principatûs Tiberii XV. nullam esse postea ostendemus. Igitur rectè à nobis, & convenienter historiæ sacræ, annus natalis Christi est antea constitutus.

Est & alterum indicium temporis, petitum ex Joannis Cap. II, 20. ubi primo præconii Christi anno ex Harmonia nostra, Judæi aiunt *quadraginta sex annis ædificatum fuisse Templum* Jerosolimitanum; quibus verbis volunt Templum ædificari cœptum à XLVI. annis, atque ab eo tempore perpetuò exornatum; nam ipsum ædificii corpus, ut ita loquar, ab Herode Magno perfectum, intra novem annos & dimidium, constat ex *Josepho* Lib. XV. c. 14. Antiquitatum Judaicarum. Sic intellexerim etiam quod habet *Plinius* de Templo Dianæ Ephesiæ, Libro XXXVI. c. 14. *ducentis viginti annis factum à tota Asia*. Docet autem *Josephus* decimo octavo regni anno id operis cœpisse Herodem, quod intelligendum de regno ab expugnata Jerosolima inchoato; ut liquet ex *Annalibus Petavianis*. Ac sane ab eo tempore, Herodes fuit sine controversia Rex Judææ; quo factum ut eâ ratione numerandi utatur Josephus; quam & nos sequuti sumus. Annus autem XVIII. Herodis incidit partim in XXVI, partim in XXVII. Julianum; ac proinde desumto initio ædificationis Templi à XXVI. anno Juliano, ad LXXI, seu Æræ Vulgaris XXVI. qui primus est præconii Christi, erunt anni XLVI. numeratis, ut passim fieri solet in calculis minus accuratis, primo & ultimo anno, quasi integris.

Hic autem calculus ejusmodi est, ut stare nequeat, si citiùs, aut seriùs statuamus Jesum Christum munus suum nunciandi Evangelii inivisse. Si enim citiùs cœpisset eo munere fungi, nondum potuissent dicere Judæi sextum & quadragesimum esse annum, ex quo ædificabatur Templum. Si verò seriùs hi sermones essent habiti, plures elapsi fuissent anni. Non diffiteor tamen, anno sequente, seu Æræ Vulgaris XXVII. simile quid potuisse dici, neglectis in eo calculo paucis mensibus; at certè non seriùs, & præterea ea sententia consistere nequit, cum numero quatuor Paschatum, de quo postea agemus.

Ex hisce colligere licet Christum natum esse penultimo Herodis anno, cùm quadraginta sex annis, post inchoatum Templi ædificium, triginta circiter annos natus esset. Atque hinc vice versâ confirmatur quod docet *Josephus*, de duplici initio regni Herodis, eóque anno ejus emortuali. Quò enim plura, in hoc rerum genere consentiunt, eo verisimiliora fiunt quæ ex eo consensu eliciuntur.

III. Verùm

III. Verùm hîc quærunt Eruditi, quî fieri possit ut *quindecimo Tiberii anno*, quo statuimus, auctore Lucâ, Christum cœpisse munere suo fungi, posset esse tantùm triginta annos natus, cùm hic Tiberii annus incidat in annum Julianum LXXIII. à cujus Augusto mense, & die quidem XX. incipit, annus verò natalis Christi fuerit Julianus XLI.? Huic quæstioni commodissimè omnium videntur respondere, qui duplex initium Principatui Tiberii fuisse statuunt; alterum cùm est Collega Imperii ab Augusto creatus, alterum cùm, mortuo Augusto, rerum habenas solus moderatus est; & de priori quidem, apud Lucam, sermonem esse volunt. Renuntiatus est autem Tiberius Collega Imperii, anno Æræ Vulg. XI. & quidem V. Calendas Septembres, unde sequitur anno ejusdem Æræ XXV. eodem die, seu XXVIII. Augusti, cœpisse XV. Tiberii annum, quo tempore munus suum iniisse videtur Joannes Baptista. Quod tamen ita intelligi nolim, quasi pro comperto statuerem Joannem Baptistam nonnisi sub finem anni Æræ Vulgaris XXVI. cœpisse baptizare; nihil enim obstat quo minus aliquot antea mensibus cœperit, qui à Luca neglecti fuerint, quemadmodum frequentissime fieri solet.

Possem Lectorem amandare ad virum eruditum, qui Annales *Cæsaris Baronii* emendare aggressus est, & qui ad annum Christi XI. multis ostendit eo anno Tiberium factum esse Collegam imperii, ac objectionibus omnibus satisfecit. Is enim ita rem videtur exhausisse, ut aliis omnibus, quibus de ea agendum esset, otium fecerit. Attamen paucis indicabimus rationem, quâ hoc tempus Proconsularis Imperii Tiberii eruatur.

Dio Historiarum Romanarum Lib. LVI. descriptis iis quæ contigerant P. Sulpicio Camerino & C. Poppæo Sabino Coss. Æræ Vulgaris anno IX. subjicit p. 400. Ed. Rob. Stephani: Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει τό, τε Ὁμονόειον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη: *sequente anno, Concordiæ Templum consecratum est à Tiberio.* Deinde illico sequuntur gesta anni Æræ Vulgaris XI, M. Æmilio Lepido & T. Statilio Tauro Coss. Μάρκου δὲ Αἰμιλίου, καὶ Στατιλίου Ταύρου ὑπατευόντων, Τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων, εἰς τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον: *Cùm M. Æmilius & Statilius Taurus Magistratum iniissent, Tiberius & Germanicus Proconsul in Galliam iverunt.* Tum sequitur descriptio rerum in Germania gestarum. Dum autem in hac expeditione abesset Tiberius, *Collega Imperii & consors Tribunitiæ potestatis adsumtus* est ab Augusto, ut loquitur *Tacitus* Annal. Lib. I. c. 1. Sic verò rem exprimit *Velleius Paterculus* Lib. II. c. 120. *Concussis*, inquit, *hostium viribus, classicis peditumque expeditionibus, cùm res Galliarum maximæ molis, accensasque plebis Viennensium dissensiones, coërcitione, magis quàm pœnâ, mollisset, & Senatus Populusque Romanus, postulante patre ejus*, (Augusto) *ut æquum ei jus in omnibus provinciis, exercitibusque esset, quàm erat ipsi, decreto complexus esset; ——— in Urbem reversus jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis, Dalmatisque egit triumphum.* Qui triumphus incidit in annum Æræ Vulgaris XII.

Collegit autem vir doctissimus duplex initium Tiberii ex loco *Clementis* Alexandrini Stromat. Lib. I. p. 339. ubi tradit Chronologiam Impp. Romanorum, usque ad Commodum; & in qua, postquàm dixit ex vulgari sententia Tiberium regnasse XXII. annos, eamdem habet Chronologiam, ex aliorum sententia, atque hæc de Tiberio: ἔπειτα Τιβέριος ἔτη κϛ', μῆνας ϛ', ἡμέρας ιθ': *deinde Tiberius annos* XXVI. *menses* VI. *dies* XIX. Ex quibus verbis hic calculus initur. Decessit ex vita Tiberius XVII. Calendas Apriles anni Æræ Vulgaris XXXVII. à cujus anni die V. Calendas Septembres, ad eumdem diem anni Æræ Vulgaris XI. sunt viginti sex integri anni. Ab eo die ad V. Calendas Martias sunt sex menses; à V. verò Calendas Martias ad diem XVII. Calendas Apriles, quo obiit Tiberius, sunt XIX. dies. Unde liquet initium primi anni Tiberii à nonnullis Scriptoribus relatum fuisse ad XI. Æræ Vulgaris ac proinde initium XV. anni Tiberii referri, ex illorum sententia debuisse, ad annum Æræ Vulgaris XXV. quod cum calculo nostro consentit. Sunt & alia argumenta, quæ suadeant diem V. Calendas Septembres ab Augusto electum, ut sibi Collegam adsumeret, quæ apud virum eruditissimum legi poterunt, ut & alia multa hùc facientia.

Duplex autem initium tribui Tiberio, non magis mirum videri debet, quàm triplex Augusto. Sunt enim qui ejus Principatum ordiantur ab anno, quo Julius Cæsar est occisus; alii ab ejus primo Consulatu, quem anno sequente iniit; alii denique à victoria Actiaca, ut multis docet *Dionysius Petavius* de Doctrina Temporum Lib. X. c. 64. quem non exscribemus.

Nulla igitur causa proferri potest, cur Lucæ non licuerit eorum sententiam sequi, qui initium Principatus Tiberii repetebant ab eo tempore, quo Collega Imperii factus est; cùm præsertim, in Provinciis, pari dignitate haberetur ac Augustus. In Urbe quidem se quasi minorem eo gerebat, videbatúrque potiùs ejus legatus aut administer, quàm Collega; adeò ut post mortem demum Augusti summæ rerum præesse visus fit. Verùm si rem probè introspiciamus, illa erant Tiberianæ dissimulationis mera ludibria, quæ accuratè à *Tacito* Lib. I. Annalium describuntur. At Provinciales simpliciores, statim ac Proconsulare Imperium adeptum eum intellexerunt, participem summæ potestatis factum, & Principatum iniisse, nec falsò, intellexerunt. Eadem simplicitate Reges vocabant eos, qui Romæ Principes aut Imperatores, fictâ modestiâ, dicebantur. Hinc quod in nummis Druso Tiberii Filio TRIBUNITIA POTESTAS tribuitur, id vocavit *Eusebius* in Chronico τῆς ἀρχῆς κοινω-

τὸν προσλαμβάνεσθαι, & Hieronymus *Consortem Regni fieri.*

IV. Nunc deveniendum nobis est ad Paschata, quibus distinguitur Christi ministerium, & de quibus quid sentiant alii non dicemus, cùm & *Ger. Joannis Vossii* & aliorum collectanea hac de re omnium manibus terantur. Quisquis Historiam nostram Evangelicam, singulis paginis subjectam, leget facilè intelliget non falsò quatuor Paschata à nobis, post multos eruditissimos viros, in Evangeliis inventa; sed rem in pauciora verba hic contrahemus, ut eam quasi in brevi Tabella, Lectori ob oculos ponamus.

Primum ergo Pascha est id, cujus meminit Joannes, Cap. II, 13. quo primùm Jesus mercatores ejecit è Templo. Inde Jerosolimâ Jesus, cum paucis discipulis, inter quos erat Philippus, se in alium Judææ tractum contulit, in quo commoratus est donec Joannes Baptista in carcerem conjiceretur. Postea in Galilæam abiit, per Samariam, in qua satis apertè Evangelium nuntiavit. Cùm verò Nazarethæ frustra id nuntiasset, profectus est Capernaümum; ubi habitare, aut diutiùs commorari, quàm uspiam alibi, cœpit. Illic sibi adscivit discipulos plures, & præsertim quidem Petrum, Andream, Joannem & Jacobum. Tum peragravit urbes Galilææ, in quibus, diebus Sabbathi, in Synagogis Regnum Cœleste nuntiabat. Hisce omnibus faciendis, non nimium est anni spatium; nam ut homines per agros ac villas dissitos, negotiisque aliis occupatos doceret Jesus, necesse habebat dies Sabbathi exspectare, quibus conveniebant in Synagogas.

Secundum igitur Pascha fuit ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, *festum Judæorum*, cujus mentio occurrit apud Joannem Cap. V, 1. quo nomine κατ' ἐξοχὴν, non modò præfixo articulo, designari solet Pascha, primum & potissimum omnium festorum Judaicorum, ut ad eum locum ostendit *H. Grotius.* Per paschale festum Jesus commoratus est Jerosolimæ, deinde rediit in Galilæam, ubi e numero omnium discipulorum, duodecim Apostolos elegit, qui sibi in posterum perpetuò adessent, & quos mitteret quò vellet. Ab eo tempore, clariùs ac copiosiùs cœpit doctrinam Evangelicam proloqui, ut liquet ex sermonibus, quos complexi sumus Capp. XXI & XXII. Historiæ nostræ, atque ex sequentibus omnibus. Miracula multa edidit & diu ad se confluentem undequaque multitudinem docuit Capernaümi, & circa lacum Genesarethicum; deinde se contulit Nazaretham, unde profectus per Galilæam dimisit Apostolos, Evangelium nuntiaturos, dum ipse alia loca peragraret. Apostoli verò munere defuncti ad eum redierunt, Capernaümi, aut in alio oppido Genesarethico lacui vicino agentem. Nemini mirum videbitur annum, aut circiter, in hisce absumtum.

Tertium Pascha id est cujus meminit Joannes Cap. VI, 4. & quo instante, quinque millia virorum, præter mulieres & pueros, quinque panibus & duobus piscibus excepit ac satiavit. Tum perrexit suo more Capernaümi & alibi docere eos, quibus cordi erat audire quæ ad salutem suam pertinebant. Jerosolimam ad festum Paschale ivit, si de hoc anno ex aliis judicemus. Deinde redux profectus est in eum Galilææ tractum, qui proximus erat Tyriorum ac Sidoniorum finibus, in quo tractu minùs erat notus. Inde rediit ad Genesarethicum lacum, atque in Decapolitana regione diu versatus est. Tum navigabat per lacum, subinde mutatis locis, ad vitandos, ut videtur, nimios hominum concursus; ex quibus seditio fortè aliqua nasci potuisset, quam ab eo concitatam dixissent ejus adversarii, qui eum majestatis reum, apud Pilatum, facere postea multò minori de causa conati sunt. Quamobrem vetabat se dici Messiam, & varia sua miracula promulgari, ne homines rerum novarum cupidi ad se confluerent. Se contulit postea Paneadem, ad fontes Jordanis. Aliquot abhinc diebus in monte Galilææ transfiguratus est, & per Galilæam huc, illuc, varia itinera fecit. Deinde initio Octobris, medio Tabernaculorum festo, Jerosolimæ se stitit; missis quaquaversum LXX. discipulis, qui ad illum post festum, ut videtur, redierunt, cùm in Galilæam jam profectus esset. Inde ad festum Dedicationis, Jerosolimam rediit, lentis itineribus, oppidatim & vicatim docens, eòque pervenit initio Decembris. Iterum reversus est in Galilæam, unde transiit in Judæam, brevi in Galilæam rediturus; unde rediit in Judæam, ut excitaret è mortuis Lazarum, quo excitato in Jerichuntinam solitudinem secessit, ad tempus usque Paschatis; nimirum, quarti, quod θυράνιμον dicitur.

Ex brevi hac narratione itinerum Christi, facilè intelligere est, intercapedine temporis quæ intercessit inter tertium & quartum seu ultimum Pascha, Jesum plura itinera fecisse, quàm superioribus annis. Quod duabus, iisque gravissimis de causis, fieri potuit. Altera quidem erat, quòd, instante tempore discessûs sui ex hisce terris, vellet quàm latissimè per Palæstinam Evangelium ipse suum spargere; ut firma fundamenta jaceret ædificii, postea ab Apostolis absolvendi. Altera verò, quòd, frequenti mutatione locorum, impediret ne ad se concursus fierent hominum jugum Romanorum iniquo animo ferentium, quales erant permulti in Judæa, aut potiùs plerique omnes Judæi. Cùm enim fama ejus miraculorum longe latèque sparsa esset, non pauci suspicabantur eum esse Messiam, & nonnulli etiam omnino credebant. Messias autem existimabatur ab omnibus dux fore Judaicæ Gentis, qui non modò pristinam libertatem popularibus suis redditurus esset, sed etiam reliquum humanum genus subditurus. Igitur si sedes uno in loco fixisset, semper magnâ hominum multitudine cinctus fuisset, quæ sequi eum subinde loca mutantem non poterat. Ad eum, quasi in præstitutum ac condictum locum, omnes seditiosi

ditiosi confluxissent; seditionémque, eo invito, concitassent. Quod quàm futurum fuisset noxium nascenti Christianæ Ecclesiæ, nihil attinet dicere.

Hæc cùm ita sint, nonnulla nobis diluenda sunt, quæ fortè objici possent, aut reipsâ objiciuntur recensioni nostræ Paschatum, quibus præconium Christi distingui diximus. Sunt ergo qui velint, Joan. IV, 13. Christum ita loquentem, *nonne vos dicitis, adhuc quatuor menses sunt, & messis veniet*, significare, hisce verbis, eo tempore quo transiit per Samariam, superfuisse quatuor menses ad secundum ejus Pascha. Verùm in Evangelica Historia proverbium esse à messe hordeacea ductum innuimus; qua de re consulendus est & *Joan. Lightfootius*, in horis Hebraïcis ad Joannem, quamvis aliter sentiat.

Nos quidem secundum Pascha id festum esse censemus, cujus meminit Joannes Cap. V, 1. At viri eruditi aliter sentientes, nostræ sententiæ objiciunt primò, hunc Evangelistam, quotiescumque alibi de Paschate loquitur, id proprio nomine appellare, ut Cap. II, 13. XI, 55. Sed quamvis hoc verum esset, non sequeretur Joannem, uno loco, aliter non esse loquutum, cùm præsertim loquutio sit commoda & facilis. Deinde falluntur, nam Cap. IV, 45. ἡ ἑορτὴ bis dicitur Pascha. At certè, inquiunt, additur articulus. Non nego, sed omittitur etiam ubi sermo est de hoc festo, ut animadvertit *H. Grotius*, Marc. XV, 6. Luc. XXIII, 17. quemadmodum loquutum esse Joannem si dixerimus, nemo poterit mirari.

Secundò, *Chrysostomus*, *Cyrillus* Alexandrinus, aliique Interpretes existimant de alio quopiam Judæorum festo agi. Verùm eorum, aliorùmque Interpretum auctoritas, rationibus destituta, levissimum est argumentum veritatis; cùm nemo neget eos nulla alia monumenta habuisse, quibus hanc in rem uterentur, præter ea quæ etiamnum habemus, hoc est, Evangelia; ne jam dicam fuisse errori obnoxios, nec rarò errasse in interpretatione Scripturæ.

Tertiò, objiciunt quinquaginta versibus inferiùs, hoc est Cap. VI, 4. fieri denuo mentionem Paschatis. Verùm quid vetat Pascha anni sequentis, posteriore hoc loco, memorari? At nimis pauca, inquiunt, Joannes inter duo hæc Paschata narraret. Quod ego summâ ratione ab eo factum puto, cùm ea fermè commemorare vellet, quæ erant ab aliis Evangelistis omissa. Ac sanè, quamvis statueremus Cap. VI. 4. memorari à Joanne secundum tantùm Pascha; fateri eos oporteret paucos ex sermonibus Christi, habitis inter duo Paschata, à Joanne commemorari, cùm incipiat, ex illorum sententia, de iis agere Cap. II. ℣. 14. & desinat Cap. VI. ab initio; præsertim si eos conferamus, cum iis quos habent alii Evangelistæ.

Quartò, objiciunt alii, si Joannes Cap. II, 13. loquutus est de festo Paschali, eum devenire Cap. V, 1. ad festum Pentecostes, déque eo sine dubio loqui, serie temporis hoc comprobante. Verùm hoc posset fortè persuaderi iis, qui solum Joannem legissent; verùm quicumque itinera Christi in aliis legerint, ac compararint inter se, intelligent nonnisi absurdè coarctari posse ejus ministerium inter duo Paschata; quemadmodum volunt ii, qui hæc objiciunt, & quorum partes tuetur vir doctissimus *Ger. Joan. Vossius*, in libro *de Tempore Dominicæ Passionis.*

Quintò, iidem negant Joannem loquutum esse Cap. VI, 4. de medio aliquo Paschate, inter primum, Cap. II. memoratum, & ultimum de quo Cap. XI; & XII. quia non contentus fuisset dicere Pascha instare, sed aliqua subdidisset de iis, quæ paschali eo festo evenissent. At si nihil evenerit memorabile, per id tempus? Certè necesse non est Jesum quidquam eo tempore Jerosolimæ fecisse, quod litteris mandari oporteret.

Sextò, negant, ex ordine Joannis, ullum consectarium deduci posse; quasi minimè sequatur, ex eo quòd mentio postea fit Scenopegiæ & Encæniorum, hic aliud memorari Pascha, præter σκηνώσιμον; quia potest esse ὕστερον πρότερον. qualia alibi sunt in Evangelistis. Fateor non rarò in Matthæo tales esse inversiones ordinis, in recensione sermonum Christi; sed nuspiam ejusmodi inversio occurrit, in designatione temporis, qualem hic esse oporteret. Ratio ejus rei est, quia planè inutilis esset ejusmodi ambigua designatio temporis, ex qua nullâ ratione intelligere liceret quinam annus designetur. Præterea narratio Joannis multò magis ordinem temporum sequitur, quàm narrationes Matthæi, videtúrque historia ab eo festorum temporibus datâ operâ distincta, ut suppleret quod deest cæteris Evangeliis; sicut ostendemus, in sequente Dissertatione.

Verùm hic, inquiunt, sermonem esse de instante Paschate σκηνώσιμον elucebit Joannem cum Luca conferenti. Joannes enim ait Cap. VI. appropinquante Paschate Christum pavisse quinque millia hominum, quinque panibus & duobus pisciculis. Lucas vero Cap. IX. idem narrat miraculum, & alia quædam ejusce temporis, ac deinde eodem Cap. vers. 51. subjungit, *factum est autem, dum complerentur dies adsumtionis ejus*; quod quid aliud est, quàm in propinquo fuisse ultimum Pascha? Sic illi ratiocinantur, quasi necesse esset quæ eo loco habet Lucas ea ad proximè antecedentia referri, quod nullo argumento probant. Nos quidem hæc ita in Harmonia nostra disposuimus ut referrentur ad sequentia, quæ gesta sunt à Jesu; non sex integris mensibus, antequàm in crucem tolleretur, cùm jam, per triginta circiter menses, Evangelium nunciasset, ut liquet ex pag. 234.

Hæc respondenda habuimus viris eruditis, qui duo, aut tria tantùm Paschata, intra tempus ministerii Christi, celebrata volunt. Sed nihil melius confutat eorum objectiones, quàm ordo ipse historiæ atque itinerum Christi; qualem cum paucis tradidimus, qualémque fuisse intelligent quicumque integram

gram nostram Historiam legere non gravabuntur.

V. Superest nunc ut videamus cur ad annum Æræ Vulgaris XXIX. retulerimus ultimum Christi Pascha; quod quamvis ex antea dictis liquere possit, attamen Veterum testimoniis probatum dabimus. Ab iis quidem minimè ignoramus gravissima peccata esse admissa, in rebus Chronologicis, nec iis temerè credendum; imò in hoc ipso negotio, de anno emortuali Christi, manifesto, ut mox dicam, hallucinatos esse; attamen duo mihi videntur, in iis, quæ hac de re habent, distinguenda. Sunt enim nonnulla, quæ nullo modo ex Evangeliis, ratiocinando colligere potuerunt, sed ex sola dumtaxat antiqua fama accipere; alia verò ex Evangeliis exsculpere ratiocinatione conati sunt. Posterioribus non potest esse majus apud nos pondus, quàm rationibus ipsis quibus ea nituntur; quæ si sint parum firmæ, infirma etiam erunt quæcumque earum vi colliguntur; si verò graves, consectaria pro levibus repudiari non poterunt. Cùm enim aliæ olim non fuerint rectè ratiocinandi leges hominibus latæ, quàm hodie, nec magis errandi periculo exemti fuerint Veteres, quàm Recentiores; de iis, ex iisdem legibus ac de nobis, est judicandum, laudandíque cùm rectè ratione sua usi sunt, deserendi cùm secus, ut recentiores Scripturæ Interpretes solemus. Sed sunt præterea, apud Veteres, eventus quidam, aut signati articuli temporum, quos à Majoribus acceperant, vel ex libris, qui nunc interciderunt, hauserant. Hos, si nihil absurdi complectantur, consentiántque cum ceteris Historiis, quarum est explorata veritas, & præsertim à plerisque summo consensu traditi sint, cur repudiemus quasi dubios nulla ratio est. A quibus enim superiorum temporum res gestas certiùs accipiemus, quàm ab iis qui non multò pòst vixerunt, si æquales rebus ipsis testes nobis desint? Quod de iis præsertim rebus intelligendum, quæ nec in se ullam mendacii speciem præferunt, nec sunt ejusmodi ut cujusquam interfuerit, eas mendacio interpolatas credulæ plebi proponi. Ut autem hæc duo distinguere possimus in locis Veterum, de anno emortuali Christi, sunt hîc eorum verba proferenda. Sed antiquissimos tantùm testes adducemus, quia recentiorum antiquiores sine examine passim exscribentium minor multò est auctoritas; & Græcorum quidem priùs, deinde Latinorum testimonia recitabimus.

Ante omnes, audiamus *Clementem* Alexandrinum, qui, traditâ Imperatorum Romanorum ad suam usque ætatem Chronologiâ, ita pergit: ἐγεννήθη δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν τῷ ὀγδόῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει (Augusti, nempe, à capta Alexandria, ut solebant in Ægypto anni Augusti numerari) ὅτε πρῶτον ἐκέλευσαν ἀπογραφὰς γενέσθαι, ἐπὶ Αὐγούστου. Ὅτι δὲ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῷ κατὰ Λουκᾶν γέγραπται οὕτως· ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, ἐγένετο ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἰωάννην τὸν Ζαχαρίου υἱόν· καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ· ἦν δὲ Ἰησοῦς ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ὡς ἐτῶν λ΄. καὶ ὅτι ἐνιαυτὸν μόνον ἔδει αὐτὸν κηρύξαι καὶ τοῦτο γέγραπται οὕτως. Ἐνιαυτὸν δεκτὸν Κυρίου κηρύξαι ἀπέστειλέν με. Τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης εἶπεν, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον. πεντεκαιδεκάτῳ οὖν ἔτει Τιβερίου, καὶ πεντεκαιδεκάτῳ (Legendum πεντεκαίδεκα τοῖς ἐπὶ, nisi planè deliraverit *Clemens*, qui intra paucas lineas tam turpiter à se dissentit) Αὐγούστου· οὕτω πληροῦνται τὰ τριάκοντα ἔτη, ἕως οὗ ἔπαθεν. ἀφ' οὗ δὲ ἔπαθεν, ἕως τῆς καταστροφῆς Ἱερουσαλὴμ γίνονται ἔτη μβ΄, μῆνες γ΄. *Natus est autem Dominus noster xxviij. anno* (Actiaco Ægyptiorum) *cùm primùm jusserunt descriptiones fieri, tempore Augusti. Quòd autem hoc verum sit, scriptum est in Evangelio secundùm Lucam*: anno autem quintodecimo Tiberii Cæsaris fuit verbum Domini ad Joannem Zachariæ Filium; *& rursus in eodem*: erat Jesus veniens ad baptisma, quasi triginta annorum. *Et quòd oportebat eum per annum tantùm prædicare, hoc quoque sic scriptum est*: annum acceptum Domini prædicatum misit me. *Hoc & Propheta dixit & Evangelium. Quindecimo ergo anno Tiberii, & quindecim sub Augusto, sic implentur triginta anni, donec passus est. Ex quo verò passus est ad excidium Jerosolimæ, sunt anni XLII. menses III.* Quem ad locum varia sunt observanda. I. Acceperat *Clemens*, aut is à quo Chronologiam hancce hausit, Christum natum esse circa annum XXVIII. à victoria Actiaca, quod verum est si numeres ipsum annum ejus victoriæ, cui additi anni XXVII. incidunt in annum ab Urbe Condita DCCL. seu Julianum 42. paucis ante quem mensibus natum esse Christum, ostendimus. At Actiacos annos more Alexandrino perperam numerans, à capta Alexandria, natales Jesu Christi distulit in annum sequentem, ad quem Herodes vitam non produxit, cùm constet Christum ante mortem ejus esse natum. II. Pro ἀρχόμενος, quod est apud Lucam, in omnibus exemplaribus quæ nobis supersunt, tuitque in veterum Interpretum Codicibus, legit *Clemens* ἐρχόμενος, cui voci subjungit, interpretationis causâ, ἐπὶ τὸ βάπτισμα. Quod ab eo ex conjectura emendatum videtur, ne si *incipiens* Christus diceretur *circiter triginta* annos fuisse natus, necesse esset *desinentem* dici minimùm XXXI. annum egisse, quod Chronologiam *Clementis* evertisset. Sed si ponas Jesum nondum XXIX. annum exegisse, circa primum Pascha; necesse erit eum morientem altero Paschate XXX. annum egisse. III. Quàm inane sit argumentum, à loco Esaiæ deductum, nemo non videt, & videtur à *Clemente* exscriptum ex aliquo Valentiniano; nam ita Valentiniani ratiocinabantur, ut docet *Irenæus* Lib. II. c. XXXVIII. ubi eos rectè confutat, hisce verbis: *Duodecimo autem mense, dicunt eum passum, ut sit anno uno post baptismum prædicans, & ex propheta tentant hoc ipsum confirmare, scriptum est enim*: vocatum annum Domini acceptum & diem retributionis: *verè cæcutientes* —— *Neque enim de die, quæ duodecim horarum habet spatium, dictum est in propheta, nec de anno duodecim*

decim mensium habente mensuram. Quia enim propheta in parabolis & allegoriis, & non secundùm sonum ipsarum dictionum, plurima dixerunt, & ipsi confitentur. Dies ergo retributionis dicta est, in qua retribuet Deus unicuique secundùm opera sua, hoc est, judicium. Annus autem Domini acceptabilis tempus hoc, in quo vocantur ab eo qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo; hoc est, omne ab adventu ejus tempus, usque ad consummationem &c. Postea sequente Capite, ostendit in Evangelio Joannis mentionem fieri trium Paschatum, tum subjicit: *Quoniam autem tria hæc Paschatis tempora non sunt annus omnis quilibet confitebitur.* Quo fit ut mirer virum doctissimum *Ger. Joan. Vossium* numerare *Irenæum* inter eos, qui quatuor Paschata in ministerii Christi tempore reperiunt. Vide librum ejus *de tempore Dominicæ Passionis* §. XIX. Verùm hoc obiter. IV. Igitur nemo dubitet quin absurdè contraxerit *Clemens* tempus prædicationis & mortis Christi, in unum annum Tiberii XV. At acceperat à Majoribus eo anno Christum esse mortuum; quod verissimum erat, sed non eo *quindecimo anno*, cujus meminit Lucas, & quem fuisse antea ostendimus quindecimum annum Proconsularis Imperii, non ejus quod iniit post mortem demum Augusti. Cujus rei in mentem venire debuisset *Clementi*, cui duplex initium Tiberii non erat prorsus ignotum, ut antea ostendimus. Itaque verè à Majoribus acceperat Christum natum esse circa XXVIII. annum Augusti, ab Actiaca victoria, & mortuum XV. Tiberii; sed quinam essent hi anni non satis intellexit, & veritatem, quam acceperat, pravâ ratiocinatione interpolavit V. Attamen eum non puto usque adeò ineptum Chronologum fuisse, ut potuerit scribere πεντεκαιδεκάτῳ Αὐγούστου, postquàm paullò antea dixit Jesum natum esse anno *vigesimo octavo* ejus Imperatoris; & manifestum est hoc eum velle, ex quindecim annis, quos Jesus sub Augusto vixit, & quindecim aliis, quibus ei fuit in terris superstes, sub principatu Tiberii, conflari XXX. annos. Itaque omnino legendum πεντεκαίδεκα τοῖς ἐπὶ Αὐγούστου, nisi quis velit *Clementem* numerare hîc annos Augusti ab ejus morte, retrogrediendo ad annum ejus XXVIII. quæ esset mira numerandi ratio, &, nisi fallor, sine exemplo. VI. Verissimum tamen est, ab anno mortis Christi ad exscidium Jerosolimæ esse XLII. annos; atque hoc etiam crediderim derivatum ex prisca fama, orta ex observatione Christianorum iis temporibus æqualium, qui diligenter animadverterant tempus implementi insignis prædictionis Christi, quæ exstat Matth. XXIV. Subdit *Clemens* varias opiniones de die, quo mortuus est Christus; sed videntur esse meræ conjecturæ, quas hîc non moramur.

Alter testis erit *Julius Africanus*, qui in quinto Temporum volumine, ubi agebat de LXX. hebdomadibus, hæc habebat, quæ ex eo profert *Hieronymus*, ad Cap IX. Danielis. *Ipsi Macedones regnaverunt annis trecentis, atque exinde, usque ad annum quintum decimum Tiberii Cæsaris, quando passus est Christus, numerantur anni LX.*

Tertius erit *Origenes*, qui Lib. IV. contra Celsum, p. 174. Ed. Cantab. ita loquitur: τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν: *quadraginta enim duos annos, puto, ex quo crucifixerunt Jesum, fuisse ad Jerosolimæ eversionem.* Qui annus, ante exscidium Jerosolimitanum XLII. est, ut vidimus, XV. Imperii Tiberii, à morte Augusti.

Ut nunc ad Latinos veniamus, ita loquitur *Irenæus*, quem numeramus inter Latinos, quia in Gallia vixit, quamvis Græcè scripserit, Lib. III. c. 25. *Natus est Dominus noster, circa primum & quadragesimum annum Augusti Imperii*; nempe, quadragesimo à nece Julii Cæsaris, ut antea ostendimus. At idem graviter lapsus est, eùm Lib. II. c. 39. inter quadragesimum & quinquagesimum ætatis annum in crucem quidem sublatum esse vult Christum, & tamen anno trigesimo fuisse baptizatum; quod si verum esset, oporteret, quod longè absurdissimum est, Christum mortuum esse neque Pontio Pilato Procuratore Judææ, neque Tiberio imperante, ut dudum Eruditi animadverterunt. Nec sanè hoc notarem, nisi utile esset hîc in memoriam revocari insigne exemplum falsi imprudentiâ vero misti; ex quo liquet neque admittenda quæcumque habent Veteres, neque omnia rejicienda, sed delectum eorum esse habendum. Quod si Christus natus sit anno Augusti XL. à nece Julii Cæsaris, ex iis quæ diximus de Paschatibus ab eo celebratis, liquet eum esse mortuum anno ætatis XXXIII.

Irenæum sequetur *Tertullianus*, cujus hæc sunt verba, contra Judæos C. VIII. *Post Augustum, qui supervixit post nativitatem Christi, anni XV. efficiuntur; cui successit Tiberius Cæsar — Hujus quinto decimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi XXX. cùm pateretur.* Paullò pòst: *qua passio*, inquit, *hujus exterminii, intra tempora LXX. Hebdomadum, perfecta est sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio Gemino & Fusio Gemino.* Antea dixerat: *Videmus autem quoniam quadragesimo & primo anno Imperii Augusti, quo post mortem Cleopatræ imperavit, nascitur Christus:* Scio apud *Hieronymum* haberi *qui post* &c. Sed videtur esse emendatio, nam illa, *qui post* &c. absurde hîc inseruntur, si *Tertullianus* scivit annum hunc esse numerandum à cæde Julii Cæsaris Hinc autem intelligimus *Tertullianum* haud aliter peccare, ac *Clementem*, eùm vult unum eumdèmque annum fuisse Christi ἀρχομένου, *incipientis* munere fungi, ac morientis; & præterea quo anno Augusti natus esset Christus non satis intellexisse, cùm miscuerit Actiacos annos cum annis Imperii. Sed ab antiquis temporibus habuit quod ait de morte Christi XV. Tiberii, duobus Geminis Coss. quamquam ea nescivit cum Lucæ narratione satis apte componere, ut nec quod dixit de anno natali Christi. Subdit: *mense Martio, temporibus Paschæ, die VIII. Calendarum Aprilium.* Quod

 addimus,

addimus, propter sequens *Lactantii* testimonium.

Eum enim subjiciemus *Tertulliano*, cum quo consentit quidem de anno, dissentit verò de die; ex quo intelligere licet *Tertullianum* ab eo non fuisse exscriptum. Verba igitur faciens *Lactantius* de Judæis, ita loquitur, Inst. Divin. Lib. IV. c. 10. *Exinde Tetrarchas habuerunt, usque ad Herodem, qui fuit sub Imperio Tiberii Cæsaris; cujus anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem septimam* (alii Codd. habent *decimam*, alii *decimam septimam*) *Calendarum Aprilium, Judæi Christum cruci affixerunt.* Libro verò de Moribus Persequutorum, Cap. II. *Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus Christus à Judæis cruciatus est, post diem decimum Calendarum Aprilis.*

Ultimum testem adducemus *Sulpicium Severum*, qui Hist. Eccles. Lib. II. *Dominus*, inquit, *crucifixus est Fusio Gemino, & Rubellio Gemino Consulibus.* Alios non moramur, qui ex hisce, aut similibus fontibus, quæ habent hauserunt.

Ex quibus satis liquet, nisi fallor, superfuisse antiquam famam, secundo & tertio sæculo post Christum, ex qua vulgò persuasum erat eum natum esse circa XLI. Augusti, mortuum duobus Geminis Coss. seu quindecimo Tiberii anno; quamvis tempora Christi satis aptè vulgò non digererentur. Nec video cur ea de re dubitemus, cùm optimè consentiat cum eo quod de ætate Christi antea ex Evangeliis collegimus. Si enim ponas Jesum mortuum esse XXXIII. ætatis anno, qui inciderit in Consulatum duorum Geminorum, seu annum Urbis Conditæ DCCLXXXII. & retrogrediaris in anteriora tempora; incides in annum Urbis Conditæ DCCXLIX. quo Coss. fuerunt Cæsar XII. & L. Cornelius Sulla, seu XL. Augusti, initio facto à morte Julii Cæsaris, quo anno natum Jesum antea ostendimus. At fatendum mensem natalem inveniri non posse, ob rationes antea allatas.

Hisce nihil objici posse videtur, quod sit alicujus ponderis, aut quod jam non diluerimus, præter hoc unum, ex Lunæ motibus demonstrari posse, anno Æræ Vulgaris XXIX. Lunam XV. post Novilunium quod proximè sequutum est Æquinoctium vernum, non incidisse in diem Jovis, neque in eum mensem, quem in Historia Evangelica prodidimus. Nam anno Æræ Vulgaris XXIX. Novilunium vernum, ex Prutenicis Tabulis, fuit Aprilis II. feriâ VII. horâ undecimâ & aliquot minutis post mediam noctem, Plenilunium verò Aprilis XVII. feriâ I. horâ propemodum sextâ. Nos verò diximus Pascha incidisse in diem VIII. Cal. Apriles seu Martii XXV feriâ V. Verùm paucis huic objectioni satisfieri potest; nimirum, nos omnibus expensis, amplexos profitemur sententiam celeberrimi atque accuratissimi Chronologi *Dionysii Petavii*, de tempore observationis Paschatis, apud Judæos. Hic autem cùm in Animadversionibus in Hæresin Alogorum, quæ est apud *Epiphanium* LI. tum etiam Lib. XII. de Doctrina Temporum, ostendit varia, quæ hîc ab eruditis adsumebantur quasi explorata, falsa esse.

Primum est, primam Azymorum diem Lunâ XV. perpetuâ lege, celebratam fuisse; cùm Moses nusquam XIV. Lunam, seu Pleniluninm observari jusserit, sed tantum XIV. diem mensis primi. Hoc unum observari necesse fuit, primum Mensem circa Æquinoctium vernum constitui, ut primitiæ frugum, altero die post Pascha, possent offerri; secundùm legem quæ exstat Levit. XXIII, 10. nam eo tantùm tempore, hordea maturescunt, in Judæa. Alterum quod temere statuitur est, semper à Neomenia, quæ proximè sequebatur Æquinoctium vernum, primum mensem inchoatum fuisse. Atqui, ut observavit *Petavius* p. 169. Animadvers. in *Epiphanium*, XIV. Nisan in Æquinoctiu diem ipsum olim incidisse, docent vetustissimi Judæorum Magistri, atque in primis *Agathobuli* duo, & *Aristobulus*, horum discipulus qui unus ex LXXII. Senibus fuit, in fragmento *Anatolii*, quod habet *Eusebius* Hist. Eccles. Lib. VII. c. 32. *Agathobuli* ergo, dum solutiones afferrent quæstionum in Exodum, aiebant δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνὸς, *oportere Pascha mactari pariter ab omnibus, post æquinoctium vernum, medio mense primo.* Quod clarius fit verbis sequentibus *Aristobuli*, ὡς εἴη ἐξανάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ: *necesse esse Paschali festo, non tantùm solem segmentum æquinoctiale percurrere, sed etiam Lunam.* Sic & *Philo*, de vita Mosis: τὴν ἀρχὴν τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον ἀναγράφει μῆνα Μωϋσῆς, *initium verni æquinoctii primum mensem statuit Moses.* Adstipulatur & *Josephus* Lib. III. Ant. Jud. Cap. X. de Paschate: Τῷ δὲ μηνὶ τῷ Ξανθικῷ, ὃς Νισὰν παρ' ἡμῖν καλεῖται, καὶ τοῦ ἔτους ἐστὶν ἀρχὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην, ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου καθεστῶτος δι' ἔτους ἑκάστου θύειν ἐνόμιζε: *mense Xanthico, qui Nisan à nobis vocatur, & anni est initium, decimâ quartâ secundùm Lunam, in ariete sole constituto, singulis annis jussit sacra facere.*

Hæc cùm ita sint, ostendit præterea vir doctissimus Judæos nequaquam animadvertisse regressiones Æquinoctiorum, ubîsque, ut docet *Epiphanius*, non accuratis tabulis Astronomicis, sed Cyclo vitioso, & qui minimè consentiret cum motibus corporum cœlestium. Quin & profert ejusmodi Cyclum partim à *Joan. Keplero*, partim à se ad mentem *Epiphanii* confectum. Quæ omnia & alia huc pertinentia apud eum legentur, neque enim paucis possent satis dilucidè explicari.

Cùm verò hæc expendissemus, conjeceremúsque oculos in Cyclum illum LXXXIV. annorum, ex eo desumsimus designationem Paschalium dierum per IV. annos Ministerii Christi; & invenimus quidem Neomeniam Nisan ejus anni, quo mortuum diximus Christum,

ſtum, incidiſſe in XI. Martii, feriámque V. unde ſequebatur XV. Lunam eſſe XXV. diem ejuſdem Menſis, & quidem feriam V. quâ Paſcha à Chriſto eſt celebratum. Qua in re, tria ſunt obſervatu digna. Primum eſt *Petavium* nequaquam cogitare potuiſſe, de ita conſtituendo Cyclo illo vitioſo, ut hoc anno Plenilunium Niſan incideret in XXV. Martii, & quidem feriam V. quia non credidit hunc fuiſſe annum *σταυρώσιμον* Chriſti. Itaque caſu non leve nobis præbuit argumentum, quo perſuadeamur Cyclum illum verè ad mentem Judæorum contectum fuiſſe; cùm nobis ſuppeditet veram feriam Hebdomadis, in quam incidit ultimum Chriſti Paſcha. Alterum eſt, ſi Judæi eo ævo exiſtimabant ſibi celebrandum Paſcha, proximè poſt Æquinoctium, eos non malè elegiſſe veſperam diei XXV. Martii; cùm à tempore Julii Cæſaris, ex Soſigenis ſententia, is dies eſſet attributus Æquinoctio verno. Tertium, à vero non aberraſſe Veteres qui, ut ex *Lactantio* vidimus, Chriſtum in crucem ſublatum cenſuerunt ante diem VII. Calendarum Aprilium. Nec multùm ab hoc calculo abierunt, qui VIII. ant X. Calendas Apriles rem contigiſſe volunt. Imò minimè eſt incredibile priores qui diem illum prodiderunt, aut ab Apoſtolis accepiſſe, aut collegiſſe ex Cyclo Judaico, qui æque potuit antea innotuiſſe nonnullis Chriſtianis, ac poſtea *Epiphanio*. Fortè & qui dixerunt Chriſtum paſſum eſſe VIII. Calendas Apriles, ut *Tertullianus* & poſt eum multi, non alia de cauſa malè ſignarunt diem mortis Chriſti, quàm quia diem Paſchalem, quem ſciebant eo anno incidiſſe in VII. Calendas Apriles, volebant fuiſſe emortualem Chriſti, decepti male intellectis Joannis locis.

Una hìc agitanda ſupereſſet quæſtio; utrùm, nimirum, Chriſtus ultimum hoc Paſcha celebrarit eodem die ac ceteri Judæi, an verò legitimum tempus anticiparit, quia norat ſe poſtridie in crucem eſſe tollendum. Verùm à tot eruditis viris ita res pertractata eſt, ut neceſſe non ſit quidquam adjicere. Satis erit dixiſſe, id quod ex Hiſtoria noſtra Evangelica liquet, nos eſſe in eorum ſententia, qui à Chriſto Paſcha ſuo tempore celebratum cenſent, unà cum ceteris Judæis; quod, ut nobis quidem videtur, Matthæi, Marci & Lucæ narrationes ſatis perſpicuè oſtendunt. Nec quidquam ei ſententiæ objectum eſt hactenus, quod non etiam facilè ſolutum eſſe ab ejus patronis videatur. Unus, inſtar omnium, conſuli poterit *Sam. Bochartus* Hierozoïci P. I. Lib. II. Capite L, ubi de Paſchali agno agit, & ubi ita explicuit loca Joannis, quæ huic ſententiæ objici ſolent, nulla ut ampliùs difficultas ſuperſit.

HÆC dicenda habui, de Chronologia vitæ Chriſti in terris agentis, quibus multa alia addi potuiſſe non ignoro, quæ ſciens & prudens præterii; non quòd ea omnia contemnam, ſed ne cramben repetitam Lectori offerrem, cùm ſint à multis viris doctis olim & nuper ſtudioſè collecta. Nolim tamen hæc ita intelligi, quaſi nova duntaxat protulerim; quod verum non eſſet, pleraque enim priùs erant ab aliis occupata. Verùm ex antea dictis ſelegi ea tantum, quæ inſtituto meo intelligendo ac confirmando planè neceſſaria viſa ſunt; eáque quantâ maximâ potui brevitate ac perſpicuitate expoſui, & nonnullis etiam antehac, niſi fallor, inauditis illuſtravi ratiocinationibus, quibus dubia à compertis, diligentiùs quàm alii fecerant, diſcriminare conatus ſum. Igitur neque omnia, neque nihil ex meis ſcriniis propoſui; at ſatis laudis retuliſſe mihi videbor, ſi à vero minimè aberrarim; ſeu via tritâ, ſeu tramite minùs calcato, ad id pervenero. Quòd ſi quis me prorſus aberraſſe judicarit, non mirabor, prout ſunt nonnullorum hominum judicia; nec propterea illi infenſus ero, aut malè precabor, aut famæ ejus denique detraham. Officium ego hac in re, pro modulo ingenii, communi Servatori, ſi non quale debeo, at certè ex animo præſtiti; nec litterulam ſcripſi, quæ non profluxerit à veritatis, ſeu Evangelii amore. Cui ſi alii aliter inſervire ſe poſſe putent, per me licet; ſi modò pareant perſpicuis Evangelii præceptis, & ſupra omnes controverſias poſitis dogmatibus adſentiantur.

Primæ Diſſertationis FINIS.

DISSERTATIO SECUNDA,

in quâ traduntur

CANONES HARMONICI,

quos in concinnanda HARMONIA ſequuti ſumus.

Ex ipſa quidem *Harmoniæ* noſtræ, & ſubjectæ *Hiſtoriæ* lectione, non difficulter colligere licet quem ordinem ceteris prætulerimus, & quomodo Evangeliſtarum loca, quæ contraria primo intuitu videntur, in concordiam redigenda cenſeamus; ſed non ſemper animo ſeſe ingerunt rationes, quibus adducti, eam quam ſequuti ſumus ſententiam omnium veriſſimam, aut certè veriſimillimam eſſe rati ſimus. Igitur ne ſilentium nobis ſit fraudi, eas rationes, hac Diſſertatione, paucis exponemus; útque faciliùs earum pondus expendi atque intelligi poſſit, eas in certos Canones contrahemus, quos ſingulos exemplis argumentiſque illuſtrabimus. Quo peracto, non neceſſe erit nobis ſingulorum locorum operoſam interpretationem ſubjicere; uno enim Canone plura ſimul illuſtrabuntur loca, ad quorum explicationem, ſatis erit ad Canonem ad ea ſpectantem Lectorem amandare.

CANON I.

Lucas & Joannes, imò & Marcus, ordinem temporum accuratiùs ſequuti ſunt, quàm Matthæus.

HÆc conjiciendo non dicimus, ſed ad Lucam quod attinet, ipſi de ſua hiſtoria verba facienti credimus, de qua ita ſcribit Cap. I, 3. ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς ΚΑΘΕΞΗΣ σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε: *viſum eſt & mihi adſequuto omnia à principio diligenter EX ORDINE tibi ſcribere, optime Theophile.* Qui locus fecit ut *T. Beza*, exiſtimaverit, in Harmonia Evangeliſtarum ſcribenda, rectiorem ordinem ſervari, ſi in iis, quæ habent communia, reliqui ad Lucam potiùs accommodentur, quàm Lucas ad ceteros. Scio virum longè doctiſſimum contrà ſentire, & καθεξῆς interpretari *ſingillatim;* at tametſi non nego quæ ſingillatim fiunt, ea fieri καθεξῆς, attamen hæc non eſt propria vocis ſignificatio, quæ ſonat τ' ἐχομένων, ſeu *continentium* connexum atque ordinem, ex ipſa eorum continuitate ortum. Nulla Hiſtoria, quamvis particulatim omnia exponeret, diei poſſet καθεξῆς ſcripta; ſi nulla temporum ratio, in ea, eſſet obſervata. Apud hunc ipſum Lucam, καθεξῆς eodem, aut ſimili ſenſu aliquoties occurrit. Cap. VIII, 1. ἐν τῷ καθεξῆς, eſt *ſequente proximè tempore.* Act. III, 24. οἱ καθεξῆς dicuntur *ſequentes* ordine Prophetæ. Ejuſdem Libri Cap. XI, 4. διηγεῖσθαι καθεξῆς eſt *narrare ordine*, ſeu à capite ad calcem, & Cap. XVIII, 23. διέρχεσθαι καθεξῆς eſt *ordine luſtrare*, pro ſitu locorum, non ſaltuatim.

Sed quamvis tacuiſſet Lucas, res ipſa nunc oſtendit poſſe commodiſſimè ad ejus ordinem referri ceteros Evangeliſtas; quod & ante nos judicavit vir eruditus *Joannes Richardſonus*, Ardachadenſis olim in Hibernia Epiſcopus, cujus Harmoniam potiſſimùm ſequuti ſumus, ad ſummam rei quod attinet; qualem eam nobis præbet, in Annalibus Novi Teſtamenti, *Jacobus Uſſerius.* Quæ ratio digerendi ſermones, & res à Chriſto geſtas, quamvis in ſingulis partibus non raro ab ea diſſentiamus, eò commodior viſa eſt,

est, quòd quàm minimùm eo modo conjecturæ tribuatur; cùm tres Evangelistæ Marcus, Lucas & Joannes suo ordine progrediantur, absque ulla fermè immutatione; nisi in singulis narrationibus, ut postea dicemus. Solus Matthæus, & quidem tantùm per tredecim priora Capita, & initium decimi quarti, ordinem neglexisse videtur; quod est verisimilius, quàm tres alios Evangelistas illum supervacuum existimasse. Sunt quidem qui objiciant Matthæum fuisse αὐτόπτην, ideóque ordinem potiùs observasse credendum. At ne dicam infirmam esse consequentiam, Joannes etiam fuit spectator atque auditor rerum quas narrat; Lucásque ab initio Evangelii testatur se sua accepisse ab iis *qui ab initio viderant & ministri fuerant sermonis*. Nec dubium est quin Marcus ex iisdem fontibus hauserit. Quidni autem & Marcus & Lucas, unà cum rebus ipsis, etiam rerum ordinem acceperint, aut cùm non traderetur inquisiverint?

Verùm sunt clara indicia, non apud Marcum quidem, sed in Lucæ & Joannis narratione, ex quibus intelligere licet eos ordinis observantiores fuisse, quàm Matthæum. Ut à Luca ordiar; tempus natalium Jesu Christi satis clarè designat, præsertim iis qui eo tempore quo scripsit vivebant; cùm dicit Cap. II, 1. & seqq. Christum natum esse Bethlehemi, eo tempore quo prima descriptio plebis in Judæa facta est, jubente Augusto; nemo enim ex iis qui historiæ Judaïcæ paullò curiosiores fuerant, ignorabat quænam esset prima illa descriptio. Ambiguitatem fortè quispiam, in loquutione πρώτη ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου, esse dixerit. Verùm si sequentibus sæculis aliqua fuit, nulla erat eo ævo; quo omnibus erat notum *P. Sulpicium Quirinum*, post mortem demum Archelai, Syriæ præfuisse, adeóque diu post Christum natum. Sine ulla hæsitatione, interpretabantur, πρώτη ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου τῆς Συρίας, *primam, antequàm Syriæ præesset Quirinius*, quia res ipsa ita intelligendum esse Lucam clamabat. Ea autem designatio temporis desumta à Quirini censu, non poterat esse clarior; quia ab eo tempore Judæa in Provinciam Romanam planè atque in perpetuum redacta fuerat, quamvis Judæi, duce Judâ Gaulonitâ rebellassent, ut docet *Josephus* Ant. Jud. Lib. XVIII. ab initio. Quòd si postea loquutio, quâ usus erat *Lucas*, ambigua judicata est; tribuendum hoc Interpretum inscitiæ, quorum erat ex re ipsa, cujus testem locupletissimum habebant *Josephum*, ambiguitatem loquutionis discutere. Sed plurimorum mens adeò læva fuit, ut ne ambiguitatem quidem viderint.

Altera est designatio temporis, ex qua intelligere licet Lucæ ordinem cordi fuisse, Cap. III, 1, 2. de qua in superiore Dissertatione egimus, atque ex qua probè intellecta, non exigua lux oritur toti Chronologiæ vitæ Christi, quemadmodum ostendimus. Hinc quoque liquet quo sensu intelligi queat ỳ. 23. ejusdem Capitis, in quo Jesus dicitur *circiter triginta annos* natus fuisse, *cùm caput* munere suo fungi. Quo invento, quo demum ætatis anno in crucem sublatus fuerit atque in cœlum evectus, multò certiùs intelligimus, quàm ex omnibus Astronomicis calculis. Hæc autem soli Lucæ debemus, ideóque si ordinis observantiorem statuamus, nihil mirum affirmare videri possumus.

Joanni verò singulare hoc debetur, quòd solus distinctè tria priora Paschata, in quæ ministerium Christi incidit, signarit, cùm alii tantùm postremi meminerint. Quin & tertio prædicationis Christi anno, præter Pascha, meminit festi Tabernaculorum, & Dedicationis Templi, quorum ope tempora illius anni commodissimè digeruntur. Vide Cap. VII, 2. X, 22. Quod in Joanne mirum non est, cùm hoc sibi proposuisse videatur, ut suppleret quod aliis deerat Evangeliis.

Cùm igitur ex diserta professione Lucæ, rebúsque ipsis, liqueat & Lucam & Joannem ordinis observantiores fuisse, quàm Matthæum; nemo nobis succensere possit, quòd Harmonicum ordinem à *Richardsonio* potissimùm inventum ceteris prætulerimus. Quòd si apud Marcum nihil sit, quod impediat quo minùs ad Lucæ & Joannis ordinem narrationem ejus referamus; hinc colligere non frustra possimus eum etiam ordinis observantem fuisse, prout ex nostra Harmonia intelligere est.

CANON II.

In narratione singulorum factorum aut sermonum Christi, Evangelistæ satis habuerunt summam rerum & dictorum proferre; sæpe singularum circumstantiarum aut verborum, sensuúmque ordine neglecto.

Quamvis enim Evangelistæ inducant fermè semper Christum, directa oratione utentem, more Orientalium, imò & antiquissimorum Scriptorum Græcorum, non est putandum ab iis ipsa ejus verba semper proferri; quod liquere potest ex comparatione eorumdem sermonum, prout à variis narrantur Evangelistis. Exemplo esse queat insignis ille dialogus Christi cum Pharisæis Matth. XIX, 3. & seqq. & Marc. X, 2. & seqq. Hic enim neque eadem prorsus sunt verba, neque idem ordo, quamvis res sit planè eadem. Conjiciat Lector oculos in pag. 314. Harmoniæ nostræ, conferátque utrumque Evangelistam, ac videbit & inversum ordinem & mutata nonnihil verba ab alterutro Evangelistarum. Si quæras ab utro, respondebo à Marco quidem initio dialogi videri clausulam ejus positam, adeóque inversum hac in re ordinem; à Matthæo verò vers. 7. potiùs sensum, quàm verba Christi proferri. Quod sentient, nisi fallor, quicumque subjectam Paraphrasticam Historiam paullò attentiùs legerint. Igitur Marci verba divulsimus, ut possent commodiùs cum verbis Matthæi comparari; alioqui quid commune habeant, quid diversum difficiliùs intelligeretur.

tur. Sed ita ea divulsimus, ut quomodo conjuncta sint in Marci exemplaribus illico pateat, ex numeris versuum, subjectisque aut præfixis asteriscis, in locis omnibus, in quibus luxata est, ut ita dicam, commissura.

Si autem meminerimus in directa oratione, apud Orientales, non magis proferri ipsa verba, corúmve servari ordinem, quàm in obliqua, Apostolósque magis sententiam, quàm loquutiones, earúmve seriem exprimere voluisse; varietate verborum aut ordinis, minimè offendemur, cùm ubique res sit eadem.

CANON III.

Neque unus Evangelista, neque omnes simul omnia habent facta & dicta Christi, imò nec omnes circumstantias eorum quæ copiosiùs narrant.

A Singulis omnia non esse scripta, ex sola apertione hujusce nostri voluminis constare potest, omnibus qui oculorum usu non sunt destituti; cùm passim unum Evangelistarum, ceteris tacentibus, quidpiam narrantem in eo videant. Omnes etiam omnia non collegisse disertè docet Joannes, qui hisce verbis claudit Evangelium suum: *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Quæ verba, etsi hyperbolica sunt, attamen nos docent multò plura dicta & facta à Jesu fuisse, quàm quæ in quatuor Evangeliis habentur; neque enim videntur audiendi qui verba ὅσα ἐποίησεν, *quæ fecit*, intra sola miracula coërcent; nam res gestæ Christi non minùs sunt in sermonibus sitæ, quàm in factis. Quod non eò dico quòd existimem nescio quid arcanæ doctrinæ fuisse, quod ab Apostolis non sit promulgatum, aut in Evangeliis quidquam deesse eorum quæ ad consequendam æternam salutem necessaria sunt. Omnia sine dubio eò pertinentia scriptis mandata sunt, cùm ea quæ minimè sunt scripta, si quæ essent, perinde sint ad nos quidem quod attinet, ac si numquam revelata fuissent; quod enim non potest nobis constare an à Deo revelatum sit, id non magis nobis credendum imponi queat, quàm observatio legis minimè promulgatæ.

Verùm quæcumque fecit aut dixit Christus non esse litteris mandata, probè observandum; ne miremur in narratione primæ prædicationis Evangelii, quam habemus, multa esse hiulca, & quædam tempora minùs aut magis referta videri dictis & factis, quàm alia. Si Ephemerides vitæ Christi haberemus, quales scribebantur eorum quæ quotidie in Regiis Persarum atque Ægyptiorum Regum fiebant; videremus innumera dicta & facta, quibus vacua, ut nunc nobis videntur, ministerii ejus intervalla impleta fuerunt. Igitur non satis gravi argumento utuntur ii, qui ministerium Christi in duos fermè annos contrahunt, duobus primis annis in unum coarctatis, ut plenius dictis & factis id intervallum fuisse videatur.

Cùm verò ex collatione Evangelistarum subinde liqueat circumstantias quasdam aut dictorum, aut factorum ab eorum aliquo prætermitti, etiam in iis quæ copiosiùs exponunt; duo hinc consectaria nascuntur non exigui momenti, cùm ad ea in concordiam redigenda, quæ pugnare primâ fronte videntur, tum etiam ad ea intelligenda quæ dicuntur, unde quoque Evangelistarum concordia pendet.

Prius est non posse circumstantiæ, aut facilè supplendæ, aut etiam ignotæ omissionem ita urgeri, ut consectarium quodpiam singulare ex ea deducatur. Nam si Evangelistæ subinde quidpiam omittunt, nemo negaverit, in hiulca narratione posse id subintelligi, quod nexui rerum planè necessarium est; aut etiam aliquid omissum, quod interea dictum, aut factum fuerit. Legantur Historiæ nostræ Capp. LXV, LXVI. & LXVII. unà cum Evangelistarum narratione, cui subjecta sunt, & manifestò liquebit nonnulla esse, ab omnibus Evangelistis omissa necessariò supplenda. Exempli causâ, in historia resurrectionis, omissa est ejus descriptio suo loco, quam breviter inseruimus, post paraphrasin ℣. 2. Cap. XXVIII. Matthæi. At in sequentibus, inquies, res exprimitur. Non diffiteor, sed hinc colligo etiam alibi supplenda esse apud singulos Evangelistas, quæ narrationi desunt; qualis est, apud Joannem ante ℣. 11. Cap. XX. reditus Mariæ Magdalenæ ad sepulcrum, cum Petro & Joanne, aut certè paullò pòst; ut & ceterarum mulierum, ante ℣. 9. Cap. XXVIII. Matthæi. Clarum etiam est ex Lucæ Cap. XXIV, 34. Jesum se conspiciendum præbuisse Petro, postquàm à mulieribus conspectus esset; verùm res neque ab aliis Evangelistis, ullâ ratione, neque à Luca ipso memoratur suo loco. Quo factum ut verba Pauli ex 1. Epistolæ ad Cor. C. XV. narrationi Evangelistarum, quàm aptissimo loco, inseruerimus, quia eò respicit Apostolus. Quòd si, in sequentibus, Lucæ nulla occasio fuisset loquendi ea dè re, planè prætermissa esset; ex quo tamen silentio, ignotam Lucæ fuisse falsò collegissemus. Igitur minimè negandum est id notum fuisse Matthæo, exempli causâ, aut Joanni, quod omiserunt; quod dico non iis qui de auctoritate sanctissimorum virorum non dubitant, sed iis qui possent fortè objicere neque Matthæum, neque Joannem meminisse adscensionis Jesu in cœlum, sed solos Marcum & Lucam. Quod autem de hac omissione dicimus, hoc de ceteris omnibus similibus intelligi volumus. Exemplum enim unum attulimus, non catalogum contexuimus similium omnium omissionum.

Alterum consectarium est, ex nuda omissione non videri colligi posse non factum id quod non memoratur. Itaque errant qui, quia lapis ostio sepulcri Christi advolutus, non dicitur amotus antequàm resurgeret Christus ac sepulcro egrederetur, existimant Jesum è clauso

ſo monumento egreſſum penetratâ rupe; itémque, cùm *clauſis oſtiis*, Diſcipulis ſe conſpiciendum præbuit, quia non dicuntur fores apertæ, penetratum ab eo lignum januarum. Nam quamvis ea penetratio contraria non eſſet naturæ veri corporis humani; tamen tantum miraculum, ex mero Evangeliſtarum ſilentio, colligi non potuit.

CANON IV.

Ex ſequentibus circumſtantia, in antecedentibus omiſſa, ſæpe colligitur.

HUjuſce rei exemplum attulimus, ad antecedentem Canonem; ſed tanti eſt momenti in hoc negotio, ut aliquot aliis prætereа ſit nobis illuſtranda. Lucæ C. I, 20. ita alloquitur Gabriel Zachariam, dubitantem de eo quod ei nuntiarat: *eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem, quo hæc fiant*, ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα. Quæ verba in Paraphraſi ita expreſſi: *ſurdus eris, ac mutus ab hac hora* &c. Carpendi avidior hæc fortaſſe reprehendat, ſi in ea inciderit, nec ulteriùs legerit, quaſi ſurditatem hîc fruſtra ori muto addiderimus. At quiſquis legerit ad ✝. 62. intelliget hanc circumſtantiam rectè atque ordine à nobis ſuppletam; niſi enim ſurdus fuiſſet Zacharias, non *innuiſſent* ei, ut de nomine filio imponendo ſententiam ejus reſcirent, ſed clarâ voce hominem interrogaſſent, qui ſcripto, ut fecit, reſpondiſſet.

Matth. I, 20. poſtquàm narratum eſt ſomnium divinitùs Joſepho immiſſum, de ducenda domum Maria, continuò ſubjicitur: *exſurgens autem Joſeph à ſomno fecit ſicut ei præcepit Angelus* &c. At cum dubium eſſe nequeat quin Joſephus de ſomnio ſuo cum Maria colloquutus fuerit, ac proinde ab ea acceperit divinam Jeſu generationem; quis etiam dubitet quin Joſephus, ex collatione ſomnii cum dictis Mariæ, intellexerit id à Deo ſibi immiſſum fuiſſe? Quod cùm ita ſit, neceſſe habuimus, mollioris narrationis causâ, eam ſubnectere circumſtantiam; de qua non magis poteramus dubitare, quàm de iis quæ habet Matthæus, & ex quibus neceſſariò fluit.

Matth. III, 14. pag. 41. Harmoniæ noſtræ, Joannes Jeſu baptiſmum ab eo ſuſcipere cupienti primùm negat; quod ab illo potiùs deberet baptizari, quàm illum ipſe baptizare. Quo in loco addidimus: *quod adflatu prophetico ab eo dicebatur, nam Jeſum non norat.* Si quis hîc Matthæum tantùm conſulat, temerè additum à nobis judicabit; ſed adeat Joan. I, 33. p. 49. atque intelliget non ſine ratione hoc à nobis additum.

Verùm non tantùm in hiſce Hiſtoricis, rhetoricorum Canonum de narratione negligentioribus; ſed & in elegantiſſimis quibuſque Græcis & Latinis, ſimilia animadvertere licet, ut obſervavimus *Criticæ* noſtræ Part. III. S. 3. c. V.

CANON V.

Ex re ipſa ſæpe colligendæ circumſtantiæ omiſſæ, quæ neceſſariæ ſunt, ad intelligendam ſeriem narrationis.

NUllus eſt Hiſtoricus, ita in ſcribendo accuratus, ut aliquando aliquid non prætermittat; quod à perito atque attento Lectore ſupplendum eſt, ut liqueat quæ ſit ſeries narrationis. Quod quia non rarò feciſſe nobis videbantur Hiſtorici illi Sacri, quos in Harmoniam redegimus; ſæpe addidimus aliquid, ſine quo hiulca narratio fuiſſet, & aliis etiam in locis addi fortè oportuiſſet. Ejus rei exempla ſubjicienda ſunt, ne temerè conjecturas noſtras Evangeliſtarum narrationi miſcuiſſe videamur.

Pag. 26. ante paraphraſin ✝. 22. Cap. II. Lucæ, narrato diſceſſu Magorum, ſubjicimus *eodem tempore* exactos fuiſſe quadraginta dies, quibus puerpera ſacris arcetur. Quod ita ex rebus ipſis collegimus. I. Venerant Joſephus & Maria Bethlehemum, non ut illic ſedes figerent, ſed tantùm ut cenſerentur, ut docet Lucas C. II. 4. qui & diverſorio eos exceptos narrat, qui non fuit locus diuturniori moræ aptus. II. Cùm verò illic peperiſſet Maria, per quadraginta minimùm dies, commorari eodem in loco coacti ſunt, quamvis tot diebus illic eſſe, ut cenſerentur, neceſſe non eſſet. III. Dum eo tempore Bethlehemi commorarentur, venerunt Magi; non priùs, ut clare docet Matthæus; neque poſteriùs, quia non eſt credibile eos qui Bethlehemum venerant, dumtaxat ut cenſerentur, eò rediiſſe, poſtquàm Jeroſolimam ſe contuliſſent. IV. Cùm ergo Magi iviſſent Bethlehemum, per illos quadraginta dies, &, ut quidem videtur, ſub ejus intervalli finem, ob rationem quam poſtea dicam, redierunt in patriam, non ſalutato Herode. V. Is cùm exſpectaſſet reditum Magorum, per paucos dies (neque enim opus erat multis diebus ad eundum Jeroſolimâ Bethlehemum, videndum Jeſum, & redeundum Jeroſolimam, cùm Bethlehemum dumtaxat ſex millibus paſſuum Jeroſolimâ diſtaret; & præterea æger corpore & animo Herodes diuturnioris moræ erat impatiens) nec videret eos reduces, milites immiſit, qui occiderent infantes. VI. At eo tempore, jam egreſſi erant Joſephus & Maria Bethlehemo, ideóque poſt quadraginta dies memoratos facta eſt cædes, & Magi ſub eorum finem eò ſe contulerant. VII. Poſt illam cædem, aut dum fieret, credibile non eſt Joſephum & Mariam, vivo Herode, iviſſe Jeroſolimam aut illic eſſe commoratos. Igitur credibile mihi fit, paullò antequàm Herodes id conſilium exſequeretur, fugiſſe eos, monitu Angeli, de quo Matth. II, 13. Ac ſanè Matthæus poſtea cædem Bethlehemiticam narrat. Unde ulteriùs colligere licet monitum Joſephum fuiſſe, dum Jeroſolimæ moraretur, neque Nazaretham rediiſſe, niſi ex Ægypto reverſum. Si certè fuiſſet Nazarethæ, eo tempore

pore quo monitus est, jussus fuisset potiùs in Syriam vicinam fugere, quàm in Ægyptum multò remotiorem; cùm non magis parêret Herodi Syria, quàm Ægyptus. Quisquis expendet hæc omnia paullo attentiùs, fatebitur, nisi fallor, circumstantiam illam temporis, antea memoratam, necessariò narrationi addendam fuisse.

In colloquio Jesu cum Nathanaële, quod describitur Joannis Cap. I, 48. & seqq. p. 52. supplevimus hæc: *unde intelligere poterat Jesum esse Prophetam, cùm sciret quod à nemine resciri potuerat.* Quæ flagitat exclamatio sequens Nathanaëlis, quæ alioquin sine ratione fuisset. Responsum etiam Christi supplendum hoc esse manifestò ostendit.

In sequente historia Canensium nuptiarum, nonnulla etiam fuere necessariò supplenda; quæ nobis non conjiciendi libido, sed ipsa narrationis series extorsit. Postquàm diximus animadvertisse Mariam vinum deesse, subjecimus: *quæ aliàs viderat Filium edentem miracula, quæ memoriæ prodita non sunt* &c. Absque hoc enim fuisset, Filium defectui vini supplere non postulasset. Postquàm etiam paraphrasi expressimus responsum Christi, quod illic exstat Joan. Cap. II, 4. necessariò addendum fuit: *attamen se ei obsequi, hoc in negotio paratum esse ostendit.* Nam factum Mariæ hoc à Jesu ei significatum fuisse flagitat. Plura non addam exempla, cùm hæc satis esse videantur ad satisfaciendum iis, qui possent paraphrasin nostram carpere, quasi ampliorem æquo. Si enim attendant, facilè, ut spero, intelligent nihil uspiam à nobis additum esse, quod narrationis series non flagitaret.

CANON VI.

Ex Responso sæpe intelligere est aliquid in Interrogatione omissum, aut in narratione suppressum.

SIc cùm Nicodemus Joan. III, 2. p. 57. nostræ Harmoniæ, hisce verbis Jesum aggressus esset: *Rabbi scimus quia à Deo venisti magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo;* respondens inducitur Jesus: *Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Quæ verba nihil faciunt ad præfationem, quâ usus erat Nicodemus; sed sine dubio satisfaciunt quæstioni, quam erat ille propositurus, & quam obliquè expressimus, hoc modò: *hac præmissâ præfatione, interrogaturus erat Jesum, quid à se fieri oporteret, ut felicitatis regni Dei, quod instare audiebat, particeps fieret.* Quod est τὸ σιωπώμενον, ad quod spectat Christi responsio.

In eodem colloquio, cùm docuisset Christus eum oportere renasci, qui bonorum Regni Cœlestis particeps fieri vult, neque hoc intelligeret Nicodemus, dicit tantùm: *quo modo possunt hæc fieri?* respondet Christus, *tu es Magister in Israël & hæc ignoras?* ac continuò subjicit: *Amen, amen, dico vobis, quia quod scimus loquimur* &c. Quæ posteriora verba ostendunt, in Nicodemi interrogatione, latere hæc; *si verò fieri nequeant, quo jure ea vis credi?* At hæc non expressimus in paraphrasi interrogationis, sed responsionis; quia commodiùs videbatur id posse fieri.

Lucæ Cap. XIV. cùm Christus gravi oratione invectus esset in avaritiam & superbiam, liberalitatémque contrà ac humilitatem summopere laudasset, subjicit Evangelista ỷ. 14. *audivisse hæc Pharisæos, qui erant avari, eúmque derisisse.* Tum brevem quidem eorum castigationem à Christo, at eam magnis sensibus prægnantem, subdit; quæ ostendit Pharisæorum μυκτηρισμὸν non minùs ex adrogantia natum, quàm ex avaritia. Superbiam enim eorum, fictâ religione vestitam, acriter reprehendit Christus. Deinde leges Cœlestis Regni paucis describit, ac tuetur, contra pravam eorum hominum sententiam, qui cærimoniarum Mosaicarum observationem virtutibus omnibus præferebant; ostenditque se majorem sanctimoniam à Discipulis suis postulare, quàm à Judæis olim exegerat Moses. Quibus sine dubio aut Pharisæorum dicteria, aut tacitas cogitationes confutat Christus; quamvis illorum nec sensa illa, nec dicta commemoret Lucas.

Sed est insigne exemplum responsi ad tacitam cogitationem, potiùs quam ad verba ab Evangelista expressa spectantis, Joan. XI, 21, 22, 23, 24. ubi Martha Jesum Bethaniam, post mortem fratris Lazari advenientem, ita alloquitur: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus; sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.* Respondit verò Jesus: *resurget frater tuus.* Si hic consistas, videbitur Martha petere à Jesu resurrectionem fratris, eámque sperare; sed vide quid mulier Jesu promissioni reponat: *scio quia resurget in resurrectione, in novissimo die*; ex quibus verbis liquet eam nec sperasse, nec petiisse fratrem à Christo excitari. Igitur verba hæc Marthæ ad tacitam cogitationem ejus spectant, quam sic expressimus p. 336. Harmoniæ nostræ: *non ausa est addere Jesum à Deo nequaquam petiturum ut homo, à quatuor diebus mortuus excitaretur, quòd talia Deus non soleret concedere.*

CANON VII.

Varietas paucularum circumstantiarum non ostendit in varias historias dispescendas esse narrationes non per omnia similes, si cetera consentiant.

HIstorici omnes, qui singulas circumstantias minimè narrant, sed nonnullas seligunt, necessariò fermè in illo delectu dissident, aut dissidere videntur, præsertim si rem breviter narrare instituant. Vix enim fieri potest ut eædem, per omnia, circumstantiæ ab iis eligantur, útque paucis verbis concepta narratio eadem ratione sit à pluribus

ribus contracta. Cùm res ipsa clara sit, mirum videri non poterit eam pro explorata hîc à nobis adsumi. Igitur quamvis in narratione curationis servi Centurionis Capernaümensis, quæ legitur Matth. VIII. & Luc. VII. pag. 128. Harmoniæ nostræ, nonnulla sit circumstantiarum varietas; non est continuò colligendum duas esse historias, cùm, ad summam rei quod attinet, consentiant Evangelistæ. I. Est utrobique Centurionis Capernaümensis servus, qui curatur. II. Utrobique legitur eadem oratio, quâ Christus adducitur ad ægrum curandum, & quæ est insignis prorsus ac singularis fidei argumentum, & testificatio. III. Utrobique Jesus absens absentem ægrum curat. Quæ non patiuntur nos dubitare, quin sit una eadémque historia. Verùm, apud Matthæum, Centurio ipse Christum alloquens inducitur; apud Lucam verò, describitur adlegans ad eum Judæos, qui negant ipsum ausum esse venire. At hæc minime pugnant, ut postea ostendemus; ideóque consensûs aliarum circumstantiarum, quæ sunt planè singulares, major habenda est ratio, quàm exiguæ hujus varietatis, censendáque est apud Matthæum & Lucam una narrari historia.

Est & aliud hujus rei exemplum, in curatione cæci, vel cæcorum, quæ exstat Matth. XX. Marc. X. & Luc. XVIII. Qua in narratione, ea sunt, ut mihi quidem videtur, quæ non patiuntur plures hîc quæri historias; quamvis non diffitear nonnullam esse varietatem circumstantiarum. Hæc autem sunt consentientia: I. Cæcitatem curat Christus, non procul Jerichunte, cùm Jerosolimam iret: II. Qui ea sanatione indigebant sedebant juxta viam, per quam cùm intellexissent Jesum mox transiturum, cœperunt clamare magnâ voce: *Jesu, fili David, miserere nostri.* III. Quos clamores cùm ingeminarent, objurgantur à multitudine eorum, qui comitabantur Jesum. IV. At Jesus jubet cæcos ad se adduci, & sciscitatus quid sibi vellent fieri, homines curat; qui postea eum sequuntur, à quo tanto beneficio affecti fuerant. Hæc consentientia mihi persuadent unicam esse historiam; non, ut placet *Richardsono*, duas, quarum unam atque eamdem Matthæus & Marcus narrent, alteram Lucas, quæ contigerit paullò pòst. Numquam enim multitudo, quæ sequebatur Christum objurgasset cæcum opem ejus implorantem, paullò postquàm viderat duos alios à se perperam castigatos benignè à Christo curatos fuisse; sed potiùs hominem rectà ad Christum duxissent, ut ab eo similis beneficii particeps fieret.

Verùm nobis objiciuntur discrimina, quæ in narratione Evangelistarum occurrunt. Primò cùm Matthæus duos cæcos memoret, unius meminit Lucas; ad quam objectionem, singulari Canone, postea respondebimus pleniùs. Hîc dumtaxat observabimus Marcum, qui ceteroqui prorsus consentit cum Matthæo in circumstantia, quæ objici potissimùm solet, & de qua postea agemus, unius etiam dumtaxat cæci meminisse. Secundò objicitur alterum discrimen, in eo situm, quòd cùm Matthæus & Marcus narrent rem contigisse *Jesu egrediente* Jerichunte, ἐκπορευομένου ἀπὸ Ἱεριχῶ, Lucas prodiderit sanatum cæcum, quem memorat, *cùm appropinquaret Jerichunti*, ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ & postea subjiciat εἰσελθόντα διέρχεσθαι τὴν Ἱεριχώ, *ingressum transivisse Jerichunte*; unde colligunt Lucæ cæcum sanatum fuisse à Jesu, antequàm ingrederetur Jerichuntem per eam urbem transiturus; contrà verò cæcos Matthæi & Marci curatos, postquàm Jesus Jerichunte egressus esset. Sed viri docti dudum observarunt ἐν τῷ ἐγγίζειν significare sæpe non motum ad locum, sed tantùm distantiam, ideóque perinde esse ac si dixisset Lucas, ὅτι ἐγγὺς ἦν Ἱεριχώ, *cùm propinquus esset Jerichunti*; quæ loquutio est tantùm generalior, quàm eæ quibus usi sunt Matthæus & Marcus, cùm neque ingressum, neque exitum sonet. Vide *H. Grotium* ad Matthæum. Quæ verò sequuntur, apud Lucam, non sunt ita connectenda cum superioribus, quasi exprimerent quod proximè sequutum est cæcorum curationem; cùm nihil vetet transitionem esse Evangelistæ, aliquatenus retrogredientis; quales innumeræ sunt, apud omnes Scriptores. Quòd si falluntur, qui volunt hîc duas esse historias, multò magis à veritate aberrant, qui in tres eam dispescunt; atque in eos validiùs torqueri potest telum, quo priorem opinionem confiximus, ex castigatione cæci à multitudine desumtum.

CANON VIII.

Similitudo paucularum circumstantiarum, quæ ad summam rei parum faciunt, non ostendit unam à variis Evangelistis narrari historiam, si cetera dissideant.

Hic Canon primo intuitu possit videri contrarius superiori; quamvis non sit, si paullò penitiùs res introspiciatur. In superiore enim ursimus similitudinem circumstantiarum potissimarum, negligendúmque ostendimus discrimen exigui momenti, quod inter alias intersit; hîc verò ex similitudine posteriorum colligi non posse unam, eamdémque narrari historiam contendimus. Potissimas autem vocamus circumstantias, eas propter quas, omnium quippe observatione dignissimas, historia narratur; quæ certè si variæ sunt, res ad eamdem historiam referri nequeunt. Exempli causâ, narrat Lucas Cap. V. p. 78. nostræ Harmoniæ, Petrum, Andream, Jacobum & Joannem, cùm per totam noctem piscatui operam dedissent, in lacu Genesarethico, nullum cepisse piscem; sed jussu Jesu, demissis retibus, subitò magnam piscium copiam ab iis captam esse. Similem quidem huic historiam narrat Joannes Cap. XXI. p. 496. hujus Harmoniæ; sed quia tempora minimè consentiunt, aliáque dicta ac facta sequuntur & antecedunt; nemo ita desipiat, ut eamdem historiam esse dicat.

Idem est ferendum judicium de aliquot aliis historiis, quas confundi à multis solitas in Harmonia nostra distinximus. Sic secundo prædicationis Christi anno, ex ordine nostro, narrat Lucas Jesum vocatum fuisse ad convivium, in ædes Simonis cujusdam Pharisæi; ubi cùm esset, mulier, quæ impudicam vitam egerat, triclinium ingressa stetit à tergo Jesu & tam ubertim flere cœpit, ut pedes ejus madefecerit lacrimis; quos comâ abstersos osculata, unguento oblevit. Idem propemodum narrat Joannes de Maria, Marthæ & Lazari sorore, quarto præconii Christi anno. Sed præter tempus, variant & aliæ circumstantiæ; ut quòd convivium hoc, ut videtur, celebratum sit in ædibus Marthæ; & sermones planè alii sequantur factum Mariæ, quàm qui apud Lucam habentur. Quamobrem viri eruditi non ægre concedunt duas historias has fuisse. Sed simile factum tertiò in Harmonia nostra occurrit, pag. 405. ex Matth. XXVI. & Marc. XIV. quod multi volunt idem esse cum secundo. Imò verò vir longè doctissimus *H. Grotius* tres historias memoratas in unam miscet. I. Existimat ille Matthæum & Marcum hanc historiam, proximè ante ultimam Christi cœnam posuisse, ut notarent quid Judam ad facinus impulisset; nam proximè subsequitur quod ad Judam pertinet. Lucam verò idem hoc narrare occupavisse, cùm sermones quosdam recitasset, ad pœnitentiæ commendationem pertinentes. Joannem denique historiam hanc suo tempori reddidisse, cùm ad confirmandum quod de Lazaro dixerat, tum ad connectenda quæ sequebantur. Hæc *Grotius* conjicit. quæ partim ferri possent, si res esset manifesta, & hoc unum superesset quærendum Interpretibus, quidni unam historiam uno eodémque loco narrassent Evangelistæ. Nunc verò aliæ circumstantiæ ostendunt varias esse historias. Inane tamen est quod de consilio Matthæi & Marci dicit, si enim voluissent nos docere Judam avaritiâ adductum fuisse, ad prodendum Dominum, eum sine dubio hîc nomine appellassent, & obiter avarum ejus animum perstrinxissent, quemadmodum fecit Joannes; non turpe ejus factum pluribus tribuissent, & sine ulla censoria nota prætermisissent. Sed *Grotium* audiamus. II. *Matthæo & Marco*, inquit, *omnia conveniunt.* Verum est, quia unam hi duo habent historiam. III. *Matthæo, Marco & Lucæ, quòd hæc gesta in convivio, in domo Simonis; quòd mulier adventat habens alabastrum unguenti, quo Jesum perfundit.* Hæc vera sunt, sed ut non uni convivio interfuit Jesus: ita nec necesse est unum fuisse virum in Judæa, cui nomen esset *Simoni*; nec profectò erat, ut vel ex Evangeliis liquet, in quibus aliquot *Simones* memorantur. Similiter non uni mulieri fuit unguentum, nec una id potuit in honorem Christi profundere; cùm præsertim moris esset, in conviviis paullò lautioribus, ea munificentia uti. Quod una fecerat, non indignante Christo, potuere & altera, & tertia imitari; cùm, ut dixi, mos ille vulgaris esset. Præterea cùm Evangelistæ à *Grotio* memorati dicant Christum unguento perfusum in ædibus Simonis; Joannes non obscurè significat convivium, in quo Maria eo liberalitatis genere Dominum excepit, celebratum fuisse in ædibus sororum illarum Bethaniensium; quandoquidem convivis ministrabat Martha, Maria verò unguentum suppeditabat Jesu. *Fecerunt autem ei*, inquit Joannes, C. XII, 1. *cœnam ibi* (Bethaniæ) *& Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi* &c. IV. Pergit tamen vir summus, &, *Matthæo*, inquit, *Marco & Joanni convenit, quòd hæc gesta Bethaniæ, in convivio; quòd unguentum à muliere allatum maximi erat pretii; quòd reprehensa est hoc nomine mulier ab uno Discipulorum* (*nam ita pluralis accipi solet, Judam autem Joannes nominat*) *velut prodiga, hoc obtentu quòd rectiùs is sumtus factus esset in pauperes; quòd Christus mulierem defendit interpretatione benignâ, ad pollincturam suam hunc honorem pertinere. Hæ circumstantiæ sunt ἀκριβέστεραι, quàm ut diversis temporibus congruant.* Paria hic multa esse non diffireor, sed cùm sit id discrimen quod antea notavi, de loco in quo celebratum est convivium; crediderim etiam id urgendum quòd dicatur Judas Mariam reprehendisse apud Joannem, apud Marcum verò & Matthæum simile factum arguentes inducantur nonnulli ex Apostolis. Non mirum est autem nonnullos alios Apostolos simile peccatum commisisse ac Judam, quia in plurium convivio non animadverterant quid à Jesu ea de re dictum esset; aut simile factum & paucis diebus à priori remotum, simili defensione ab eo cohonestari. V. *Rursus*, ait Grotius, *Lucæ cum Joanne convenit, quòd hæc mulier pedes Christo perfudit & capillitio siccavit; quæ itidem expressiora sunt, quàm ut temerè credenda sint sæpius evenisse.* At tria sunt, in quibus Lucas, & à Joanne & ab aliis Evangelistis dissentit. Primum est quòd mulier, de qua loquitur Lucas, antequàm pedes Christi ungeret, lacrimis eos perfuderit; quam circumstantiam notatu dignissimam non omisissent alii. Secundum quod ait mulierem illam fuisse ἁμαρτωλὸν, seu impudicam; quod de Maria Bethaniensi, aut de altera illa muliere nullo indicio constat. Tertium est, insignis oratio Jesu, quæ habetur apud Lucam; & pro qua in aliis historiis legimus castigationem mulieris ungentis, ejúsque defensionem. VI. Denique vir summus vult nos observare *à Joanne Mariam Lazari sororem hac veluti peculiari notâ describi, quòd ea sit quæ Christi pedes perfudit & deterserit; non potuisse autem satis certam notam desumi ex eo quod sæpiùs acciderat.* Rectum hoc fortè esset, si Joannes soleret ad alia Evangelia respicere, aut si aliarum mulierum similia facta litteris ipse mandasset. Nunc autem cùm solius Mariæ facti meminerit, nec usquam ad res ab aliis Evangelistis narratas respiciat, nulla est ambiguitas ea in designatione. Sed hoc habere Joannes videtur, Cap. XI, 2. non tam ut distinguat

ab

ab iis Lazari sororem, quæ solo nomine fratris satis secernebatur, quàm ut factum hoc ejus in Lectoris memoriam revocet. Possimus hisce omnibus addere, apud Matthæum & Marcum, prædicere Jesum facti mulieris, de qua loquuntur, æternam, apud posteros, fore memoriam; quod in aliis similibus historiis, non legimus.

Quæ cùm ita sint, nullam rationem esse putavimus satis gravem, ut constantem Evangelistarum ordinem, commodissimè procedentem, perturbaremus; quasi eadem historia, alieno tempore à tribus eorum esset expressa. Imò verò vel sola ratio ordinis suadet similia non semel contigisse, quod pluribus illustrabimus, ad sequentem Canonem.

CANON IX.

Similia fecit ac dixit sæpiùs Christus, similibus occasionibus ita postulantibus.

NEcessarius est prorsus hic Canon, ne Evangelistarum ordo penitus evertatur ab iis, qui Harmonias facere aggrediuntur; dum similia facta aut dicta, sed ad varia tempora pertinentia, miscent in unum, omniúmque Evangelistarum narrationem divellunt. Igitur eum exemplis aliquot indubitatis confirmabimus, ex quibus de iis, quæ minùs clara sunt, judicium ferri queat.

Tempore primi Paschatis, ut narrat Joannes Cap. II, 14. & seqq. Jesus Templum ingressus mercatores omnes victimarum & numularios ex eo ejecit, vetuitque eos facere ædem Patris sui domum negotiationis. Sic, & paullò ante quartum Pascha, se gessit; ut narrant tres alii Evangelistæ, Matt. XXI. Marc. X. Luc. XIX. exprobravitque mercatoribus Templum ab iis in speluncam latronum converti.

Jesus Matth. VI. cùm multa alia de prece, sponte suâ, docet, tum etiam formulam orationis, quâ uterentur Discipuli, tradit. At eamdem hanc Lucæ XI. ubi & aliæ occurrunt circumstantiæ, rogatus recitat.

Cùm anno secundo præconii sui, duodecim suos Apostolos mitteret, per Galilæam Evangelium nuntiaturos eos mandatis instruxit, quæ Matth. X. Marc. VI. & Luc. IX. leguntur, Harmoniæ verò nostræ pag. 172. & seqq. Similiter septuaginta alios Discipulos, per Judæam, eadem de causa, dimissurus eos alloquitur Lucæ X. p. 236. Nec immeritò, similia enim facturi similibus indigebant mandatis.

Interdum dogmata aut monita longè maximi momenti sæpiùs, datâ operâ, repetiit ut altiùs descenderent in Discipulorum animos rudes atque obliviosos. Sic sæpe, vel ab initio præconii, ut liquet ex Joan. II, 19. mortem ac resurrectionem suam intra triduum prædixit. Quod quàm necessarium esset res ipsa ostendit, cùm vix ipsum prædictionis illius implementum fidem ei ab Apostolis extorserit. Non mirum ergo, si hominibus repetitione usque adeò indigentibus eadem sæpiùs, ut ita dicam, occentare necesse habuerit, cùm initio surdis propemodum caneret. Sæpius etiam homines præmonuit, de periculis ac vexationibus, quæ illis imminebant, propter Evangelium; ne sibi res secundiores polliciti, contrario exspectationi suæ eventu, conturbarentur, atque ab Evangelio alienarentur. Quibus tamen tot & tam perspicuis admonitionibus, non impediit quo minùs Apostoli regnum quoddam terrestre ejus fore putarent, & eo ipso die, quo in cœlum evectus est, de eo illum interrogarent; ab inolito errore, nonnisi à Spiritu Sancto, revocandi. Igitur quamvis similes sententiis, aut etiam verbis sermones Christi, in nostra Harmonia, variis temporibus, occurrant; non est propterea existimandum, ut multi solent, Evangelistas non satis accuratè inter se à nobis compositos fuisse.

CANON X.

Eadem objicientibus aut quærentibus, variis temporibus, sæpe eodem modo respondit Christus.

HUc quidem facere possunt nonnulla ex superioribus exemplis, sed nihil vetat ejusdem rei aliam atque aliam veluti faciem contemplari; si sit digna, quæ diligenter animo versetur, qualis est ea ad quam pertinet Canon propositus. Hæc enim una res maximè adduxit Harmoniarum concinnatores, ut crederent nullum fermè temporum ordinem ab Evangelistis servatum; effecitque proinde ut permulta miscuerint, in Harmoniis suis, quæ hic seorsim exhibemus.

Cùm Jesus tertio præconii anno, se Jerosolimam conferret, ad festum Dedicationis, Pharisæi nonnulli ab eo quæsiverunt, quando futurum esset regnum Dei, Luc. XVIII, 20. pag. 314. nostræ Harmoniæ; quibus hisce verbis respondit: *non veniet Regnum Dei cum observatione, neque dicent: ecce hic, aut ecce illic* &c. clausitque responsionem suam hoc proverbio: *Ubicumque fuerit cadaver, illuc congregabuntur & aquilæ.* Similia quærentibus Apostolis quarto anno, paullò ante ultimum Pascha, hoc atque alia similia respondet Christus Matth. XXIV. Marc. XIII. Luc. XXI.

Quod cùm ita sit, nulla, ut puto, causa erit cur carpatur nostra Harmonia, quasi easdem historias in plures divulsas variis locis repeteremus, eò quòd similibus quæsitis eodem modo responderit Christus. Sic anno præconii secundo, Jesum transiturum à ripa occidentali lacûs Genesarethici ad orientalem, Scriba quidam aggreditur hisce verbis, apud Matthæum Cap. VIII, 19. pag. 158. hujus Harmoniæ: *Magister, sequar te quocumque iveris*, respondit verò Jesus: *vulpes foveas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Tum alium jubet se sequi, quamvis ne id faceret,

obſervantiam & curam patris ſenis prætenderet; quo ſepulto, rediturum ſe pollicebatur. Quam excuſationem hiſce verbis confutat Chriſtus: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos* &c. Tertio iterum anno præconii, ſimilia Jeſus iter faciens Jeroſolimam verba habuit, in ſimili occaſione. Vide Luc. IX, 57. & ſeqq. Harmoniæ p. 236.

CANON XI.

Exigua varietas circumſtantiarum, aut ordinis, in narratione unius ejuſdémque circumſtantiæ, non eſt repugnantia.

SI Evangeliſtæ omnia eodem prorſus modo narraſſent, ita ut inter eos nullum eſſet diſcrimen, niſi in verbis, & loquutionibus; ſuſpicari aliquis poſſet eos capita contuliſſe, aut hiſtorias ſuas legiſſe, eo animo ut conſentire viderentur, nec eſſet facilè eam ſuſpicionem ex animo minùs credulorum evellere; quomodo teſtimonio Evangeliſtarum pondus detraheretur. Nunc verò Spiritus divinus, qui eorum ſcriptioni præfuit, paſſus eſt eos in nonnullis circumſtantiis minoris momenti varietatis quamdam ſpeciem præbere; ut liqueret eos de compacto nihil egiſſe, útque omnis fraudis ſuſpicio longiſſimè amoveretur. At in ſumma rei ſemper inter ſe conſentiunt, ſi modo commoda adhibeatur conciliatio. Exempli causâ, vocem e cœlo editam, in baptiſmo Chriſti, ſic repetit Matthæus Cap. III, 17. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* At Marcus I, 11. & Lucas III, 22. ſecundâ perſonâ eam concipiunt: *Tu es filius meus dilectus, in te*, aut *in quo*, *complacui mihi*. Quarum loquutionum prior inducit Deum alloquentem Joannem, & alios qui eo loco aderant, poſterior verò compellantem Jeſum ſolum. Verùm idem utrobique plane eſt ſenſus. Sic & in hiſtoria tentationis, quæ hanc proxime ſequitur, aliqua eſt varietas ordinis, inter narrationem Matthæi & Lucæ; nam Matthæus poſtremam narrat tentationem, quæ facta eſt in præalto monte, Lucas vero eam quæ contigit in ſolario Templi Jeroſolimitani. Qua in re, Lucam Matthæo accommodandum cenſuimus, ut ex numeris verſuum liquet. At hoc repugnantia haberi non poteſt, cùm neuter Evangeliſtarum profiteatur ſe hac in re ordinem temporis accuratè ſequutum.

Auguſtinus, de Conſenſu Evangeliſtarum Lib. II. n. 28. exiſtimat Dei Spiritum hoc eſſe paſſum, ut intelligeremus *nos non debere arbitrari mentiri quemquam, ſi pluribus rem quam audierunt vel viderunt reminiſcentibus, non eodem modo atque iiſdem verbis, eadem tamen res fuerit indicata; aut ſive mutetur ordo verborum, ſive alia pro aliis, quæ tamen idem valeant, verba proferantur; ſive aliquid vel quod recordanti non occurrit, vel quod ex aliis quæ dicuntur poſſit intelligi, minùs dicatur; ſive aliorum, quæ magis dicere ſtatuit, narrandorum gratiâ, ut congruens temporis modus ſufficiat, aliquid ſibi non totum explicandum, ſed ex parte tangendum quiſque ſuſcipiat; ſive ad illuminandam declarandámque ſententiam, nihil quidem rerum, verborum tamen aliquid addat, cui auctoritas narrandi conceſſa eſt; ſive rem bene tenens non adſequatur, quamvis id conetur, memoriter etiam verba quæ audivit ad integrum enuntiare.* Præſtitiſſet dicere, ut contumacibus os obturaretur, quandoquidem apud homines non prorſus iniquos ea, quæ memoravit leviter variantia, mendacia non habentur; Evangeliſtarum narrationem eo modo variantem, falſam eſſe, aut pugnantem propterea dici non poſſe. Nam quamvis id quod ait, quaſi conſectarium, deduci queat ex narrationibus Evangeliſtarum; propterea tamen, niſi fallor, non dixerimus id fuiſſe conſilium Dei, in illa varietate.

CANON XII.

Qui pauciora habet non negat plura dicta aut facta, modò ne ulla ſit excluſionis nota; nec qui plura habet eum, qui pauciora narrat, malæ fidei arguit.

HIc Canon poſſet, certiſſimis Logicorum regulis, de natura Enuntiationum Particularium & Univerſalium, comprobari; ſed cùm etiam illorum ignaris ſit ſatis perſpicuus, ſi modò ejus verba intelligant, uno potiùs atque altero exemplo illuſtrabitur à nobis.

Matthæi Cap. VIII Marci Cap. IV. & Lucæ Cap. VIII. Harmoniæ p. 160. narratur hiſtoria de Dæmonibus, qui corpora ſuum ſubierunt. Marcus quidem & Lucas unum virum impuris Spiritibus obſeſſum memorant, at Matthæus duos fuiſſe ait. Verùm nt qui dicit duos, unum non negat: ita qui unum ponit, nec ullo indicio plures excludit, minimè adverſatur iis qui plures memorant. At quare, inquies, unum dixere Lucas & Marcus, non duos? Quia ſic acceperant ab iis, ex quorum ore hiſtoriam Evangelicam conſcripſerunt; qui cur alterum prætermiſerint neſcio. Poſſunt eſſe multæ cauſæ, quas memorare nihil attinet, cùm quænam ſit vera, aut veræ propior nullâ conjecturâ adſequi poſſimus. Hanc commentus eſt *Auguſtinus*; alterum, nempe, obſeſſorum à Cacodæmonibus notiorem ac celebriorem altero fuiſſe. Ita enim loquitur in Opere de Conſenſu Evangeliſtarum Lib. II. num. 56. *Quod verò Matthæus duos dicit fuiſſe, qui legionem illam Dæmonum patiebantur, quæ in porcos ire permiſſa eſt, Marcus verò & Lucas unum commemorant; intelligas unum eorum fuiſſe perſonæ alicujus clarioris & famoſioris, quem regio illa maximè dolebat, & pro cujus ſalute plurimum ſatagebat. Hoc volentes ſignificare duo Evangeliſtæ, ſolum commemorandum judicaverunt, de quo facti hujus fama latiùs præclariùſque fragraverat.* Verùm perinde hoc eſt, quaſi quiſpiam noctu in ſcopum jaculari aggrederetur, quem neque videret, nec ſe feriiſſe umquam ſcire poſſet, quamvis telum in illum impegiſſet. Itaque præſtat, ut dixi à conjecturis abſtinere. Attamen ſequentia

Augustini verba digna sunt quæ huc transferantur, quippe quæ multùm faciant ad intelligendum hac in historia Evangelistarum consensum. *Nec quod verba Dæmonum*, inquit, *diversè ab Evangelistis dicta sunt, habet aliquid scrupuli; cùm vel ad unam redigi sententiam, vel omnia dicta possint intelligi. Nec quia pluraliter, apud Matthæum, apud illos singulariter loquitur, cùm & ipsi narrent quod interrogatus quid vocaretur, legionem se esse respondit, eo quòd multa essent Dæmonia.*

Simile quidpiam dicendum de alia haud dissimili discrepantia eorumdem Evangelistarum, de cæcis qui à Jesu curati sunt, quarto præconii anno, cùm Jerosolimam se conferret, & de quibus Matthæus Cap. XX. Marcus Cap. X. Lucas Cap. XVIII. Harmoniæ pag. 344. Nam Matthæus quidem duos cæcos memorat, ceteri verò unum, quem filium Timæi vocat Marcus, nomine ab aliis nequaquam appellatum. Ideóque similia ad hanc historiam habet *Augustinus*, ejusdem Libri num. 125. *Nam duorum etiam*, inquit, *cæcorum, quos modò interposuit, unum fuisse notissimum & in illa civitate famosissimum, ex hoc etiam satis apparet quòd & nomen ejus & patris ejus Marcus commemoravit. Quod in tot superiùs sanatis à Domino, non facilè occurrit, nisi cùm Jairum Archisynagogum nomine expressit, cujus filiam resuscitavit Jesus. In quo etiam magis iste sensus apparet, quia & iste Archisynagogus utique in loco isto nobilis fuit. Procul dubio itaque Bartimæus iste, Timæi filius, ex aliqua magna felicitate dejectus, notissimæ & famosissimæ miseriæ fuit, quòd non solùm cæcus, verùm etiam mendicus sedebat. Hinc est ergo quòd ipsum solum voluit commemorare Marcus, cujus illuminatio tam claram famam huic miraculo comparavit, quàm erat illius nota calamitas.* Quæ autem à nobis dicta sunt de duobus hisce exemplis, ea dicta consenda sunt de omnibus factis; quorum pauciores aut plures, in hoc vel illo Evangelista, occurrunt circumstantiæ. Qui enim plura narrat, pauciora complectitur; qui pauciora memorat, plura non negat.

CANON XIII.

Librariorum peccata, si quæ sunt in Evangeliis, non sunt repugnantiarum loco habenda.

Multi doctissimi viri existimant mendum esse Librariorum in Joanne, omnibus frustra tentatis ad eum in concordiam cum ceteris Evangelistis redigendum, de hora quâ Pilatus damnavit Jesum; quam *circiter sextam* fuisse ait Joannes Cap. XIX, 14. cùm Marcus dicat in crucem sublatum eum fuisse *horâ tertiâ*, Cap. XV, 25. Matthæus verò, Marcus & Lucas, cùm aliquamdiu è cruce pependisset Jesus, circa horam sextam factas esse tenebras usque ad nonam. Vide Harmoniæ pag. 472. Contendunt ergo, apud Joannem, pro ὡσεὶ ἕκτη legendum esse ὡσεὶ τρίτη, *quasi tertia*. Ac sane dubium esse nequit quin ita sit intelligendus Joannes, ut idem dicere voluisse statuatur ac Marcus, qui cum tribus aliis Evangelistis ad amussim consentit. Itaque si quid sit mendi, non esset Marcus refingendus ad Joannem, sed potiùs Joannes ad Marcum; contrà quàm censebat scriptor commentarii in Psalm. LXXVII. quem sub nomine *Hieronymi* habemus. Posset certè ϛ apud Joannem positum fuisse loco Γ, quod ille apud Marcum factum esse malè conjicit; perperámque eum conjicientem sequutus est *Dion. Petavius* de Doctrina Temporum, Lib. XII. c. 19. ut ex sola lectione Harmoniæ nostræ liquebit. Verùm nec emendatio hujus loci in Joanne satis placet, neque aliud quod satisfaciat, re diligentiùs expensâ, invenio. Proposui quidem nuper, in Additamentis ad Adnotationes *Henr. Hammondi* in Novum Testamentum, aliam rationem hujus loci explicandi, quæ nonnullis placuit; sed ut accurata esset, oporteret à Joanne scriptum non ἕκτη, sed ἐνάτη, *nona*. Itaque rem in medio relinquimus.

Cavendum tamen diligentissimè à conjecturis aut veterum Criticorum, aut Librariorum; qui cùm non intelligerent quo modo ad concordiam revocandi essent variis in locis Evangelistæ, ex uno alios non raró emendarunt, ut doctissimi quique Interpretes sæpiùs observarunt. Unum dumtaxat atque alterum exemplum subjiciam, ex *Th. Beza*. Sic ergo ille scribit ad ℣. 1. ultimi Capitis Marci: *Mira est Græcorum vetustorum Codicum varietas in hoc Capite; quod* Hieronymus *testatur, ad Hedybiam, in plerisque hujus Evangelii exemplaribus non exstare, quòd in eo non pauca inveniantur ab aliorum Evangelistarum narratione dissidentia.* Tum subdit: *ego verò id omnino temerè expunctum fuisse, & sic facilè restitui ac explicari posse arbitror, ut omnia pulcrè inter se consentiant.* Cui ego sententiæ libens subscribo, nec possum satis exprimere quantopere improbem eam Criticorum aut Librariorum audaciam.

Alterum exemplum idem nobis suppeditat, ex venerandæ antiquitatis Codice Græco-Latino, qui nunc est Cantabrigiæ. In eo, nempe, Lucæ Cap. III. Genealogia Christi non descendendo, ut apud Matthæum, sed adscendendo (iis tantùm adjectis quos Matthæus in Tessaradecadibus constituendis præteriit) ad Salomonem, ut apud Matthæum, non ad Nathanem, ut in ceteris Codicibus legi solet, deducitur. Quod quomodo fiat, vide apud ipsum *Bezam*. Hoc autem factum, ut Lucas conciliaretur cum Matthæo, contra omnium Codicum auctoritatem, atque universæ Antiquitatis, quam hæc discrepantia Evangelistarum exercitam habuit, consensum. Itaque cavendum ne, ex ejusmodi Codicibus, aut depravationibus, aggrediamur conciliare Evangelistas; qua in re ferè præferenda lectio, ex qua repugnantia nascitur, ei quæ Evangelistas consentientes præbet; quia nulla fuit exscriptoribus Christianis ratio, cur repugnantias facerent; at fuit mutandi, ut consentirent quæ dissentire videbantur.

CANON XIV.

Ordo narrationis multa in concordiam redigit, quæ inversa videntur pugnare.

Si plures unam historiam, prout quidem res contigerunt, absque ullo figmento, sed neglecto circumstantiarum ordine, narrare aggrediantur, tum inter se componantur; pugnantia dicere, primo intuitu, videbuntur iis qui ignorabunt ordinem temporis in singulis circumstantiis non fuisse observatum, præsertim si delectus circumstantiarum idem non sit. Hoc autem contigisse Evangelistis ex variis, quæ antehac diximus, conspectúque ipso nostræ Harmoniæ constare potest; ideóque non facilè credendum esset eos inter se pugnare, quamvis nesciremus, id quod docent nos Acta, eos accepisse Spiritum, *à quo in omnem veritatem ducti sunt*. Verissimè ergo *Augustinus*, memorati sæpiùs Operis Lib. II. n. 27. hæc habet de testimonio quod Joannes Baptista Christo perhibuit: *Si quæritur*, inquit, *quæ verba potius Joannes Baptista dixerit, utrum quæ Matthæus, an quæ Lucas eum dixisse commemorat, an quæ Marcus in ipsis paucis, quæ illum dixisse posuit tacens cetera, nullo modo hinc laborandum esse judicat qui prudenter intelligit ipsas sententias esse necessarias cognoscendæ veritati, quibuslibet verbis fuerint explicatæ. Quod enim alium verborum ordinem tenet, non est utique contrarium. Neque illud contrarium est, si alius dicit quod alius prætermittit. Ut enim quisque meminerat, & ut cuique cordi erat, vel breviùs vel prolixiùs eamdem tamen explicare sententiam: ita eos explicasse manifestum est.*

Hisce de causis, in componendis inter se Evangelistis, ita eorum verba digessimus, *primùm*, ut quæ habent communia ea ἐν παραλλήλῳ sint collocata, in distinctis columellis, quibus est præfixum singulorum Evangelistarum nomen; *secundùm*, ut singularia unicuique manibus, quarum index extensus ea monstraret, distingueremus, relictâ chartâ vacuâ in ceteris Evangelistis; *tertiùm*, ut ex omnibus, quæ apud omnes Evangelistas occurrunt, ordine, quem ex re ipsa commodissimum judicavimus, digestis formaretur veluti series continuata narrationis; quam integram expressimus, in subjecta Historia Evangelica. Eam in rem, quamvis in Marco, Luca & Joanne ordinem historiarum servaverimus, (excepto uno loco Lucæ de carcere Joannis Baptistæ, Cap. III. 19, 20.) attamen in singulis factis aut sermonibus, eorum verba divulsimus, ubi res postulavit, ut narrationi sua series constaret; ita tamen ut asteriscis & numeris divulsa verba & versus constanter signarentur. Nec quisquam nobis hoc vitio verterit qui Evangelia inter se compararit, intellexeritque ex ea comparatione necessariò ab aliquo Evangelistarum inversum esse ordinem, cùm non sit apud omnes idem. Quisquis etiam ordinem nostrum expenderit, legeritque Paraphrasticam nostram Historiam, videbit multa eâ ratione feliciter esse in concordiam redacta, quæ aliter digesta dissentire ac pugnare videbantur. Legantur exempli causâ, historia carceris Joannis Baptistæ, pag. 62. vocatio Petri, Andreæ, Joannis & Jacobi, pag. 80. judicium Herodis de Jesu pagg. 180. & 182. descriptio convivii quo Jesus quinque hominum millia excepit pag. 184. castigatio ambitionis Apostolorum, pag. 224. historia denique condemnationis, mortisque & resurrectionis Christi; & solâ dispositione, multas esse sublatas ἐναντιοφανείας manifestò liquebit.

Potuissemus quidem interdum in tenniores particulas secare narrationes Evangelistarum, easque magis particulatim inter se componere; verùm parum utile hoc visum est, & tædiosum fortasse Lectori fuisset; ne dicam sæpe nimis divellenda Sacrorum Scriptorum verba fuisse.

CANON XV.

Facta temporibus remota, transitione connectuntur, quemadmodum proxima, cùm quæ inter ea contigerunt omittuntur.

Hujusce rei exempla invenire multa licet in iis Scriptoribus, qui in brevem narrationem ampliora volumina contrahere aggressi sunt, si comparentur cum iis quorum historias contraxerunt; ut si quis *Epitomen Livianam* cum ipso *Livio* aut *Joannem Xiphilinum* cum *Dione Cocceiano* conferat. Cùm enim omnia fermè transitionibus quibusdam conjungantur, quæ transitiones omissa minimè complectuntur; necesse est facta remota non minùs ita conjungi, quàm proxima. Quod tamen minùs peritos fallit, qui putant ea tempore conjuncta fuisse, quæ vident brevi transitione conjungi. Hoc acutè animadvertit *Augustinus*, de Consensu Evangelistarum Lib. II. num. 16. aptavitque commodissimè historiæ primi & secundi anni Christi. Verba ejus hac de re, licèt prolixiora, huc integra transferemus. *Quæritur*, inquit, *quando fieri potuerunt quæ contexit Matthæus, de profectione in Ægyptum, atque inde regressione post Herodis mortem, ut jam in civitate Nazareth habitarent; quò eos Lucas, postea quàm perfecerunt in Templo circa puerum omnia, secundum legem Domini, reversos esse commemorat. Hic proinde cognoscendum est, quod deinceps ad cetera talia valeat, ne similiter moveant animùmque conturbent, sic unumquemque Evangelistam contexere narrationem suam, ut tamquam nihil prætermittentis series digesta videatur; tacitis enim quæ non vult dicere, sic ea quæ vult dicere illis quæ dicebat adjungit, ut ipsa continuò sequi videantur. Sed cùm alter ea dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo consideratus indicat locum, ubi ea potuerit, à quo prætermissa sunt, transilire; ut ea quæ dicere intenderat ita superioribus copularet, tamquam ipsa, nullis interpositis, sequerentur.* Deinde subjicit memoratum exemplum, *ac per hoc*, inquit, *intelligitur*

telligitur Matthæus, ubi ait somnio admonitos Magos, ne redirent ad Herodem, & per aliam viam regressos in regionem suam; illic prætermisisse quæ Lucas narravit gesta circa Dominum in Templo, & dicta à Simeone & Anna; ubi rursus Lucas prætermittens profectionem in Ægyptum, quam narrat Matthæus, tamquam continuam contexuit regressionem ad civitatem Nazareth.

Huic exemplo vix opus est ullum addi, vide tamen apud Matthæum & Marcum, pagg. 78 & 80. Harmoniæ, vocationem Petri & Andreæ, eámque compara cum Lucæ narratione; & videbis inter priorum Evangelistarum verba, quamvis omissionis aut hiulcæ narrationis nullum prorsus in iis sit indicium, inferendum necessariò esse quod habet Lucas, de piscatu. Talia non pauca occurrent etiam in historia quarti anni Christi, quæ præstat integra in nostra quatuor Evangeliorum Paraphrasi, collata cum verbis Evangelistarum, quàm contracta hic obscuriùs proponi.

CANON XVI.

Quæ quispiam facit per alium ea ipse facere videtur, quamobrem ea fecisse sæpe dicitur.

HÆc est pervulgata Jurisconsultorum regula, cujus sæpe meminisse nos oportet, cùm in omnium Historiarum, tum etiam in Novi Testamenti lectione. Ex ea duo sequuntur; posse, nimirum, in brevi præsertim narratione quempiam induci facientem ipsum id quod fecit per alios; & legatum aut nuntium loquentem eodem modo, ac si is à quo mittitur præsens ipse animi sui sensa exponeret. Judæi solebant hoc, ut in Lexico observavit *Joan. Buxtorfius*, duplici proverbio exprimere; hoc, nimirum, modo: שלוחו של אדם כמותו *nuntius alicujus est instar ipsius*; & hoc: שלוחא דמלכא כמלכא, *nuntius Regis est instar Regis.*

Hoc si probè intellexerimus, facilè in concordiam redigemus quæ narrantur de Centurione Capernaümensi Matth. VIII. & Luc. VII. Harmoniæ pag. 128 Is enim à Luca dicitur adlegasse ad Jesum Judæos, cùm ad eum ipse ire non auderet; verùm à Matthæo ipse Jesum conveniens, atque alloquens inducitur. Nimirum, Matthæus, more apud Scriptores Sacros frequentissimo, breviùs rem narrans ipsum facientem describit quod per alios fecit. Ex eadem consuetudine, apud Lucam ℣. 6. Judæi adlegati à Centurione, ita personam ejus in se transferentes inducuntur, ut eodem prorsus modo loquantur, ac si ipse præsens verba faceret: *misit ad eum Centurio amicos dicens: Domine, noli vexari, non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres, &c.* Ejus consuetudinis Scriptorum Sacrorum permulta exempla congessimus, in Commentario nostro in Pentateuchum, cujus Indicem vide in voce *Nuntius.*

CANON XVII.

Cùm quispiam obscuriùs designatur, sæpe, pro numero singulari, adhibetur pluralis.

HIc Canon necessarius est, ut ad consensum revocentur Historiæ Christi loca, in quibus quod unus Evangelistarum uni tribuit, id pluribus ab alio adscribitur. Sic Matth. II, 20. de uno Herode, Rege Judææ, ita loquitur Angelus: τεθνήκασιν οἱ ζητοῦντες, *defuncti sunt qui quærebant animam pueri.*

Ex hac consuetudine loquendi, Marcus C. V, 31. narrat *discipulos dixisse Jesu* quidpiam quod à Petro dictum memoratur Luc. C. VIII. 45. Similiter Matth. XIV, 17. Marc. VI, 38. Luc. IX, 13. inducuntur discipuli dicentes id, quod apud Joannem Cap. VI, 9. uni tribuitur Andreæ. Ac sanè quod unus dicit, consentientibus ceteris, id ab omnibus dictum censeri potest. Sed & interdum generalis hujuscemodi loquutio adhibetur, quamvis dissenserint ii de quibus sermo est; atque hinc solvitur nodus, qui nectitur ex celebri discrepantia Lucæ, à Matthæo & Marco; qui dicunt *latrones* Jesu convitiatos esse, cùm Lucas unum dumtaxat eorum eo scelere se se obstrinxisse doceat. Vide dicenda ad sequentem Canonem.

CANON XVIII.

Quod factum aut dictum à paucis, id sæpe omnibus indiscriminatim tribuitur.

CAp. XIV. Historiæ nostræ Evangelicæ, narramus, postquàm Joannes Baptista in carcerem conjectus fuisset ab Herode, Jesum ivisse in Galilæam, ex Joanne, Luca & Marco, & malè, in patria Nazaretha, à popularibus exceptum fuisse; postea verò subjicimus narrationem Joannis, quæ incipit à Capitis IV. versu 45. hisce verbis: *Cùm ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi* &c. Qui hæc consentiunt, inquies, cum superioribus, in quibus à Galilæis malè habitus fuisse narratur Jesus? Hoc, nimirum, alibi in Galilæa contigit, apud nonnullos alios Galilæos. Quamobrem hæc ita expressimus: *ille verò in alias Galilææ partes se contulit, in quibus benigniùs est exceptus* &c.

Ejusmodi ubique occurrunt loquutiones, quæ cùm sono sint generales, sensum tamen particularem occultant. Sic Joan. VIII, 3. dicuntur *Scribæ & Pharisæi* adduxisse adulteram ad Jesum, hoc est, nonnulli Scribæ & Pharisæi, ut alibi passim; frequentissima enim est ea ambiguitas Linguarum Græcæ, & Latinæ, quæ & in alias solet transfundi. Vide Capp. ejusdem Evangelistæ VIII, IX, X. atque intelliges iis vocibus, ut & vocabulo *Judæi*, non modò non omnes, qui ita vocabantur, sed alios, atque alios significari. Ac proinde mirum videri non debet, si verba contraria, dissimilésque affectus iis, qui eodem nomine appellabantur, interdum tribuan-

tribuantur. Exempli causâ, *Judæi* qui dicuntur credidisse Jesu Joan. Cap. VIII, 30. non sunt iidem ac ii, quibus exprobrat Dominus crudele consilium de ipso interficiendo ℣. 40. aut qui eum conviciis proscindunt ℣. 48. & seqq. quamvis nullâ distinctione secernantur ab aliis, in narratione Joannis, qui semper *Judæos* indiscriminatim cum Jesu colloquentes inducit. Capite IX. non semel *Pharisæi* & *Judæi*, videntur dici soli Magni Synedrii Adsessores, ut ex Paraphrasi nostra liquebit.

CANON XIX.

Ut sensus verborum Evangelistarum aut Domini exprimatur, nihil Paraphrasi inserendum quod non vi ac potestate verborum contineatur, aut certè manifestò consentaneum non sit cum eorum doctrina.

HIc Canon ad Harmoniam non pertinet, sed ad Historiam Harmoniæ subjectam; eúmque, ut & sequentem, superioribus addendum censuimus, ut hic paucis Paraphraseos etiam nostræ rationem redderemus. Potuissemus quidem multò copiosiùs sententiam verborum Christi & Evangelistarum exprimere, quemadmodum fecit olim vir summus *Des. Erasmus*, aliique in aliis Libris Sacris cùm Latinè, tum Linguis hodiernis. Sed duo potissimùm obstiterunt quominùs eam interpretandi rationem iniremus. Primum est, quòd statuerimus quàm minimùm fieri posset abire à simplicitate Evangelica, dum conjecturis nostris indulgemus. Quod fit in explicatione prolixiore ac subtiliore singularum orationis partium; in quam multò plura conjiciuntur, quàm quæ possunt ex verbis Scriptorum Sacrorum demonstrari; ut possem facilè ostendere, prolatâ particulâ ex ejusmodi Paraphrasi, nisi præstaret hoc ab ipso Lectore tentari. Alterum quod me ab eo instituto deterruit; hoc fuit, quòd in uberiore Paraphrasi rarò observari possit vis & series orationis, nexúsque ratiocinationum ostendi; quod tamen in hujusmodi operibus est longè maximi momenti, cùm in iis nexum cogitationum sæpe quærant Lectores potiùs quàm singulorum commatum sententiam; quæ aut non obscura est, aut in Commentario commodiùs multò explicatur, quàm in Paraphrasi. Quæ cùm ita sint, si quis tamen de iis dubitaret, juberemus eum conferre aliquot Capita nostræ Paraphraseos cum *Erasmi* Paraphrasi; cum cujus Scriptis, & ingenio & eruditione multò inferiores, ceteroqui comparari nostra nollemus; nisi via ac ratio instituti nostri fiduciam nobis adderent, quam ab acumine & à doctrina sperare non poteramus. Quòd si eâ comparatione institutâ, ab æquo atque erudito Lectore, non judicemur tutiorem ac commodiorem viam ingressi; causam non dicimus, cur hæc nostra indigna luce publica non judicentur, blattisque ac tineis absumenda è manibus abjiciantur. Quæ tamen ita intelligi nolimus, quasi inutiles censeamus viri maximi, & aliorum doctissimorum hominum ejusmodi labores; qui ex eorum lectione multa didicimus, & ab aliis disci posse existimamus, quamvis ea alibi atque aliter commodiùs doceri potuissemus.

Conati igitur sumus nihil in Paraphrasi scribere, quod non ex verborum notissima potestate, seriéve sermonis, Grammaticis consequentiis, deduci posset. Quod non tam facile nobis fuit, ac fortè videbitur nostra legentibus: ut solet labor eorum, qui confragosam viam complanarunt, multò minor videri fuisse iis, qui eam postea planam calcant, quàm laborem ipsum expertis. In exprimendis præsertim orationibus Christi, quas Joannes litteris mandavit, non exigua opus fuit meditatione. At laborem hic nostrum commemorare nihil attinet, qui si caruisset successu, commiseratione potiùs quàm laude dignus esset; si verò minimè irritus fuisse putetur, non ex magnitudine, sed ex utilitate æstimabitur. Itaque, ut ad rem redeam, non diffiteor aliquando, præter ea quæ, necessariâ consequentiâ, ex Evangeliorum verbis deduci possunt, nonnulla a me sententiæ esse addita; perspicuitatis causâ, aut ut legentis animus magis percelleretur. Verùm operam dedi, non modò ut quàm parcissimè hoc facerem; sed etiam ut nihil Christi atque Evangelistarum sensis adderem, quod eorum indubitatis dogmatibus consentaneum non esset. Potuit quidem fortè fieri ut sententiam quampiam Christianam quærerem, ubi non erat; útque crederem aliam ibi non esse, ubi fuit; at profectò me uspiam quidquam, quod pugnet cum Religione, scripsisse non existimo. Quam quidem exornare alii eloquentiâ multò præstantiore, & acumine ingenii majore, facilè possint; sed quemquam magis amare, ac revereri posse, quàm nos, non putamus.

Nihil est præterea quod addam, nisi me interdum cogitantem orationes Christi nimis tenui ac demisso stylo à me expressas, atque ad magnitudinem rerum exsurgere conantem, illâ, quam dixi, reverentiâ retractum veluti fuisse; cùm reputarem rem nimis seriam agi, quàm ut illis rhetoricis pigmentis ornari deberet. Ea profectò cogitatio flosculos captantem non semel revocavit, veritatémque nudam ac simplicem animo meo objiciens amore quidem ejus summopere incendit, sed simul dicendi illâ facultate, si qua in me fuit, planè spoliavit. Itaque solâ præstantiâ argumenti fretus, nihil præter fidam ac perspicuam ejus interpretationem quæsivi.

CANON XX.

Ut sensus dictorum Dialecto Sacrâ expressorum perspicuè intelligatur ab iis, qui eam Dialectum non callent, sunt vitanda, quatenus licet, omnia ejus idiomata aliena ab ingenio linguæ quâ utimur.

QUamvis Lectores ex stylo nostro satis sint intellecturi nos minimè esse in sententia,

tentia, optimi quidem & doctissimi viri *Sebastiani Castellionis*, sed hac in re minùs aliquando perspicacis, qui voces omnes usu consecraras & propterea claras, Latinis minùs commodis, exprimebat; attamen sciant oportet nos diligentem operam dedisse, ut discuteremus obscuritatem omnem Hebraïsmorum claris loquutionibus, & facilè intelligendis ab iis, qui Latinè tantùm scirent. Ciceronianum quidem delectum verborum aut loquutionum non adhibuimus, quippe qui in Ciceroniani ævi hominum usum non scripsimus; sed proprietatem sermonis, perspicuitatis causâ, sectati sumus, vitatis omnibus loquutionibus Orientalibus, quatenus licuit, ut intelligeremur ab iis, qui Orientales Linguas minimè callent. Scio esse quasdam loquutiones, quas vitavimus, & quas tamen sine offensione aurium iis adsuetarum adhibere potuissemus; verùm hoc quoque scio, permultos iis loquutionibus adsuetos, eas à se intelligi perperam credere, ideò tantùm quòd ab infantia aures eorum verberarint, & usurpatæ sæpiùs fuerint, inter loquendum. Igitur non sine ratione eas posthabui, ut Latinè rem non aliter intelligendam exprimerem. Ejusmodi sunt loquutiones in omnium ore creberrimæ, orare Deum *in nomine Christi*, *baptizare in nomen Patris*, *Filii ac Spiritûs Sancti*, quas prout interpretati sumus in Additamentis ad *Henr. Hammondi* Adnotationes in N. T. hîc Latinè expressimus, & aliæ similes, quas præstat à Lectoribus Evangeliorum verba cum Paraphrasi nostra contendentibus expendi, quàm earum interpretationem hîc à nobis venditari. Quòd si quid ejusmodi etiamnum stylo nostro, propter insolitam consuetudinem quam non facilè exuimus, adhæserit, id moniti, aut sponte nostrâ in altera Editione, si fiat, emendabimus.

Eadem de causa; nimirum, ut vitarem obscuritatem; refugi loquutiones multas Scholasticas, quæ ad offundendas rebus tenebras potiùs inventæ sunt, quàm ut clariùs res per se obscuræ intelligerentur. Nihil à nobis credi aut fieri postulat Christus, quod non possimus, ut mihi quidem videtur, vocibus è medio usu desumtis luculentè describere atque interpretari hodie, apud Latinè scientes: quemadmodum ille fecit olim Judaïcâ Linguâ, apud homines ejus peritos, quos plebeio, non philosophico stylo, docere aggressus est; qui plebi indoctæ nunc non est sæpe obscurus, quòd Philosophiam plebs ignoret, sed quia est idiomatum Judaïcæ Linguæ, olim vulgò notorum in Judæa, imperita.

CANON XXI.

Quamvis non potuissemus omnia loca, quæ pugnare videntur, in concordiam redigere, aut obscura perspicuè interpretari, neque posset ab alio nunc fieri; non sequeretur veras iis inesse repugnantias, aut vitiosam obscuritatem.

RAtiones hujusce Canonis sunt claræ, & faciles inventu; quid enim mirum, si in antiqua Historia, quæ Linguâ intermortuâ narratur, & quidem paucis verbis, nec ad Rhetorum Regulas de narratione exactis, sint obscura nonnulla & dubia? Quid mirum si sermones habiti ad populum, cujus consuetudines omnes & opiniones non tenemus, ut nec multa alia ad eum pertinentia, aut potiùs eorum sermonum summa capita interdum obscuritate aliquâ apud nos laborent? Ad hæc accedit etiam Interpretum inscitia, quâ sæpe fit ut difficultates minimè superemus, quas superare possemus; cujus rei exemplum sæculum superius atque hoc nostrum viderunt, quibus extiterunt peritiores Scripturarum Interpretes, quàm per mille & quadringentos annos fuerant. Sed cùm humana ingenia fermè nihil simul ac semel absolvant, erit fortasse aliquando tempus, quo multa, quæ doctissimos quosque etiamnum fugiunt, clara fient. Igitur ne existimemus ea à nemine fieri posse quæ nos non possumus, nisi postquàm demonstraverimus ea esse supra vires humanas posita; nec Sacras Litteras temerè incusemus, quòd eas satis dextrè interpretari nesciamus. Ad me quidem quod attinet, semper ero paratus ad emendanda quæ hac in re deliquero, discendáve ea quæ ignoravero. Quod si quis meliora habere se putet, eum compellabo verbis *Augustini*, qui hunc fermè in modum loquitur de Consensu Evangelist. Lib. III. num. 43. *Evangelistis si uterque nostrûm credit, ostende tu aliter, quemadmodum fieri res potuerit, libentissimè adquiescam; non enim sententiam meam, sed Evangelii diligo veritatem.*

Secundæ Dissertationis F I N I S.

DISSERTATIO TERTIA,

DE

AUCTORIBUS EVANGELIORUM,

déque consilio quo conscripta, & tempore quo edita sunt ac lecta in Ecclesiis Christianis.

Consilium hujus Dissertationis. I. Testimonia Veterum de Matthæo. An scripserit Hebraicè. Non videri Nazaræorum Evangelium fuisse autographum Matthæi. II. Testimonia de Marci Evangelio. III. Testimonia de Evangelio Lucæ. IV. Irenæi *testimonium de Joanne. Consilium ejus ex* Eusebio. *V. Testimonia de quatuor Evangeliis. VI. Consilium Evangelistarum ex* H. Grotio *illustratum Scripsisse eos Evangelia, ut imperio Christi parêrent. VII. Ea in Ecclesiis Christianis, non multò postquàm edita fuerunt, publicè lecta fuisse.*

CUm rerum à Christo gestarum nulla supersit historia fide digna, præter eas quæ à sanctissimis viris, qui Evangelistæ dicuntur, conscriptæ sunt; maximi est momenti certò scire à quibus & quo consilio scriptæ sint, tum etiam quo tempore in lucem sint editæ; ne fides, quam iis habemus, temeraria credulitas existimari queat, aut levibus objectiunculis posse labefactari. Quamobrem hac Dissertatione aggredimur inquirere in ea, quæ de hisce rebus ex antiquissimis monumentis erui possunt; nam recentiora ad institutum nostrum nihil faciunt, quippe quæ ex antiquioribus sine examine petita, & quorum fides non immeritò laborat; cùm ita veris falsa permisceant, vix ut ea distinguere liceat. Ostendemus ergo, quoad fieri poterit, à quibus, quo animo, & quo tempore quatuor Historiæ, quæ Evangelia vulgò dicuntur, editæ ac publicè in Ecclesiis lectæ fuerint.

I. Ante omnia, proferemus testimonia Veterum de Evangelista Matthæo; deinde illa expendemus, ut quid ex illis confici possit liquidiùs intelligatur. *Papias*, qui cum discipulis Apostolorum versatus erat, sic de Matthæo loquebatur, in Opere quinque libris constante, cui titulum fecerat, Λογίων Κυριακῶν ἐξηγήσεως, *interpretationis Oraculorum Dominicorum*, ut docet *Eusebius* Hist. Ecclef. Lib. III. Cap. 39. sub finem: Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος: *Matthæus quidem Hebraïcâ dialecto oracula conscripsit, quisque verò, ut potuit, ea interpretatus est.*

Irenæus, qui multùm tribuebat *Papiæ*, ejúsque libros diligenter legerat, eum sequitur Lib. III. c. 1. Græca ejus verba sic profert *Eusebius* Hist. Ecclef. Lib. V. c. 8 ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν: hoc est, ex versione veteris Interpretis: *Ita Matthæus, in Hebræis, ipsorum Linguâ Scripturam edidit Evangelii, cùm Petrus & Paulus Romæ Evangelizarent, & fundarent Ecclesiam.* Vide & ejusdem Libri *Irenæi* Cap. XI. Subjungere possumus *Irenæo* non quidem Scriptorem certum, sed antiquam famam; cujus hoc modo meminit *Eusebius*, Hist. Ecclef. Lib. V. c. 10. ubi de *Pantæno*, qui sub Antoninis floruit: ὁ Πάνταινος καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται· ἔνθα λόγος εὑρεῖν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν· οἷς Βαρθολομαῖον τῶν Ἀποστόλων ἕνα κηρύξαι· αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι, τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφήν· ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον: *Pantænus etiam ad Indos venisse dicitur. Ibi fama est invenisse eum, quod ejus adventum ante-*

antecesserat, Evangelium secundùm Matthæum, illic apud quosdam qui Christum noverant; quibus Bartholomæus, Apostolorum unus, prædicasset, & Hebræis litteris Matthæi reliquisse scriptum, idque servatum fuisse ad memoratum tempus.

Similia scripserat *Origenes* Lib. I. Explicationum in Evangelium Matthæi, ubi hæc de Matthæo legebantur, quæ sunt apud *Eusebium* Hist. Eccles. Lib. VI. c. 25. Πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τὸν ποτὲ τελώνην ὕστερον δὲ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον: *primùm quidem scriptum est id quod est secundùm Matthæum, qui illud edidit iis qui ex Judaismo crediderant, litteris Hebraicis compositum.*

Eusebius ipse, qui testimonia memorata protulit, ab iis minimè recedit Lib. III. Hist. Eccles. c. 24. ubi de Evangeliis agit, & sic de Matthæo loquitur: Ματθαῖος μὲν γὰρ πρότερον Ἑβραίοις κηρύξας, ὡς ἤμελλε καὶ ἐφ' ἑτέρους ἰέναι, πατρίῳ γλώττῃ γραφῇ παραδοὺς τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον, τὸ λεῖπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, τούτοις ἀφ' ὧν ἐστέλλετο, διὰ τῆς γραφῆς ἀπεπλήρου: *nam Matthæus, cùm Hebræis priùs prædicasset, & ad alios profecturus patriâ Linguâ litteris mandavit Evangelium secundùm ipsum, & quod supererat ejus præsentiæ conficiendum, iis à quibus discedebat, scripto supplevit.*

Testium agmen claudet *Hieronymus*, qui hæc habet, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis: *Matthæus, qui & Levi, ex Publicano Apostolus primus in Judæa, propter eos qui ex circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis litteris verbisque composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi Bibliotheca, quam Pamphilus Martyr studiosissimè confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Beræa, urbe Syriæ, hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit.*

Non tantùm alios testes recentiores, aut dubios, omittimus; sed nec addimus quidquid fermè superest Scriptorum Secundi & Tertii, post Christum natum, sæculi, proferre loca ex hoc Evangelio, quod nomine Matthæi laudant. Testimonia allata per se sat firma cùm sint, nullis aliis indigent; sed & nonnulla alia addemus, in sequentibus. Hæc dumtaxat consectaria ex jam allatis deducimus; primùm, hoc Evangelium, quod Matthæi dicitur, verè esse ejus cujus nomen præfert, cùm universa Antiquitas hac de re consentiat; secundùm, vulgò persuasum fuisse, hoc Evangelium scriptum primùm Hebraïcè esse, in gratiam Judæorum Græcè nescientium; tertiùm, ignoratum tamen fuisse interpretem, cujus curæ translatio deberi credebatur. Disertè ultimum hoc habent *Papias* & *Hieronymus*, quod silentio suo confirmare videntur ceteri à nobis allati testes; pro illa Jurisconsultorum Regula: *qui tacet non utique fatetur, sed tamen verum est eum non negare.* Certè non videntur *Irenæus*, *Origenes* atque *Eusebius* nomen hominis omissuri, si scivissent, præsertim cùm non ignorarent quid dixisset hac de re *Papias*.

Primum consectarium in dubium revocari nequit, nisi ab iis qui possent dubitare an Æneis sit *Virgilii*; hoc est, ab hominibus, qui nesciant quâ ratione constet nobis libros eorum esse, quorum nomina præferunt. Nullus enim liber proferri potest, qui majore consensu cuipiam sit tributus, quàm hoc Evangelium Matthæo. Scio Marcionitas & Manichæos postea, in hoc Evangelium, aliquid dixisse; at nullis criticis argumentis hanc in rem utebantur, sed ratiocinationibus, quibus non deest tantùm critica ἀκρίβεια, verùm sensus ipse communis. Itaque eos non moramur.

Idem vix dicere ausim de secundo consectario, nam quamvis vulgò à Patribus affirmari videam Matthæum Hebraïcè scripsisse; attamen, ut dicam quod sentio, vereor ut in illam sententiam delapsi sint duabus tantùm de causis, quæ mihi satis graves non videntur. Prima est, auctoritas *Papiæ*, qui primus affirmavit quod nemo ex ipso Matthæi exemplari quod habemus colligere umquam potuisset; neque enim magis redolet translationem, quàm Joannes aut Marcus. Norunt autem omnes quàm exigui ponderis sit Papiæ testimonium, si solum sit. Facilè potuit aut malè intellecta narrare, aut fortè etiam fingere; quod in aliis rebus fecisse videtur, ut *Eusebio* dudum animadversum, qui de regno mille annorum, quod in terris exspectandum aiebat *Papias*, loquutus ita pergit Lib. III. c. 39. ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις ὑπολαβεῖν τὰ ἐν ὑποδείγμασι πρὸς αὐτῶν μυστικῶς εἰρημένα μὴ συνεωρακότα. σφόδρα γάρ τοι μικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων τεκμηράμενον εἰπεῖν φαίνεται: *quæ existimo, cùm malè accepisset Apostolicas narrationes, eum credidisse, quæ figurato sermone & mysticè ab iis dicta fuerant minimè adsequutum; quippe qui fuit exiguo ingenio, ut ex ejus libris certò intelligere licet.* Attamen, propter antiquitatem, multis imposuerat, & mille annorum fictitium regnum persuaserat. Πλὴν καὶ τοῖς, inquit *Eusebius*, μετ' αὐτὸν πλείστοις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς ὁμοίας αὐτῷ δόξης παραίτιος γέγονε, τὴν ἀρχαιότητα τἀνδρὸς προβεβλημένοις: *Plerisque tamen post se Ecclesiasticis Scriptoribus ejusdem erroris occasionem præbuit, hominis vetustate se se tuentibus.* Facilè etiam fieri potuit ut quod de Matthæi Hebraïco Evangelio primus scripserat, temerè ab aliis sit arreptum. Hoc autem ejus testimonium levius reddunt, non modò quæ de eo ex *Eusebio* protulimus, sed pars etiam ipsius testimonii quæ in hisce verbis sita est: ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἐδύνατο ἕκαστος: *illa quisque, ut potuit, interpretatus est.* Quæ verba sapiunt μικρότητα τοῦ νοῦ, quam homini exprobrat *Eusebius*; nam pro ἕκαστος debuisset dicere ὅστις ἦν ἱκανὸς διαλέκτου ἔμπειρος, *quisquis Hebraïcè norat*, cùm Græculi vulgò talia vertere non possent. Sed nec bene eo modo esset loquutus, nam omnino dicendum fuisset, ὁ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἔμπειρος ἑρμήνευσεν

μηνύουσιν χαριζόμενοι τοῖς Ἕλλησι : quæ nonnulli Hebraïcæ Linguæ periti interpretati sunt in gratiam Græcorum, qui soli indigebant ejusmodi versione. Præterea quis ferat illud *ὡς ἐδύνατο*, *ut potuit*, si comparetur cum Evangelio quod nobis superest? Profectò si ex Hebraïcis versum est hoc Evangelium, meliùs ac fideliùs verti non potuit, ut ex ipsa re satis liquet iis, quibus palatum ad hæc sapit; ne jam dicam idem manifestum esse, ex collatione hujus Evangelii cum ceteris. Præterea si ab *unoquoque versum esset* hoc Evangelium, *prout potuit*, variarum illarum versionum aliqua apud Veteres superesset memoria: quemadmodum superest variarum translationum Latinarum Veteris ac Novi Testamenti; de quibus cùm alii, tum *Hieronymus* in Præfatione Evangeliorum. Atqui nulla superest, sed dumtaxat variæ lectiones à librariorum oscitantia maximâ ex parte ortæ.

Vereor, ut pergam dicere quod animo insedit, ut homo vanus subinsensior libris fuerit, quò fictas traditiones, quasi ab Apostolicis viris acceptas, securiùs venditaret. Hoc enim non obscurè præ se fert, in hisce verbis quæ eodem loco apud *Eusebium* leguntur: *οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης: neque enim ex librorum lectione, tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum vivâ voce.* Ex qua tamen deliria Chiliastarum hauserat, si modò ipse non finxerat. Quasi verò hæc, aut alia similia possent ullâ ratione conferri, cum libris Evangelistarum & Apostolorum; qui libri profectò non potuerunt minùs utiles videri, quàm sermones eorum discipulorum, nisi fatuis.

Igitur ex *Papia* hoc unum certò collegerim, fuisse eo ævo Evangelium Matthæi, nec quemquam dubitasse an ejus esset. Quæ de Hebraïco autographo habet, non facilè admiserim. At, inquies, *Hieronymus* testatur se id legisse: *ipsum*, inquit, *Hebraïcum habetur usque hodie in Cæsariensi Bibliotheca — Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit.* Quin & id exemplar Græcè transtulerat, ut docet in Cap. XII. Matthæi: *In Evangelio*, inquit, *quo utuntur Nazareni & Ebionitæ (quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & quod vocatur à plerisque Matthæi authenticum) homo iste, qui aridam habet manum, cæmentarius scribitur. &c.* Hanc fuisse alteram causam suspicor, cur Matthæus Hebraïcè scripsisse vulgò diceretur; quòd Nazaræi dictitarent se habere authenticum exemplar, nec absimile vero videretur Apostolum, inter Judæos præsertim versatum, Judaïcâ Linguâ scripsisse. Atqui tam facile fuit creditu Græcum exemplar à Nazaræis, in Hebraïcam Linguam translatum; quàm à Christianis ex Hebraïcâ in Græcam. Suspicionem hanc auget, quod mire interpolatum esset id Evangelium Nazaræorum; ut ex ejus fragmentis liquet, quorum nonnulla collegit *H. Grotius* ad initium Matthæi. Qui Historiam Evangelicam ita interpolarant, eadem audaciâ translationem pro authentico exemplari venditare facilè potuerunt, & fallere minùs cautos, inter quos ordinem ducere potuit *Papias*; & à quibus postea opinio ad sequentia secula manarit, eò faciliùs propagata quòd authenticum exemplar etiamnum exstare dicebatur.

At *Hieronymus*, inquies, callidus harum rerum æstimator, non modò ita censuit, sed *vocari à plerisque Matthæi authenticum* dixit. Non diffiteor, si suo judicio esset usus, maturéque rem expendere voluisset; quod, hoc in negotio, ab illo factum fuisse non puto; nec quisquam credet, qui legerit vel paucula illa additamenta, quæ in eo Nazaræorum Evangelio erant, atque ad nos pervenerunt. Solet autem *Hieronymus* in Commentariis, non tantùm ex sua ipsius sententia loqui, sed etiam ex aliena. Hic verò loquitur cum iis, qui id Evangelium numquam viderant, & cùm nescirent quot & quanta in eo essent additamenta, existimabant esse sincerum Evangelium Matthæi; inter quod & nostrum exemplar nullum esset, nisi Linguæ discrimen. Visne exemplum hominis, qui ita de hoc Evangelio sensit, quòd id numquam legisset? Is est *Epiphanius*, qui in Hæresi Nazaræorum, quæ est XXX. §. IX. hæc habet de Evangelio Hebraïco, quo etiamnum ejus ævo utebantur: *ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον πληρέστατον Ἑβραϊστί· παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο καθὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἔτι σώζεται: est verò penès illos Evangelium, secundùm Matthæum, plenissimum Hebraïcè; hoc enim certò, prout Hebraïcis litteris initio scriptum est, adhuc apud illos superest.* Si id, aut ejus translationem vidisset *Epiphanius*, numquam ita esset loquutus; nisi simul mutilum existimasset esse id quo Ecclesia, ejus tempore, ubique utebatur; quod sine dubio tantus Hæreticorum omnium adversarius non credebat. Vide quæ de Evangeliis habet in Hæresi *Alogorum*, quæ est LI. Sed nihil opus est ratiocinatione, ut sciamus ab *Epiphanio* numquam lectum Nazaræorum Evangelium; sic enim pergit: *οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας τὰς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον: verùm illud nescio an genealogias illas amputarint, quæ ab Abrahamo ad Christum usque perductæ sunt.* Hæc ostendunt ab *Epiphanio* ne revolutum quidem umquam esse id volumen, ac proinde ex aliena fide superiora dicta fuisse; quæ tamen verba, si sola exstarent, viderentur profecta ab homine cui res explorata fuisset. Quis enim, re perspectâ, posset confidentiùs loqui, quàm *Epiphanius*, in verbis paullò antea allatis? Attamen graviter fallebatur, & quidem incertam vulgi famam sequutus. Quale judicium ferendum etiam de *plerisque* illis, de quibus *Hieronymus*.

Nec ex mera conjectura contendimus *Hieronymum*, ex opinione vulgi, potiùs quàm sua, loquutum esse de Evangelio Nazaræorum; nam præter ejus interpolationes, quas probè noverat, ipse alibi dubio ac suspenso stylo de eo loquitur. Hæc sunt enim ejus verba,

verba, ex tertio libro contra Pelagianos, non procul ab initio. *In Evangelio*, inquit, *juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syróque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni, secundùm Apostolos, seu, ut plerique autumant, juxta Matthæum, quod & in Cæsariensi habetur Bibliotheca, narrat historia* &c. Voces *secundùm Apostolos*, innuere omnino videntur in eo Evangelio creditum à nonnullis, præter historiam Matthæi, fuisse & alias narrationes aliorum Apostolorum, seu quæ eorum dicebantur. Nam ut loquutione κατὰ Ματθαῖον significatur opera Matthæi in conscribenda, ac digerenda Historia Evangelica: ita κατ᾽ Ἀποστόλους innuit ex traditione atque auctoritate (seu verè, seu falsò venditarentur) Apostolorum, non Matthæi solius, multa in id opus fuisse congesta. Ac sanè non pauca erant, quæ à nostris Matthæi Codicibus absunt.

At sunt qui objiciant locum *Ignatii*, in Epistola ad Smyrnæos, ubi verba profert quasi à Christo prolata, quæ legebantur in Evangelio Nazaræorum, ut docet *Hieronymus* in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. in voce *Ignatius*. Ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον; *quando ad eos, qui cum Petro erant venit, dixit illis; apprehendite, palpate me & videte quod non sum dæmonium incorporale.* Quæ crediderim quidem Hieronymo fuisse in Evangelio Nazaræorum; sed videntur esse Paraphrasis verborum, quæ sunt Lucæ Cap. XXIV, 39. quâ uti potuit *Ignatius*, pro more antiquissimorum Patrum, qui persæpe Scripturæ sensum potiùs quàm verba laudant. Certè *Ignatius* ea verba Matthæo non tribuit, & Nazaræi etiam historiam, quæ apud Lucam exstabat, potuerunt suo exemplari Matthæi nonnihil immutatam inserere; ita ut utrique ex eodem fonte hauserint, non *Ignatius* ex Nazaræis.

Ex hisce colligere licet Nazaræorum Evangelium non videri fuisse exemplar authenticum Matthæi, quamvis contrà sentiat *Ric. Simonius*, in Historia Critica Textûs Novi Testamenti; cujus rationes, nisi fallor, subruimus, quamvis singillatim eas non expenderimus. Qua de re, judicabunt eruditi, veritatisque amantes Lectores; qui hæc nostra cum Simonianis conferant, si tes tanti videatur. Colligere etiam possumus, ex iis quæ dicta sunt de origine vulgaris Veterum opinionis, quâ putabant Evangelium Matthæi Hebraicè primùm scriptum fuisse, rem quasi exploratam propterea haberi non posse. *Maxima piæ antiquitatis consensio*, quam nobis hîc objicit *H. Grotius*, merum est μορμολυκεῖον; quia sermo non est de re, quæ posterioribus *Papiâ* explorata esset, quem videntur illi ἀβασανίστως sequuti.

II. De Marco eosdem fermè audiemus testes, quos de Matthæo protulimus. Primus erit *Papias*, cujus hæc sunt verba apud *Eusebium* Hist. Eccles. Lib. III. c. 25. in quibus narrat quid hac de re à Joanne Seniore audivisset: Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε, Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν ἀκριβῶς ἔγραψεν· οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα, ἢ πραχθέντα. οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ. ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας· ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν Κυριακῶν ποιούμενος λόγων· ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν· ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς: *aiebat etiam hoc presbyter ille; Marcum, nempe, qui fuit interpres Petri, quæcumque memoriæ mandaverat diligenter perscripsisse; non tamen ordine pertexuisse dicta, aut facta à Christo; neque enim audivisse Dominum, aut eum esse sequutum. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est, qui Petrus in usum audientium docebat, non ut sermonum Domini contextam historiam traderet. Itaque nihil peccavit Marcus, qui sic nonnulla scripsit, prout memoriâ repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quæ audiverat prætermitteret, aut ne quid inter ea falsi diceret.* Ex hoc testimonio, ceterisque quæ subjiciemus, liquidum est neminem dubitasse an Marcus Apostolorum discipulus esset auctor Evangelii, quod nomen ejus præfert. Cetera, quæ narrat *Papias*, quasi ex sermone, ut ait, Joannis Presbyteri, si inania prorsus non sunt, certè fide videntur parum digna. Nam, quidquid dicat, Marcus confecit σύνταξιν sermonum & factorum Christi, æquè ac alii Evangelistæ; in qua nihil vetat eum eorum ordinem à Petro accepisse, quem videmus accuratè consentire cum magnâ parte Matthæi, & cum duobus aliis Evangelistis. Mihi etiam valde suspectum est quod dicitur Marcus fuisse ἑρμηνευτὴς, *interpres Petri*; cùm multò verisimilius sit Petrum aut à pueritia didicisse Græcè loqui, cùm Linguæ Græcæ per totum Orientem frequentissimus esset usus; aut certè adflatu divino. Non dubito quidem quin Petrus sermones & facta Christi discipulis suis narraret; verùm non ita simpliciter Evangelium nuntiabant Apostoli, ut meris narrationibus uterentur, sicut ex Pauli concionibus satis constat. Multò credibilius est à Marco, datâ operâ, interrogatum esse de omnibus Petrum, atque ex ejus responsionibus conflatam hanc historiam, quod vel solus ordo suadet. Sed & alios audiamus testes.

Irenæus Papiam, more suo, fermè sequutus post verba, quæ de Matthæo antea recitavimus: μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, inquit, Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε: *post horum excessum, Marcus discipulus ac interpres Petri, & ipse quæ prædicabat Petrus, scripto nobis tradidit.* Græca verba debemus *Eusebio* Hist. Eccles. Lib. V. c. 8. Consentanea autem sunt hæc Papianis, nisi quòd cùm *Papias* narret Marcum, superstite Petro, scripsisse Evangelium, *Irenæus* post mortem demum Petri rem factam velit.

Vivo ac consentiente Petro, Marcum calamo manum admovisse narrabat *Clemens* Alexandrinus Lib. VI. Hypotyposeon, ex

quo hæc verba habet *Eusebius* Hist. Eccles. Lib. II. c. 15. Τοσοῦτον δ' ἐπέλαμψε ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μηδὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ. παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλείψοι διδασκαλίας. μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου γραφῆς. γνόντα δὲ τὸ πραχθέν φασι τὸν Ἀπόστολον ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς Ἐκκλησίαις: *tantus autem pietatis fulgor emicuit in mentibus eorum, qui Petrum audierant, ut non satis haberent semel audisse, nec contenti essent divini præconii doctrina; sed Marcum, Petri comitem, cujus exstat Evangelium, multis precibus orarent, ut doctrinæ illius quam auditu acceperant, scriptum aliquem commentarium apud se relinqueret. Nec priùs destiterunt, quàm hominem expugnassent; quomodo causa fuerunt cur scriberetur Evangelium, quod Marci dicitur. Quod factum cùm Petrus, revelante Spiritu Sancto, accepisset, delectatus hominum studio, librum illum auctoritate suâ comprobasse dicitur, ut deinceps in Ecclesiis legeretur.* Idem aliis verbis narrat ex *Clemente*, Hist. Eccles. Lib. VI. c. 14. nisi quòd dicat Petrum neque prohibuisse Marcum, neque adhortatum ad Evangelii scriptionem. Quæ quomodo possint commodè in concordiam redigi non satis intelligo, neque enim satisfaciunt quæ hac de re, ad posteriorem locum, habet vir doctissimus *Henr. Valesius*. At hoc constat Marcum ex ore Petri Evangelicam Historiam accepisse; cui rei *Eusebius* suum adscribit suffragium.

Similiter Hist. Eccles. Lib. III. c. 24. ubi quatuor Evangelia memorat, Marcum, absque ulla dubitatione, inter Evangelistas recenset. Ex eo videtur hausisse *Hieronymus* quæ habet de Marco in Lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis: *Marcus discipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breve scripsit Evangelium; quod cùm Petrus audisset, probavit, & Ecclesiæ legendum suâ auctoritate dedit, sicut Clemens in sexto Hypotyposeon libro scribit.* A sanè multò credibilius est à Petro laudatum Marci factum, quàm quod in altero loco habet *Eusebius*.

III. Ut nunc ad Lucam veniamus, hæc de eo habet *Irenæus* Lib. III. c. 1. *Et Lucas autem sectator Pauli, quod ab illo prædicabatur Evangelium in libro condidit.* Græca verba sic habebant, ut docet *Eusebius* Lib. V. c. 8. καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος Παύλου τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο. Cùm Paulus testis non fuerit sermonum & factorum Jesu, non poterat ea narrare, quasi sibi singulari ratione innotuissent, sed quemadmodum ea ab aliis Apostolis acceperat. Igitur nec Lucas dici satis commodè potuit *in Libro condidisse Evangelium, quod prædicabatur à Paulo*, nisi res intelligeretur de Actis Apostolorum, cùm agat *Irenæus* de Evangeliis. Nec sanè Lucas ait sibi materiam Evangelii traditam à Paulo, sed ab iis *qui ab initio ipsi viderant & ministri fuerant sermonis*, Cap. I, 5. Mirum est *Irenæum* horum verborum memorem non fuisse; atque hinc, ut ex innumeris aliis, intelligere licet, viris etiam optimis non esse facile credendum, si præsertim non magnam in eorum scriptis, judiciòve ἀκρίβειαν deprehendamus. Interea de summa rei constat; nimirum, *Irenæi* ævo Evangelium Lucæ habitum genuinum fœtum viri Apostolici, qui fuit Pauli discipulus.

Eusebius etiam Lib. III. c. 24. ubi agit de ordine Evangeliorum, sine ulla dubitatione de Lucæ Evangelio loquitur.

Sed accuratissimè omnium de Luca egit *Hieronymus*, in Catalogo Script. Eccles. *Lucas*, inquit, *Medicus Antiochensis, ut ejus scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis ejus comes. Scripsit Evangelium, de quo idem Paulus:* misimus, *inquit*, cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias. *Et ad Colossenses;* salutat vos Lucas Medicus carissimus. *Et ad Timotheum:* Lucas est mecum solus. *Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo* πράξεις Ἀποστόλων *prænotatur.* ——— *Quotiescumque in Epistolis suis Paulus dicit*, juxta Evangelium meum, *de Lucæ significare volumine; & Lucam non solùm ab Apostolo Paulo didicisse Evangelium; qui cum Domino in carne non fuerat, sed à ceteris Apostolis; quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens:* sicut &c. *Igitur Evangelium, sicut audierat, scripsit. Acta verò Apostolorum, sicut viderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens.* Verùm apud Paulum voce *Evangelium*, significari doctrinam ipsam Evangelicam, aut ejus nuntiationem, non verò volumen, doctissimi quique Interpretes observarunt.

IV. Esset nobis hic copiosiùs agendum de Joannis Evangelio, nisi de industria jam argumentum hoc excussissemus, in Dissertatiuncula præfixa interpretationi initii ejus Evangelii; in qua demonstravimus id genuinum esse Joannis Apostoli fœtum. Paucula dumtaxat hîc addemus, de ejus consilio. Mirum est *Ric. Simonium* Hist. Criticæ Textûs N. T. Cap. XIII. ubi agit de hoc Evangelio, non tantùm dicere *nulla superesse monumenta satis certa, ex quibus intelligere liceat rationes, quibus adductus est Sanctus ille Apostolus, ad aggrediendum hoc opus, postquàm viderat Evangelia Matthæi, Marci, & Lucæ*; sed etiam *Irenæum prodidisse duntaxat à Joanne Evangelium Ephesi esse editum; prætermissis & tempore & rationibus, quibus ad scribendum permotus est*; indicato in margine *Irenæi* Lib. III. c. 1. Atque *Simonium* scire oportuit Irenæum iterum meminisse Joannis Evangelistæ, ejusdem Libri Cap. XI. hisce verbis: *Hanc fidem annuncians Joannes Domini discipulus volens per Evangelii nunciationem auferre eum, qui à Cerintho inseminatus erat hominibus, errorem, &*

multò

multò priùs ab his, qui dicuntur *Nicolaitæ*, qui sunt vulsio ejus quæ falsò cognominatur scientia, ut confunderet eos & suaderet eos &c. Sicut omnis definitio, in jure civili, periculosa est, parum est enim ut subverti non possit, quemadmodum loquuntur Jurisconsulti: sic etiam periculosum est negare exstare quidpiam, apud Veteres, etiam illis qui eos diligentet evolverunt; cùm nulla sit memoria tam felix, quæ non interdum labatur.

Sed quod magis mireris, idem *Simonius*, post verba priore loco à nobis allata, multis recitat ex *Eusebio* quid de consilio Joannis scripsisset, ut putat, *Clemens* Alexandrinus; quod planè contrarium est iis, quæ ab initio Capitis affirmavit; nemo enim dixerit minùs certa fore quæ haberet *Clemens*, quàm quæ *Papias* memoriæ prodidit, cùm præsertim pars eorum quæ nomine *Clementis* ab *Eusebio* proferri putat *Simonius*, rebus ipsis confirmetur. Verùm non sunt Clementina, quæ de Evangeliis habentur apud *Eusebium* Lib. III. c. 24. sed Eusebiana. Deceptus est *Simonius* primis lineis Capitis, quas retulit ad sequentia, cùm referri debeant ad priora, seu ad historiam, quæ exstat Cap XXIII. At digna sunt Eusebiana illa, quæ hîc legantur, quia respiciunt ad dispositionem harmonicam Evangeliorum; sed Latinè tantùm, brevitatis causâ, ea proferemus, prout sunt ab *H.Valesio*, expressa. « Perlatis jam, inquit » *Eusebius*, in omnium ipsiúsque adeò Joan- » nis notitiam supradictis tribus Evangeliis, » approbavisse ea Joannes & veritatem scrip- » torum suo testimonio confirmasse dicitur; » solam verò narrationem earum rerum, quas » Christus circa initium prædicationis gesse- » rat, desiderasse; & profectò ita se res ha- » bet. Nam superiores quidem tres Evan- » gelistas, ea dumtaxat, quæ post conjectum » in vincula Joannem Baptistam unius anni » curriculo à Servatore nostro gesta sunt, lit- » teris mandasse perspicuum est; idque » ipsum, in principio operis sui, apertè signi- » ficasse. Matthæus certè post quadraginta » dierum jejunium, & post illam tentatio- » nem, quæ jejunium subsequuta est, histo- » riæ suæ tempus designat his verbis: *audiens*, » inquit, *quòd Joannes traditus erat, ex Ju-* » *dæa secessit in Galilæam*. Similiter etiam » Marcus: *postquàm*, inquit, *traditus est Joan-* » *nes, venit Jesus in Galilæam*. Sed & Lucas, » antequàm res à Christo gestas ordiatur, eo- » dem modo tempus designat, cùm ait: *ad-* » *jecit & hoc Herodes ceteris, quæ gesserat, ma-* » *lis, & conclusit Joannem in carcerem*. His » de causis, aiunt Joannem ab amicis roga- » tum & tempus ipsum quod superiores » Evangelistæ silentio prætermiserunt, & res » tunc à Servatore nostro gestas; eas, videli- » cet, quæ Joannis Baptistæ carcerem præ- » cesserant; in Evangelium suum conjecisse, » idque ab ipso indicari primùm cùm dicit: » *hoc initium miraculorum fecit Jesus*. Dein- » de cùm in ipso jam progressu narrationis » rerum à Jesu gestarum, mentionem interse- » rit Joannis Baptistæ, tamquam in Ænon » juxta Salem etiam tùm baptizantis; quod » quidem apertissimè ostendit his verbis: » *nondum Joannes conjectus erat in carcerem*. » Proinde Joannes quidem res à Christo ge- » stas, priusquàm Joannes Baptista custodiæ » mancipatus fuisset, Evangelio suo com- » plectitur. Reliqui verò tres Evangelistæ » res Christi gestas, ex quo Baptista con- » jectus est in carcerem, persequuntur. Quod » quicumque attentiùs observaverit, nequa- » quam Evangelia inter se dissidere posthac » existimabit; quippe cùm Joannis quidem » Evangelium initium actuum Christi, cete- » ra autem Evangelia sequentis temporis hi- » storiam contineant. Et seriem quidem » ipsam generis Christi, secundùm carnem, » utpote à Matthæo & Luca priùs traditam, » Joannes meritò prætermisit. Ab ipsa ve- » rò ejus divinitate sumsit initium, quippe » quæ à Spiritu Sancto ei, tamquam præ- » stantiori, fuisset reservata. Atque hæc de » Joannis Evangelio dicta sint à nobis.

Manifestò quidem liquet, ut mihi videtur, ex collatione Joannis cum aliis Evangelistis, voluisse eum supplere ea quæ eorum narrationi deerant; at res non ita se habet per omnia, quemadmodum putabat *Eusebius*, ut intelligent quicumque in Harmoniæ nostræ initia oculos conjicient, neque enim opus est rem à nobis hic particulatim exponi.

V. Postquàm divina volumina, quæ Evangelistarum nomina præferunt, eorum reverâ esse ostendimus; paucis nulla, præter hæc, fide digna habita fuisse probabimus. Caput integrum hanc in rem absumsit *Irenæus*, Libri, nimirum, III. undecimum, cui Capiti in prisca versione præfixus est hic titulus: *ostensio quòd neque plura, nec minùs quàm quatuor possent esse Evangelia*. In eo autem Capite, sic loquitur *Irenæus*: *Tanta est autem circa Evangelium firmitas, ut & ipsi Hæretici testimonium reddant ei & ex ipsis egrediens unus quisque eorum conetur suam confirmare Doctrinam. Ebionæi etenim eo Evangelio, quod est secundùm Matthæum, solo utentes, ex illo ipso convincuntur, non rectè præsumentes de Domino. Marcion autem id quod est secundùm Lucam circumcidens, ex his quæ adhuc servantur penès eum blasphemus in solum existentem Deum ostenditur. Qui autem Jesum separant à Christo, & impassibilem perseverasse Christum, passum verò Jesum dicunt, id quod secundùm Marcum est præferentes Evangelium, cum amore veritatis legentes illud corrigi possunt. Hi autem qui à Valentino sunt eo quod est secundùm Joannem plenissimè utentes, ad ostensionem conjugationum suarum, ex ipso deteguntur nihil rectè dicentes quemadmodum ostendimus in primo libro. Quando ergo hi qui contradicunt nobis testimonium perhibent, & utuntur his, firma & vera est nostra de illis ostensio. Neque plura numero, quàm hæc sunt; neque rursus pauciora capit esse Evangelia*. Quæ *Irenæi* firma est ratiocinatio & luculentum testimonium, de numero Evangeliorum. At eam certissimam veritatem postea, futilibus collectionibus, dehonestat, dum eam vult probare ex numero partium mundi

mundi & Cheruborum. Verùm hîc quærimus, non quomodo ratiocinaretur *Irenæus*, sed quid crederent ejus ævi Christiani, de numero Evangeliorum, quod ex ejus verbis manifestum est.

Hunc eumdem numerum tuetur *Tertullianus* passim, sed præsertim in libris contra Marcionem, ex quibus unum atque alterum locum proferemus. Sic igitur ille Lib. IV. c. 1. *Constituimus in primis Evangelicum Instrumentum Apostolos auctores habere, quibus hoc munus Evangelii promulgandi ab ipso Domino sit impositum. Si & Apostolicos, non tamen solos, sed cum Apostolis & post Apostolos. Quoniam prædicatio discipulorum suspecta fieri posset, de gloriæ studio, si non adsistat illi auctoritas magistrorum, imò Christi, qui Magistros Apostolos fecit. Denique nobis fidem Joannes & Matthæus insinuant; ex Apostolicis, Lucas & Marcus instaurant; iisdem regulis exorsi, quantum ad unicum Deum attinet creatorem, & Christum ejus natum ex Virgine, supplementum Legis & Prophetarum. Viderit enim, si narrationem dispositio variavit, dummodo de Capite fidei conveniat.* Idem Cap. V. postquàm ostendit non *apud solas Apostolicas Ecclesias, sed apud universas quæ illis de societate Sacramenti confœderantur, id Evangelium Lucæ, ab initio editionis suæ stare, quod cùm maximè tuebantur*; cùm alia, tum etiam hæc habet: *Eadem auctoritas Ecclesiarum Apostolicarum ceteris quoque patrocinabitur Evangeliis, quæ proinde per illas & secundùm illas habemus; Joannis dico & Matthæi; licèt & Marcus quod edidit Petri adfirmetur, cujus interpres Marcus; nam & Lucæ digestum Paulo adscribere solent. Capit Magistrorum videri quæ Discipuli promulgarint.*

Quibus in verbis *Tertulliani*, nonnulla latent obscuritate verborum, brevitatéque styli obnupta, quæ sunt digna quæ in paullò majori luce collocentur, quod paucis faciam. Primum est Evangelia, non sine singulari Divina Providentia, scripta esse partim ab Apostolis, partim ab Apostolicis viris. Si enim omnia scripta essent ab Apostolis, potuisset fortè quispiam paullò pòst dubitare, an impletum fuisset promissum illud Christi, de mittendo ad Apostolos Spiritu Sancto; cui rei Apostoli ipsi testimonium, apud posteros, præbere non potuerunt, quia res ad ipsorum auctoritatem non parum faciebat, nec ipsi testes in re sua esse poterant. At ei testimonium luculentum præbuerunt, eadémque operâ universum Evangelium confirmarunt eorum Discipuli Marcus & Lucas; Marcus quidem ad calcem Evangelii, Lucas vero initio Actorum Apostolicorum. Qua in re, si fidelem se minimè præstitisset Christus, Apostoli perpaucos habuissent Discipulos; cùm qui in re ejusmodi fefellissent, fidem omnem apud bonos amisissent. Tantùm abest ut invenissent Discipulos, qui cùm Christi, tum ipsorum dicta & facta litteris mandarent; ut ludibrio omnibus futuri fuissent, nec nomen umquam suum apud posteros propagaturi. Quis enim non refugisset, aut etiam sprevisset homines nullâ Græcanicâ eruditione præditos, nullâ auctoritate, nec ullis opibus suffultos; & præterea Discipulos hominis, qui minimè præstitisset quod pollicitus erat? Quis credidisset narrationibus Apostolorum, de miraculis à Jesu Nazareno editis, si promissam similem potestatem Apostolis numquam contulisset? Quis non dixisset homines bonos quidem fortè, sed parum cautos, deceptos fuisse à Magistro, nec fide esse dignos? Igitur longè maximi erat momenti transmitti ad posteros historiam, cùm Evangelii ipsius à Christo nuntiati, tum etiam ejus Apostolorum; cùm hinc liqueat persuasum fuisse Discipulis Apostolorum & eos à Deo verè missos, & Jesum in cœlo regnare; unde demiserat Spiritûs Sancti dona in Apostolos, quos alioqui nemo esset sequutus.

Quemadmodum verò Discipuli Apostolorum gravissimum testimonium perhibent Magistris: ita etiam horum narratio, consensu ipso cum Scriptis Magistrorum, quæ non viderant, non parum confirmatur. Neque enim credibile est Evangelium secundum Matthæum visum à Marco ac Luca; qui non reperiissent quæ antea bene narrata fuerant, & vitassent omnes ἐναντιοφανείας. At Joannes omnia hæc videre potuit & vidit Evangelia, cùm pauca ab aliis jam dicta repetierit.

Tertium est antiquissimas Ecclesias Christianas, ab Apostolis conditas, semper ex quo edita fuerant Evangelia, atque ad earum manus pervenerant, credidisse eorum esse quorum nomina præferebant. Nonnulli quidem Hæretici, ut ex *Irenæo* vidimus, uni Evangelistarum, omissis ceteris, adhærebant; at nec inter se consentiebant, & à ceteris Christianis multò pluribus damnabantur. *Marcionis verò*, (inquit *Tertullianus* intelligens Lucæ Evangelium ab eo interpolatum) *plerisque nec notum; nullis autem notum, ut non eo damnatum.*

Origenes, non modò dogmatum sui ævi sed & antiquitatum Ecclesiasticarum callentissimus, ita de quatuor Evangeliis loquitur, in fragmento T. I. Comment. in Matthæum, quod servatum est ab *Eusebio* Hist. Eccles. Lib. VI. c. 25. Ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίρρητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τόν ποτε τελώνην, ὕστερον δὲ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ ποιήσαντα· ὃν καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὡμολόγησε φάσκων· ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου· καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον Εὐαγγέλιον τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιηκότα· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην: *sicut ex traditione accepi, de quatuor Evangeliis, quæ sola in universa Christi Ecclesia, quæ sub cælo est, citra controversiam admittuntur; primum, scilicet, Evangelium conscriptum esse à Matthæo, aliquando quidem Publicano, postea verò Apostolo Jesu Christi, qui illud Hebraico sermone conscriptum edidit*

edidit apud eos qui à Judaiſmo crediderunt. Secundum fuiſſe accepimus Evangelium Marci, qui, prout Petrus ipſi narraverat, id confecit. Quem idcirco Petrus, in Epiſtola Catholica, eum filium ſuum agnoſcit his verbis : Salutat vos electa Dei Eccleſia, quæ eſt Babylone, & Marcus filius meus. *Tertium Evangelium Lucæ, quod à Paulo commendatur, in gratiam Gentilium conſcriptum. Poſtremum verò Evangelium Joannis.*

Ultimum audiemus *Euſebium*, qui paſſim ſuperiora teſtimonia confirmat, & cujus auctoritas hac in re eò majoris eſt ponderis, quò in recenſendis antiquiorum Scriptorum Chriſtianorum monumentis, diligentiùs obſervavit, quàm umquam antea factum fuerat, quorum librorum Apoſtolicorum ſeu genuinorum, ſeu ſuppoſititiorum, meminiſſent; ut norunt omnes, qui Hiſtoriam ejus Eccleſiaſticam evolverunt. Sic ergo loquitur Lib. III. c. 24. Ἐξ ἁπάντων τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ὑπομνήματα Ματθαῖος ἡμῖν καὶ Ἰωάννης μόνοι καταλελοίπασιν. οὓς καὶ ἐπάναγκες ἐπὶ τὴν γραφὴν ἐλθεῖν κατέχει λόγος. Ματθαῖος μὲν γὰρ, καὶ τὰ ἑξῆς : *Ex omnibus Diſcipulis Domini, Matthæus & Joannes ſoli nobis commentarios reliquerunt ; quos etiam neceſſariò ad ſcribendum deveniſſe fama eſt. Matthæus enim* &c. Sequuntur verba de Matthæo antea *Num.* I. allata. Deinde ſic pergit. Ἤδη δὲ Μάρκου καὶ Λουκᾶ τῶν κατ' αὐτοὺς Εὐαγγελίων τὴν ἔκδοσιν πεποιημένων, Ἰωάννην φασὶ τὸν πάντα χρόνον ἀγράφῳ κεχρημένον κηρύγματι, τέλος καὶ ἐπὶ τὴν γραφὴν ἐλθεῖν τοιᾶσδε χάριν αἰτίας : *Cùm jam Marcus & Lucas edidiſſent ſua Evangelia, aiunt Joannem, qui per omne tempus uſus erat præconio non ſcripto, tandem & ad ſcriptionem deveniſſe, tali de cauſa.* Tum ſubjicit quæ de Joanne antea ex illo protulimus.

Ex hiſce teſtimoniis, patet omnes Chriſtianos, quorum dogmata maximè accedebant ad Evangeliorum doctrinam, ſemper credidiſſe non eſſe plura Evangelia hiſce quatuor, quæ nunc legimus ; ex quibus etiam Scriptores Græci & Latini Secundi & Tertii Sæculi plurima laudant loca prorſus conſentanea noſtris Exemplaribus, quæ nos dubitare non ſinunt quin eoſdem libros habeamus etiamnum hodie, quos illi à Majoribus acceperant. Eſt aliqua, fateor, interdum lectionis varietas ; at ea non eſt magni momenti, ſi conferatur cum iis, in quibus Veterum Codices conſentiunt cum exemplaribus noſtris. Conſulantur hanc in rem non tantùm indices locorum Scripturæ, qui ſubjecti ſunt accuratioribus Editionibus antiquiſſimorum Patrum ; ſed. & ipſæ eorum ratiocinationes conſiderentur diligenter, & liquebit eos fermè ſemper argumentari ex lectionibus quas hodie ſequimur, videmúſque in antiquiſſimis Codicibus MSS. Addantur hiſce translationes antiquæ, quæ in Bibliis Polyglottis exſtant, comparentúrque cum locis ab Antiquis prolatis, nec dubium erit quin ſimilibus omnes uſi ſint Codicibus.

Non ignoramus nonnullos eſſe, quibus hæc ratio probandi γνησιότητα Librorum Sacrorum minùs placet; ſed iidem omnino ignari ſunt ejus Artis, ex cujus præſcripto hujuſmodi examina ſunt inſtituenda ; ideóque eam diſcant oportet, antequàm ullo digni ſint reſponſo. Præterea miſcent quæ ſunt diverſiſſima, imperitiâ ejus ipſius Artis quam profitentur. Aliud, nimirum, eſt probare divinam eſſe Evangeliorum doctrinam ; aliud oſtendere Evangelia eſſe re ipſâ eorum Scriptorum, quorum nomina iis præfixa ſunt. Poſterius hoc probavimus, non prius, de quo hoc in loco non agimus; quamquam hæc ſunt conjunctiſſima. Demonſtratur quidem divinitas doctrinæ Evangelicæ, cùm ex ipſa ejus præſtantia, tum etiam ex miraculis, quibus eam Deus comprobavit. Probatur verò γνησιότης libri, conſenſu eorum ad quorum manus pervenit ex quo editus eſt, & qui conſtanter eum tribuerunt ei cujus nomen præfert ; aliunde enim nomen Auctoris reſcire non poſſumus. Ex iis quæ liber complectitur, intelligi quidem queat non modò præſtantia argumenti, ſed etiam eruditio Auctoris; ſed quodnam ſit ejus nomen, nemo propterea divinarit, præſertim ſi is unus Scriptoris illius fœtus ſuperſit. Nec ſatis eſt à Librariis nomen operi præfixum, ut ſciamus an ejus ſit cujus nomen præſcriptum eſt; cùm Librarii, lucri causâ, inſignia nomina alienis fœtibus non rarò præfixerint. Nihil tutius eſt teſtimonio Scriptorum æqualium, aut, ſi deſint, eorum qui non multò pòſt vixerunt. Sed res non indiget pluribus verbis; nec ſi pluribus eſſet excutienda, ad hunc locum pertineret.

VI. Quæſivit olim vir eruditus ab *H. Grotio*, longè præſtantiſſimo Scripturæ Sacræ Interprete, cur hi qui libros ſcripſerunt, quos Evangelia appellamus, eorum quæ à Domino noſtro acta ſunt nihil commemorent, ante annum trigeſimum, præter unicum illud, quod duodecimo ejus anno contigiſſe Lucas narrat ? Ei quæſtioni reſpondit vir ſummus Epiſtolâ XXXIII. ex iis quæ ad Gallos ſcriptæ ſunt, paucis quidem, ſed profectò acutè. Quamobrem cùm idem ſit nobis, hoc in loco, ex inſtituto noſtro, expendendum ; verba *Grotii* particulatim prolata, prout neceſſe videbitur, illuſtrabimus.

Quid cuique, inquit, *Scriptori narrandum ſit, quid non, ex fine petendum Operis. Apoſtoli autem & eorum diſcipuli non qualemcumque hiſtoriam Chriſti ſcribere in animo habuerunt; ſed argumentum, ſicut ejus quod ore prædicabant: ita ejus quod conſignabant litteris erat quod titulus præfert, Evangelium.* Cùm, nempe, prædicarent Evangelium, hominéſque ad pœnitentiam vocarent; duo potiſſimùm ab Apoſtolis quærebantur, quæ ab illis accuratè cognoſci poterant. Quis fuiſſet ille Jeſus, à quo ſe miſſos dicebant, quidve ab hominibus exigeret; non quid feciſſet in infantia, vel in pueritia; quod illi non potuiſſent reſcire, niſi à matre Jeſu, ejúſque conſanguineis. Igitur ut oſtenderent quis eſſet Magiſter, cujus Diſcipulos ſe profitebantur, narrabant

quomodo sibi innotuisset, miracula quæ se præsentibus edidisset, ceteráque omnia quæ ei contigisse in Evangeliis legimus. Qua in re, nullas ratiocinationes adhibebant, sed simplici ac fidâ narratione exponebant quid sibi ea de re innotuisset. Quod non sine sapientissima Divina Providentia factum videtur, ne quid humani admistum diceretur Evangelio; si Apostoli scripsissent non tantùm id quod viderant, sed etiam quod conjiciebant, aut ratiocinando colligebant ex dictis, aut factis Christi. Ut verò docerent quid Christus ab hominibus posceret, sermones omnes ejus, quorum recordabantur, memoriâ à Spiritu Sancto firmatâ, repetebant quemadmodum audiverant; nullâ arte humanâ, seu dialecticâ, seu rhetoricâ, fucatos; ex quibus audientes facilè quid sui esset officii intelligebant. Hæc erat summa Evangelii, quæ tamen non obstabat quominùs ceteroquin Apostoli, pro usibus eorum quos alloquebantur, ex dogmatibus à Magistro acceptis ratiocinarentur. Verùm, si rem probè pensitemus, hoc non tam fuit Evangelium quàm Evangelii accommodatio ad usus eorum qui ei credebant, aut credituri erant. Si quid addebant id situm non erat in dogmatibus, à Magistro minimè auditis, quæ quasi necessaria ad salutem consequendam proponerent; sed in confirmatione doctrinæ à Christo acceptæ, prout audientium usus, sive essent Judæi, sive Ethnici, postulabat. Videre hoc licet, in prædicatione ac Scriptis Pauli, qui ex Judaïcis dogmatibus passim apud Judæos ratiocinatur; ex Ethnicorum dictis & factis, apud Ethnicos; adeóque *fit omnia omnibus*, ut plurimos Christo lucretur. Verùm à nemine dogma ullum quasi necessarium ad salutem credi postulat, præter id quod à Christo acceperit; hoc est, nihil nisi ut Evangelio ab ipso Jesu nuntiato fidem habeat. Quodnam verò est illud Evangelium?

Est dogma, inquit Grotius, *novum resipiscentiam exactam deposcens, & promittens remissionem peccatorum & vitam æternam; quod præparationis modo à Baptista adnuntiatum est, perfectè verò à Christo revelatum, & per Apostolos per orbem terrarum jussum prædicari*, *Matth.* IV, 23. IX, 35. XXIV. *Marc.* I, 14. *Ephes.* VI, 15. *Act.* X, 36. *Luc.* XVI, 16. Lex sanè Mosaïca iis, qui eam contumeliosè sprevissent, aut præcepta capitis supplicio sancita perfregissent, nullam veniam pollicebatur, quamvis eos postea facti pœniteret. At contrà Evangelium, quibusvis peccatoribus, ne ullis quidem postulatis victimis, si modò ad saniorem mentem reversi mores mutent, veniam à Deo pollicetur. Quod obscuriùs primùm docuit Joannes Baptista, clariùs deinde multò Christus & Apostoli; qui omissis omnibus Legis cærimoniis, quamquam eas non damnabant, solam morum sanctitatem Discipulis suis quasi necessariam ad salutem inculcabant. Tantam autem eâ pœnitentiâ mutationem in hominibus fieri volebant, non Ethnicis modò, sed etiam Judæis; ut ii, quos verè pœnituisset anteactæ vitæ, dici possent *denuo nasci*, *novique homines* non immeritò vocari. Nimirum, Judæos intelligere oportebat omnes illos ritus, quos tanti faciebant, & quorum causâ consortionem familiariorem ceterarum gentium fugiebant, exigui esse momenti; Religionémque Deo gratam in eo sitam esse, ut de eo magnificè sentirent, animóque præsertim & sanctis moribus eum colerent; crederent illicitum esse repudium, quamvis à Mose minimè vetitum, sanctitatémque postulari à se majorem quàm antea; & omnes homines, quasi fratres, complecterentur & amarent, quamvis Mosaïcos ritus minimè observarent. Profectò Judæi ad ita sentiendum ac vivendum adduci non poterant, sine tanta mutatione opinionum & morum, ut homines novi non falsò, eâ suscepta mutatione, viderentur. Quod si de Judæis dicamus, multò potiore ratione, dicendum erit de Ethnicis, qui absurdissimas opiniones de Numine fovebant, & moribus erant planè profligatis.

Hisce, non secus ac Judæis, remissionem peccatorum promitti jusserat Christus, nullorum rituum impositâ observatione, sed tantùm mutatione morum, quâ vitam suam in posterum ad Evangelii præcepta componerent. Statim ac Ethnici aut Judæi ore profitebantur velle se parêre Evangelio, volebat Christus solemniori modo eam professionem baptismo iterari; ritu facili & jam cùm apud Judæos, tum apud Ethnicos recepto. Omnibus verò, qui pollicita hæc sua exsequuti essent, & constanter ad mortem usque Evangelio paruissent, remissionem peccatorum & vitam, post hanc mortalem, æternam promitti mandabat, cujuscumque gentis essent, & quæcumque fuissent eorum antea delicta. Constantiam autem postulat, non eam tantùm quâ ei pareamus, quatenus hoc licet sine ullo periculo, & dum propterea nihil aut non multùm timendum est famæ, facultatibus, aut vitæ; sed eam etiam, quâ omnia hæc amittamus, potiusquàm ipsi nuntium remittamus, aut non profiteamur nos esse ejus discipulos.

Ad hujus verò dogmatis à Christo revelati veritatem, subjicit Grotius, *& promissionis certitudinem testandam, facta sunt mors ejus, resurrectio, adscensus in cœlum & missio Spiritûs Sancti, per quæ omnia apertissimè filius Dei declaratus est. Hinc Evangelium duabus constat partibus, Doctrinâ ipsâ & Historiâ, quatenus doctrinam confirmat.*

Ut, nimirum, præceptis Christi pareamus, non quasi philosophicis quibusdam ratiocinationibus, quæ nos dumtaxat doceant bene ac beatè vivere in hisce terris, quatenus licet; sed veluti legibus divinis, quarum observantes cœlestia à Deo præmia consequentur; necesse planè est ut sciamus, credamúsque Jesum divinitùs ad homines esse missum. Alioqui quamvis cetera omnia ejus præcepta sint rectæ rationi apprimè consentanea, & ad humanæ naturæ conditionem sapientissimè accommodata, ea haberemus dumtaxat quasi

si consilia viri sapientis, eatenus quidem observanda, quatenus nobis in hac vita prodessent; sed numquam vellemus propterea vitæ periculum adire, aut etiam cum graviore ullo incommodo colluctari. Cùm enim nulla spes fieret alterius, post hancce mortalem, vitæ, in qua virtuti essent præmia reposita; vitæ hujusce bonis quàm diutissimè frui nos oporteret, nec virtutem colere ultra utilitatem præsentem, quam ex ejus cultu caperemus. Verùm cùm Jesus velit vitam, dum ejus præceptis paremus, æquo animo profundi, si ita necesse sit; hoc est, si homines eâ pœnâ nos adducere velint ad ea perfringenda; oportuit ut ἀντάλλαγμα ψυχῆς, & omnium malorum, Evangelii causâ, ferendorum, nobis polliceretur resurrectionem atque beatam immortalitatem; qualibus pollicitis credere non potuissemus, nisi se gessisset, quasi doctorem à Deo missum, dictáque sua iis miraculis confirmasset, quæ in Evangeliis narrantur. Ideóque historia miraculorum Christi, ejúsque resurrectionis & adscensûs in cœlum non est exigua pars Evangelii; quod, in sequentibus, sic confirmat vir summus.

. Oportet, inquit Petrus, testem resurrectionis Christi constitui, ex iis qui cum eo versati sunt, à tempore quo baptizare cæpit Joannes, ad id usque tempus, quo Christus in cœlum est adsumtus, Act. I, 22. *Et alibi hanc prædicationem vocat verbum, quod per Judæam exiit, initio facto à Galilæa, statim ab eo baptismate quod per Joannem est prædicatum, Act.* X, 37. *Lucas prioris sui libri argumentum breviter describit, narratione eorum quæ Jesus fecit & docuit, usque ad adsumtionem; nimirum, ex quo & docere & miracula facere cæpit. Principium autem miraculorum fuit illud, quod fecit in Cana Galilææ, Joan.* II, 11. *postquàm, scilicet, à Joanne erat baptizatus, quod accidit anno ætatis trigesimo, Luc.* III, 23.

Nunc ut missam faciamus doctrinam, ad mores Christianorum pertinentem, de qua jam diximus, Evangelica historia narrat permulta miracula, cùm à Jesu edita, tum in gratiam ejus facta, ac tandem ejus resurrectionem atque adscensum in cœlum, demissionémque Spiritûs Sancti; ut intelligamus primùm Jesum à Deo missum fuisse, deinde ei esse non tantùm de sanctimonia vitæ ejúsque præmiis, déque vitiis & eorum pœnis credendum; sed etiam fidem habendam iis quæ de se affirmavit, & ante & post resurrectionem; nimirum, filium esse Dei, singulari planè ratione, mortuum esse, non ullius peccati sui causâ, sed ut morte suâ, resurrectionéque, fidem doctrinæ suæ faceret, ac sibi credentes, & parentes vitiis eorúmque pœnis eriperet; tum à Deo ei esse datam omnem potestatem in cœlo, atque in terris, regnaréque exinde eum è cœlo in omnes terras, quamquam inconspicuâ ratione, donec veniat judicatum homines ad vitam revocatos, ex legibus quas in Evangeliis Apostolos suos aliósque auditores docet; & quas qui observarint æternâ beatitudine donabuntur, qui neglexerint in ignem æternum conjicientur. Quæ ut crederentur ab Apostolis, non effecit ratiocinationibus, aut interpretationibus obscurorum Veteris Testamenti locorum, sed miraculis memoratis, & Spiritu Sancto, in eos, prout pollicitus erat, demisso. Quæ postea aliis narrantes, accedentibus ipsorum miraculis, omnibusque veritatis indiciis, fidem doctrinæ Magistri sui, apud omnes bonos, faciebant, & etiamnum hodie faciunt iis qui eorum Scripta, animo veritatis cognoscendæ cupido, legunt. Hæc est summa testimonii Apostolorum, cui ut nihil detrahere: ita nec addere nobis licet. Solius est Christi, condere leges, ex quarum observatione pendeat felicitas æterna, nullius alius mortalium. Quod utinam Christiani semper in animum revocassent! Verùm hoc ulcus non attingam, ne quid huic operi, quod contentionem redoleat, admisceam; atque ad *Grotium* redibo.

Quare, inquit, *quæ de divina ejus nativitate à Joanne Apostolo, de humana à Matthæo & Luca, & ab eodem Luca de illa in Templo quasi futuri magisterii prolusione narrantur, præfationis vicem habenda sunt, ad indicandam certiùs magísque commendandam ejus personam, à quo Evangelium suam habet auctoritatem.* Profectò tametsi ignorabant Judæi quod de arctissima conjunctione τοῦ λόγου, cum Jesu, postea scripsit Joannes; non ideò tamen potuerunt Jesum jure, quasi falsò jactantem se à Deo missum, repudiare, ac denique in crucem agere; nam sanctissima ejus dogmata, maximis confirmata miraculis, satis ostendebant eum nequaquam mentiri; atque ante omnia oportebat Judæos credere Jesum divinitus ad se missum fuisse. Quamvis etiam non fuisset ex Davidis prosapiâ oriundus, ut certè fuit minimùm adoptione; (nam posset fieri ut Maria ad Davidem genus suum etiam ipsa, non secus ac Josephus, referret;) attamen nulla ratio fuisset, cur Jesum Pseudoprophetam esse crederent; neque enim eo argumento utebatur, ut se verum Prophetam esse ostenderet. Ideóque hæc, aliáque ejuscemodi Judæis credenda cùm non proposuerit Jesus; Apostoli, qui sermones & miracula ejus, non ratiocinationes suas, litteris mandare statuerant, alia obiter dumtaxat attigerunt. Verumtamen cùm Jesus esset Davide oriundus, & præterea Dei filius, eo modo qui à Joanne initio Evangelii designatur, ceteráque omnia, & modo quidem multò præstantiore fecerit, quæ Judæi à Messia suo exspectabant; eum debuerant ambabus ulnis complecti, atque ad ejus Evangelii normam mores suos in posterum exigere, ut beneficiorum Regni ejus Cœlestis participes fieri possent. At contrà, dum terrestrem Regem exspectant, à quo numquam tot & tanta bona accipere potuissent; & spe sua exciderunt, & Jesu repudiato, nullam ex ejus adventu utilitatem ceperunt. Quod unum exprobrant illis Apostoli, & quod nullo, ne minimo quidem obtentu, excusare poterant Judæi.

Cum verò Jesus ante baptismum suum se doctoris instar minimè gesserit, neque ulla miracula palam ediderit; mirum videri non debet totum illud tempus, vitæ ejus in terris actæ, prætermissum fuisse. Quod *Grotius* nos docet, sequentibus verbis.

Quare, inquit, *cùm ante justam illam ætatem, nihil actum sit à Christo, quod eò pertineret, meritò totum illud tempus à Sacris Scriptoribus silentio involvitur. Egit enim vitam ad id tempus privatam, patri credito, matrique obediens, Luc. II, 51. unde non tantùm τέκτονος υἱὸς, Matt. XIII, 55. sed & τέκτων appellatur, Marc. VI, 3. Sed & in Veteris Testamenti libris, sæpe videas de Prophetis nihil dici, nisi ex quo verbum Domini ad eos factum est, id est, ex tempore ἀναδείξεως αὐτῶν πρὸς τὸν Ἰσραήλ, ut loquitur Lucas I, 80. Et hoc ipsum est, quod illâ loquutione*, surrexit Propheta, *solet indicari.* Grandem ergo injuriam fecerimus Evangelistis, si illorum labores minoris faciamus, eò quòd inani curiositati nostræ nequaquam indulserint; cùm de infantia, pueritia, atque adolescentia Jesu fermè nihil litteris mandarint. Non scribebant vitam Magistri sui, sed ejus præconium, quod solum complectitur ea quæ nobis credenda ac facienda sunt, ut salutem æternam possimus consequi. At quod tacuerant Apostoli, &. ab omnibus, post unam atque alteram ætatem à Christi morte, ignorabatur, homines olim, ineptioréſne dicam an nequiores nescio, se scire finxerunt; editis putidis voluminibus *de infantia Christi*, quorum unius initium edidit, è Cod. MS. Regio, *Joan. Bapt. Cotelerius* ad Constitut. Apostolicas Lib. VI. c. 16.

Hæ, nisi fallor, rationes consilii Evangelistarum aut veræ sunt, aut certè verisimillimæ. Nec dubito quin hoc consilium, de scribenda historia præconii Christi, ceperint; quòd cùm à Magistro jussi essent *discipulos facere apud omnes gentes, eósque docere ea observare quæ ipsis præceperat*, satis commodè hisce mandatis parêre non possent, nisi facta & dicta ejus litteris mandarent, idque tribus de causis. Prima est, quod duodecim Apostoli non possent terras omnes obire, & apud singulas urbes sat diu manere; ut vivâ voce omnia necessaria, cùm ad faciendam sibi fidem, tum ad eam confirmandam docerent. Ethnici ac Judæi multis præconceptis inanibus opinionibus, gravissimísque erroribus præpediti non poterant paucis verbis curari; ita ut firma esset eorum fides, hærente hominum animis non obscurâ, neque dubiâ doctrinæ à Christo traditæ memoriâ. Multi eam in rem, sæpiúsque repetiti sermones erant necessarii. Altera est, quòd res tanti momenti, atque ad ultimum usque rerum omnium finem transmittenda, non posset satis tutò committi soli hominum memoriæ, eáque ratione incorrupta per tot sæcula servari. Notum est memoriam hominum non modò naturâ satis tenacem non esse; sed etiam affectibus perturbari, ita ut meminisse eorum videamur, quæ nos vellemus audisse. Notum est fraudibus fenestram maximam aperiri, cum res memoriæ dumtaxat commissa nullis litterarum monumentis conservatur. Quâ ratione, confutari posset dolus unius, aut aliquot virorum, qui dicerent se quidpiam audisse ab Apostolis, aut Apostolicis viris, aut denique eorum successoribus, præsertim si viri illi auctoritate pollerent? Sed quid opus est verbis, in re per se clara, atque experientiâ multorum sæculorum confirmata? Notissimum erat Judæorum Magistros mirum in modum Religionem Mosaicam corrupisse, fictitiis traditionibus ei admistis. Disceptarunt & disceptant etiamnum hodie Christiani, de sensibus Scriptorum Apostolicorum, ita ut necesse sit nonnullos gravissimè errare; nec spes ulla est controversias illas umquam posse componi; quid verò fieret, si nulla exstarent Evangelistarum Scripta? Tertia denique scribendi ratio quærenda est in cupiditate laudabili & propemodum necessaria religiosorum hominum, qui cùm avidissimè audissent narrari dicta & facta Christi, juberentúrque ea quàm latissimè spargere, optarunt sibi litteris consignata dari, ne memoriâ suâ effluerent, neu corrupta ejus infirmitate ad plures perperam propagarentur. Nemo erat qui non libentissime eam historiam legeret ac relegeret, & quidem multò jucundius quàm audiebat; quia lecta, & pensitata altiùs memoriæ inhærent, nósque multò magis afficiunt. Quamobrem, ut ex Lucæ præfatione discere licet, ab ipso usque initio, πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν Χριστιανοῖς πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου: *multi conati erant texere narrationem de rebus compertis apud Christianos, quemadmodum tradiderant qui ab initio ipsi viderant & ministri fuerant sermonis.* Quo factum ut Lucas quoque ad scribendum accuratiùs animum appelleret. Quin etiam Matthæus, Marcus & Joannes rogatu Christianorum scripserunt; quamquam postremus seriùs, quia jam erant edita tria Evangelia, ex quibus universa Christi doctrina facilè hauriri poterat.

Igitur cùm Apostoli non possent μαθητεῦσαι omnes gentes, sine scriptis, ita ut diuturnam ac sibi similem futuram disciplinam conderent, crediderim mandatis Christi contineri imperium etiam scribendi.

VII. Quisquis hæc diligenter expenderit, facile sibi persuadebit, non multis annis postquàm Evangelia conscripta fuerunt, cœpisse ea legi in Ecclesiis Christianis: quemadmodum à Veteribus nonnullis, ut antea ostendimus, proditum est. Cùm enim Judæi in Synagogis suis Scripta Mosis cæterorúmque Prophetarum legerent, primi sæculi Christiani, qui eorum exemplum multis in rebus sequuti sunt, non modò Vetus Testamentum, sed & Evangelistarum libros, quibus dicta ac facta Jesu Christi continebantur, lectitare cœperunt. Quid enim potuissent audire in Ecclesiis illis ullâ ratione æquiparandum? Fateor annos, quibus singula

Evangelia conscripta sunt, atque edita, non posse certò definiri. Nam antiquissimi Scriptores dissentiunt, ut ex allatis eorum locis vidimus; & recentiores, qui figmentis suppleverunt quod priscæ historiæ deerat, indigni sunt qui audiantur. Attamen tria priora Evangelia edita esse, atque omnibus innotuisse crediderim diu ante finem sæculi primi, quemadmodum censuit *Eusebius*, qui ea à Joanne conspecta & probata memorat, loco antea à nobis prolato. Quod consentaneum est cum eo, quod jam observavimus, Joannem fermè abstinuisse ab iis, quæ ab aliis Evangelistis narrata fuerant; ut vel ex primo intuitu, evolventi Harmoniam nostram, liquebit. Alioqui nullo modo credibile est Joannem omissurum fuisse tot eximia dicta & facta Christi, quæ habent tres alii Evangelistæ. Consentaneum hoc quoque est cum eo quod animadverterunt Veteres & Recentiores, Paschatum numerum, à ceteris Evangelistis omissum, ideò ab eo commemoratum fuisse; ut eorum ope distingui possent anni præconii Christi, qui ægrè antea dignosci poterant. Quin etiam, si ex Veterum nonnullorum testimoniis antea adductis, de re judicemus, affirmabimus Matthæum, Marcum & Lucam, ante ultima Neronis tempora, quibus occisi sunt Petrus & Paulus, Evangelia scripsisse. Quod non levi argumento confirmari potest, ducto ex Matth. Cap. XXIV. Marc. XIII. Luc. XXI. ubi narratur Jerosolimæ excidii prædictio, quasi rei etiamnum futuræ, eo tempore quo Evangelia ab iis scribebantur. Si enim eam prædictionem post eventum scripsissent Evangelistæ memorati, verbulo saltem monuissent prædictionem fuisse eventu confirmatam. Quod tantùm abest ut faciant, ut Matthæus & Marcus hac admonitione, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, *qui legit intelligat*, quam subjiciunt præsagiis Jerosolimitanæ cladis, admonere videantur Christianos in Judæa viventes, ut diligenter futura illa præsagia attendant, quò possint vitæ suæ consulere. Vide Matt. XXIV, 15. Marc. XIII, 14. & ad ea loca Interpretes.

Sed est vir acutissimus & Antiquitatum Ecclesiasticarum peritissimus, qui non parum ab hac *Eusebii*, nostráque sententia diversus abit, & multa habet de Evangeliis digna quæ accuratiùs expendantur. Is est *Henr. Dodwellus*, cujus verba, ex prima Dissertatione Irenaïca, bonâ fide proferemus, atque ad examen revocabimus. Ejus quidem Scripta, si quis alius, magni facimus, nec semel in libellis nostris meritis laudibus ornavimus, quamvis cum eo per omnia non sentiamus. Ideòque si aliter nobis videri, in hoc negotio, profiteamur, eùmque confutare aggrediamur; id neque invidiæ, neque malignitati ulli, quisquam, ut speramus, tribuet. Sed ut vir eruditissimus à priorum sententia passim abit, ubi eos errasse existimat; ita nos, solo veri studio, ab eo dissentientes conjecturas ejus confutare, neque ipse, neque quisquam alius mirari poterit. Multa antea habet de traditione Seniorum, qui Discipuli Apostolorum fuerunt, quibus prorsus non adsentimur; sed cùm illa nihil huc faciant, verba dumtaxat ejus de Evangeliis expendemus, in particulas divisa, ut antea in Grotianis fecimus.

Ante Trajanum, inquit Dissert. I. §. XXXIX. *nondum constitutus est Sacrorum Librorum Canon, nec receptus aliquis in Ecclesia Catholica librorum certus numerus; quos deinde habere oportuerit, in sacris fidei causis dijudicandis, nec rejecti Hæreticorum Pseudepigraphi, monitive fideles ut ab eorum usu deinde caverent.*

Fateor nullam Synodum ex omnibus, aut multis Ecclesiis Christianis coactam, quidquam hac de re, hisce temporibus, definiisse; sed quis docuit virum doctissimum nullum Apostolorum, ne Joannem quidem, qui omnibus superstes fuit, nullum Apostolicum virum Christianos docuisse è quibus libris, inter eos qui tunc volitabant per manus, tutò possent haurire historiam dictorum & factorum Christi? Credibilene est Christianos nullâ curiositate, hoc in negotio tam gravi, ut diximus, & tanti momenti, incensos fuisse; Apostolósque, ac eorum discipulos parum curasse an vera Evangelia à fictis secernerentur? De iis nimis malè mihi viderer sentire, si quid simile suspicarer. Ac sanè Lucæ præfatio satis ostendit sanctissimis illis viris cordi eam rem fuisse. Perpauca nobis supersunt de primi sæculi historia, post Acta Apostolorum; nec penuria monumentorum nos patitur negare quidpiam quod minimè absurdum est, nec ulli veræ Historiæ contrarium, fuisse, quia nulla ejus superest ex æqualium Scriptis memoria; cùm præsertim suppares Scriptores, ut *Irenæus*, ne *Papiam* memorem, & eos non longo intervallo sequuti *Clemens* & *Origenes* Alexandrini, viri longè doctissimi, affirment, ut ex locis allatis intelligere licuit. Quod si quis facere auderet, id certè ab iis qui auctoritatem Veterum illorum tanti faciunt, quanti *Dodwellus* eam facere videtur, exspectari non posset.

Sic autem vera Apostolorum scripta cum Apocryphis, in iisdem voluminibus, compingi solebant, ut nulla prorsus notâ, aut censurâ Ecclesiæ publicâ constaret quæ quibus essent anteferenda. Non nego interdum cum libris Apostolorum conjuncta fuisse scripta *Barnabæ*, *Clementis*, *Hermæ* & aliorum; sed ipso sæculo Apostolico factum id fuisse nondum mihi liquet. Malim hoc tribuere oscitantiæ Secundi Sæculi, cujus non exigua specimina prolata sunt à viris eruditis; quàm Apostolos aut Apostolicos viros insimulare negligentiæ, quæ quomodo posset excusari non satis intelligo. Si qui autem Apocrypha Scripta conjungebant cum Apostolicis, ea hisce æquabant, non norant profectò *quid distent æra lupinis*; quod de ipsis Apostolorum discipulis, qui ex eorum ore & Scriptis Evangelium acceperant, nolim suspicari. Sed pergit vir doctissimus, hisce verbis.

Habemus hodiéque horum temporum Scriptores Ecclesiasticos luculentissimos, Clementem

Romanum, Barnabam, Hermam, Ignatium, Polycarpum; *qui hoc, nimirum, scripserint quo illos nominavi ordine, omnes reliqui Novi Testamenti Scriptis, exceptis Judæ & Joannis utriusque, juniores. At Novi Testamenti, in* Herma, *nequidem unum locum inveneris; apud reliquos ne unum quidem Evangelistam nomine suo compellatum. Et si quos locos fortè proferunt, quibus similia in nostris leguntur Evangeliis; ita tamen illos mutatos ut plurimum, interpolatósque reperies, ut sciri nequeat an è nostris illos, an ex aliis produxerint Apocryphis Evangeliis.*

Nihil dicam de tempore, quo scripserunt memorati Scriptores, nihil de Juda & altero Joanne, præter Evangelistam; quamvis non deessent argumenta, quibus oppugnarem clarissimi viri conjecturas. Hæc ad institutum meum non pertinent, quippe qui de solis Evangelistis scribere institui. Itaque ut ad citationes illico veniam, ex *Hermæ* silentio nihil potest colligi; ex quo intelligere liceat Evangelia nondum edita, aut etiam nondum publicè lecta fuisse, duabus de causis. Altera est, quòd liber ejus complectatur tantùm visiones, & sermones Angelorum; à quibus necesse non est proferri Scripturæ loca, ut probent quod volunt. Altera verò quòd nullus etiam Veteris Testamenti locus ab eo afferatur; unde tamen nemo colligat Canonem Veteris Testamenti nondum constitutum fuisse.

Clemens quidem non laudat nomine ullum Evangelistam, sed bis profert λόγους *sermones* Jesu Christi, quorum jubet memores esse Corinthios. Sic Cap. XIII. μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, & Cap. XLVI. Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Quæ manifestò videntur respicere ad scriptos sermones, eósque manibus Corinthiorum vulgò tritos. Ac sanè prior locus exstat Luc. VI, 36, 37, & 38. quamvis non totidem prorsus verbis, sed eodem planè sensu. Posteriora verò verba leguntur Matth. XXVI, 24. Marc. IX, 42. Luc. XVII, 2. Matth. XVIII, 6. Fateor tamen hîc etiam sensum potissimùm respici. Sed sic solent quoque Apostoli passim laudare Vetus Testamentum, & varia loca in unam orationem conjungere; nec tamen dubium est quin respiciant ad libros Sacros, quos etiamnum habemus, & quorum sacrosancta dudum erat auctoritas. Si quis dubitaret ea de re, legere eum oporteret Catalogum locorum è Veteri in Novo Testamento citatorum, eósque cum Hebraicis, aut Græcis etiam LXX. Intt. verbis conferre.

Barnabas non profert quidem nominatim ullius Evangelistæ auctoritatem; sed mirum hoc non est, cùm fortè viderit solum Matthæi Evangelium; quis enim possit certò affirmare quanto tempore, post Jerosolimitanum excidium, scripserit? Certè bis verba ex hoc Evangelio laudat, & prius Cap. III. ubi dicit: *Attendamus ergo, ne fortè, sicut scriptum est*, multi vocati, pauci electi *inveniamur*. Observanda formula *sicut scriptum est*, quam solent Scriptores Sacri & Judæi adhibere, in proferendis Veteris Testamenti locis, & ex qua colligere est quanto in pretio *Barnabas* habuerit Evangelium hoc Matthæi. Capite verò V. dicitur Christus οὐκ ἐλθεῖν καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, *non venisse vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*; quibus verbis alludit ad Matth. IX, 13.

Ad *Ignatium* quod attinet, sæpe quidem alludit ad Evangelia & Epistolas Apostolicas, quandoque & verba ex iis producit, nomine tamen eorum minimè prolato. At nemo dubitet, quin jam publicè legerentur Evangelia eo tempore, qui meminerit eorum, quæ de Joanne diximus. Cur ergo nominatim Evangelia non citavit? Non magis scio, quàm cur è Vetere Testamento testimonia nulla disertiùs protulerit. Fortasse non occurrerunt ei loca, ex quibus probaret id quod volebat. Fortasse Scriptura uti satis dextrè nescivit. Sed quid opus est conjecturis? Ut ex ejus silentio contra Veteris Testamenti Canonem nihil collegeris, sic nec contra Novi Testamenti publicam lectionem. Alius in Scriptis suis frequenter & accuratè laudat Scripturam Novi Testamenti, alius mavult obliquè ad eam respicere. Prius in *Irenæo* observare est, posterius in *Justino*, Scriptoribus æqualibus; quorum ævo, publicè lectos eos libros nemo dubitet. Non est, nimirum, una omnium scribendi ratio; nec quisquam jure adigi potest, ad rationem reddendam varietatis ingeniorum.

Polycarpus denique, in brevi Epistolæ fragmento, ex Pauli Epistolis aliquot verba mutuatur, laudátque ἃ εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων, *quæ dixit Dominus docens*, ex Matthæo & Luca, quamquam tacitis Evangelistarum nominibus; quæ à nemine semper proferuntur, ubicumque dicta Christi ex eorum Evangeliis sumta depromuntur.

Non animadverti ulla uspiam Evangelia, aut scripta Apocrypha ad historiam aut doctrinam Christi pertinentia, ab iis laudari; excepto uno illo loco *Ignatii*, in quo videri possit laudare Evangelium Nazaræorum; sed quem ex Luca expressum potius existimarim, ut jam dixi. Quamquam fuere Pseudoapostoli primo illo sæculo, attamen ingens illa seges fictitiorum Scriptorum videtur secundo demum sæculo exorta esse; cùm plures fuere Hæretici & majore spe fallendi spurii fœtus Apostolis, aut Apostolicis viris dudum mortuis supponi potuere. Attamen ita pergit vir eruditissimus.

Sed & Apocrypha adhibent iidem aliquoties, quæ certum est in hodiernis non haberi Evangeliis. Ut inde constet nullum adhuc inter Apocryphos, Canonicósque Novi Testamenti libros constitutum esse ab Ecclesia discrimen; præsertim, si & illa quoque accedat observatio, quòd censuram nullam Apocryphis adjungant; sed nec aliam aliquam notam, unde possit Lector colligere minùs illos Apocryphis tribuisse, quàm veris tribuerint Evangeliis. Inde prona est suspicio, si qua fortè loca produxerint cum nostris consentientia, nullo tamen certo id factum esse consilio; quo

constі-

conſtitutum fuerat res dubias è Canonicis eſſe confirmandas, fierique adeò poſſe, ut & illa ſimilia ex aliis tamen, quàm quæ habemus, deprompta fuerint Evangeliis.

Fefellit virum doctiſſimum memoria, cùm à recenſitis Scriptoribus ait Apocrypha memorari, quæ in Evangeliis hodiernis non occurrunt; ſi Apocrypha intelligat ad hiſtoriam Chriſti & Apoſtolorum pertinentia, qualia intelligi hic debent. Nam Apocrypha ad Vetus Teſtamentum ſpectantia, & à *Barnaba* &c. à *Clemente* proferri non nego; verùm tantùm abeſt ut hæc quidquam faciant ad id quod molitur vir clariſſimus, ut contrà conſectaria ejus evertant. Si enim conſtituto Canone librorum Veteris Teſtamenti, quod ſatis liquet ex *Joſepho*, illi Scriptores laudarint Apocrypha Scripta ad id pertinentia; quidni idem fieri potuerit, in proferendis locis recentiorum Apocryphorum, jam noto & conſtituto Novo Teſtamento? Poſſemus hic ſubjicere exempla *Clementis* Alexandrini, utentis libris Apocryphis, non aliter ac Apoſtolicis; iis temporibus, quibus ſat notum erat utrorúmque diſcrimen, nec æqualis auctoritas. Tribuenda ea ſcribendi ratio non dubiæ auctoritati Sacrorum Librorum, ſed pravæ illorum ſæculorum, aut interdum etiam ipſorum Scriptorum conſuetudini. Abſurdum enim eſt uti auctoritate infirma & dubia, ad probandum quidpiam quod ſit alicujus momenti; niſi illa auctoritate, quaſi argumento *ad hominem*, utaris. Non capio cur vir acutiſſimus verba, quæ conſentiunt cum noſtris Evangeliis, malit aliunde deſumta eſſe; cùm nulla exſtent nunc Apocrypha, in quibus inveniantur, nec ulla à Scriptoribus ipſis indicentur; & cùm præſertim, ex Epiſtolis Apoſtolicis, varia etiam proferantur. At potuit fieri, inquies, ut Apocrypha talia quoque haberent. Non nego, ſed an ex eo quod poteſt fieri argumentari eo modo licet? Quid certum erit in antiqua hiſtoria, quidve non fingetur, ſi ſatis ſit dicere quidpiam poſſe fieri, ut veriſimile videatur? Paucæ fabulæ *Legendarum*, ut vocantur, rejici poterunt, ſi ſatis ſit eas potuiſſe fieri, ut admittantur quaſi non abſimiles vero.

Non capio etiam quare licuerit Judæis ex Libris ſuis Sacris probare ea quæ pertinebant ad Religionem; non verò licuerit probare ex Evangeliis, quorum noti erant auctores, & quorum etiam explorata erat veritas. An opus fuit tanto tempore, ut intelligeretur auctoritas Chriſti in Evangeliis, quorum explorata fuit γνησιότης, longè major eſſe auctoritate omnium hominum? Imò verò hebetes, ne quid pejus dicam, eos eſſe oportuit, qui non illico rem intellexerunt, aut dubitarunt uti ea auctoritate.

Sed quid ego, inquit vir doctiſſimus, *libros memorem minimè Canonicos? Ne quidem è Canonicis ipſis recentioribus conſtat Eccleſiæ innotuiſſe Evangelia, atque Eccleſiaſticis in uſu fuiſſe vulgari. Non ſolent illius ævi Scriptores Novi Teſtamenti locis Scripta ſua, velut opere teſſellato ornare, qui tamen recentiorum mos eſt, qui & ſuus erat in illis, quas agnoſcebant ipſi, Scripturis. Veteris enim Teſtamenti Libros proferunt ſæpiſſimè, prolaturi procul dubio & Novi Teſtamenti Scripta, ſi illa fuiſſent in Canonem recepta. Effatum Domini noſtri profert S. Paulus Actor. XX, 35. Illud ſi è ſcripto aliquo produxit, non certè ex aliquo, quod habemus, Evangelio.*

Perpauci nobis ſuperſunt Scriptores Sæculi Primi, præter ipſos Novi Teſtamenti Scriptores; ii, nempe, quos antea nominatim recenſuit ipſe *Dodwellus*; *Clemens*, *Barnabas*, *Hermas*, *Ignatius* & *Polycarpus*. Ex hiſce autem *Clemens* ſæpiùs quidem attulit loca deprompta è Veteri Teſtamento, atque ad id alluſit; quàm ad Libros Novi, ex quo etiam pauciora profert. Sed tamen non ſemel poſterius hoc laudat, nec rarò ad id reſpicit, ut liquebit vel Cotelerianæ, aut Amſtelodamenſis Editionis margines obiter inſpicienti. Non profert quidem, ut jam dixi, nomina Scriptorum Novi Teſtamenti; ſed nec Veteris librorum aut Scriptorum nomina ſolet proferre. Verùm à *Clemente* Evangelia omnia lecta non fuiſſe ſi concederemus, nihil hinc poſſet colligi, contra noſtram ſententiam; ſi ea Epiſtola ſcripta ſit aliquamdiu ante Jeroſolimitanum excidium, ut multis videtur, aut paullò poſtquàm edita fuere Evangelia. Nam potuit tunc nullum vidiſſe Evangelium, excepto uno Evangelio Lucæ, quod laudat; quamvis haud multò pòſt tria priora publicè lecta in Eccleſiis fuerint, poſtquàm omnibus innotuerant. Verùm hac de re nihil ſtatuo. *Barnabas* multò plura habet ex Vetere Teſtamento, quàm ex Novo; ſed per totam fermè Epiſtolam contra Judæos ratiocinatur, contra quos Novum proferre non potuit, niſi illis ludibrium debere vellet. *Hermas* nec Vetus, nec Novum Teſtamentum laudat, quia viſiones ſuas narrat, & præcepta veluti ab Angelis accepta exponit. *Ignatius* non frequentiùs laudat Vetus Teſtamentum, quàm Novum, atque ad hoc etiam crebriùs reſpicere videtur. Quod ſemper intelligendum, ut quæ antea de eo dixi, de genuinis Epiſtolis; fictitias enim non moramur. *Polycarpus* pluries quàm vigeſies alludit ad loca Novi Teſtamenti, aut ea verbo tenus laudat; vix ſemel reſpicit ad locum Veteris. Inſpiciat Lector Editiones, quas memoravi, omnium quippe accuratiſſimas; & niſi mecum ſentiat, cauſam non dico, quin fidem mihi in poſterum ſemper detrahat. Exiſtimo igitur virum doctiſſimum memoriæ nimium fidentem, hîc eſſe hallucinatum. Verba Chriſti allata à Paulo Actor XX. cùm ſint perpauca & παροιμιώδη, potuerunt perfacile memoriæ cujuſpiam inſediſſe, quod nec prorſus negat vir acutiſſimus, qui ita porrò pergit.

Sic latuerunt in illis terrarum angulis, in quibus ſcripta fuerunt, Evangelia, ut nequidem reſciverint recentiores Evangeliſtæ quid ſcripſiſſent de iiſdem rebus Antiquiores. Aliter foret ne tot eſſent ἐναντιοφανῆ, quæ ferè à prima uſque Canonis conſtitutione eruditorum

hominum

hominum ingenia exercuerunt. Certè S. Lucas, si Genealogiam illam Domini in Matthæo vidisset; non aliam ipse, nihilque ferè habentem commune, produxisset, nequidem minimâ consilii tam diversi editâ ratione. Et cùm novæ scriptionis edit in Præfatione causam, quòd ipse αὐτοπτῶν narrationibus adjutus eam fuerit aggressus; id planè innuit destitutos hoc subsidio fuisse visorum à se Evangeliorum auctores; ita, nimirum, non fuisse ipsos αὐτόπτας, ut nequidem ipsos αὐτόπτας, cum cura aliqua, & sedulitate consuluerint, vacillaréque proinde, ac dubiam eorum fuisse fidem. Ut planè alios fuisse necesse sit Evangelicæ Historiæ Scriptores à Luca visos.

Ut tres Evangelistæ priores sua invicem Scripta ne viderent, minimè necesse est latuisse Evangelia in nescio quibus terrarum angulis; sed tantùm circa idem tempus in remotis terrarum oris scripta fuisse, ita ut singuli Evangelistæ priùs opera hæc sua emiserint, quàm aliorum similes libros viderint; quod ante ultima Neronis tempora contigisse, ut diximus, verisimile est. Non video cur hæc ratio consilii Evangelistarum reddi nequeat, æquè ac ea quam commentus est vir celeberrimus. Certè magis consentanea est instituto vitæ Evangelistarum, qui cùm terras omnes obirent, ut Evangelium spargerent, non videntur insignia & plane necessaria, ut ostendimus, fidelibus volumina in angulis latitantia reliquisse; sed potiùs secum ea circumtulisse, atque exscribenda discipulis suis præbuisse, ut eò pervenirent quò ipsi pervenire non poterant; útque eos lumine Evangelii collustrarent, à quibus ipsi, aut Apostoli alii, vel Evangelistæ conveniri nequibant. Quod verò attinet ad eos Scriptores, quorum meminit Lucas in præfatione, fateor eos non fuisse αὐτόπτας, sed si attentiùs Evangelistæ verba pensitemus, videbimus tantùm eos à Luca insimulari neglectioris ordinis, & omissionum. Sed non negat eos aut consuluisse αὐτόπτας, aut vera scripsisse. Ait tantùm se testibus oculatis consultis, accuratiùs & copiosiùs historiam dictorum & factorum Christi scribere aggressum esse. Interpretes, ad eum locum, à Lectoribus adeantur.

S. Matthæus, ait vir doctissimus, *qui solus è nostris Lucâ erat antiquior, ipse erat αὐτόπτης, ut proinde illum noster designare non potuerit. S. Joannes Lucâ erat, longo intervallo, in scriptione, junior. Junior etiam S. Marcus, siquidem S. Lucas eo scripserit anno Evangelium, quo Acta terminavit Apostolorum, quod ego sanè puto verisimillimum. Sunt enim Acta δεύτερος ejus operis λόγος, cujus πρῶτον λόγον ipse suum agnoscit Evangelium, Actor. I, 1. Acta postea ab Evangelio divulserunt, quibus commodius visum, ob locorum faciliorem expeditiorémque invicem comparationem; Evangelistas separato Codice complecti, & ab Actis secernere. Inde factum existimo, ut, cùm nullus legatur in Actorum titulo auctor, nunquam tamen fuerit de eorum auctore dubitatum. Antequàm divellerentur, præfixus libro primo titulus secundi auctorem satis indicabat, nec erat in illius initio repetendus. Ita quo anno scriptum est à S. Luca Evangelium, secundus fluxerit Apostolo Paulo annus Captivitatis Romanæ. Eò enim usque Actorum Historia perducta est. Sanctus autem Marcus, seu post obitum Petri, seu non multò antea scripsisse videtur.*

Nec ipse Lucam ad Matthæum respexisse existimo, sed Matthæum ante Lucam scripsisse nuspiam probatum vidi. Quæ enim Græci recentiores de ætate Evangeliorum commenti sunt, ea nullo fundamento nituntur. Conjectura verò *Dodwelli*, de Actis, ut minimè absurda est: ita nec temerè admittenda. Nam Lucas ait quidem se *primum librum* confecisse, de historia Christi; sed non sequitur de uno eodémque Opere intelligendum, cujus Acta sint *secundus liber*. Quidni enim sit primus liber Auctoris, sed non operis? Deinde minime necesse est *secundum librum* confectum fuisse, eodem anno quo primum, qui potuit seorsim antea emissus esse, cùm præsertim per se Opus integrum absolvat. Divulsio Actorum ab Evangelio commentum est viri acutissimi, hac solâ de ratione, quòd nomen auctoris Actis non sit præfixum. Potuit verò omitti nomen auctoris, propter adloquutionem ad Theophilum, quæ ostendit Acta ejusdem fuisse auctoris ac Evangelium, ad eumdem Theophilum missum; si modò Theophilus hìc sit nomen viri, cui reipsâ dicata sint hæc Opera, non fictitium vocabulum. De tempore, quo Marcus scripsit, nihil est quod addam iis quæ antea à me dicta sunt.

Sed & reliquos, subjicit Dodwellus, *ab invicem non fuisse visos Evangelistas, vel exinde suspicio est, quod primo illi prædicationis anno res gestas duntaxat enarrent. Reliquorum annorum, Paschatúmque memoriam solus conservavit S. Joannes Evangelista; unde possit quis fortasse colligere visa esse ab eo, & probata suppletáque decessorum Evangelia.* Verè quidem dicitur Joannes conservasse Paschatum memoriam, sed perperam fingitur solus de reliquis annis ministerii Christi esse loquutus, aut ceteri primum tantùm attigisse. Nostræ Harmoniæ conspectus ita virum doctissimum confutat, ut nullum dubium superesse hac in re possit. Ita pergit §. XL.

Id de eo fortasse rectè qui tam serò scripserit, cùm jam possent quæ in certis scripta fuerunt ditionis Romanæ regionibus, latiùs emanare. Sin ita intelligatur ut consignatus fuerit ab eo Evangelistarum Canonicorum codex, ejúsque dein testimonio posteris commendatus, id vereor ut fuerit verum. Adhuc certè ægrè credi potest ullum fuisse Evangeliorum delectum, cùm scriberet Ignatius, *qui pari, ut videtur, honore Apocrypha, quo & vera laudat Evangelia.* Postremum hoc perperam *Ignatio* tribui antea diximus, ac proinde nihil vetat nos fidem habere *Eusebio*; qui prodidit tres priores Evangelistas à Joanne probatos ac commendatos. Quinimò etiam credere possimus, si velimus, solos laudatos, quandoquidem non est credibile Joanni Apostolo, hoc est, testi factorum & dictorum Christi, perinde fuisse an

an falsa, aut incerta vulgò de iis spargerentur ac crederentur à Christianis; cùm præsertim non multò post ejus ætatem, quatuor tantùm Evangelia, quæ habemus, genuina ac fide digna habita fuerint, ut docet etiam vir doctissimus, sequentibus verbis.

Primus quaternarii numeri, quasi jam recepti, constitutique, ut neque plura essent Evangelia, nec pauciora, noster meminit Irenæus; *paullò laxiùs, qui ante illum scripsit* Justinus. *Profert & ille aliquoties* Ἀποστόλων ἀπομνημονεύματα. (Apol. II. p. 98. Dial. cum Tryphone, pagg. 327, 328, 329, 331. & seqq.) *Titulum ille à* Xenophonte *desumsit qui præceptoris sui Socratis, eodem quo Apostoli exemplo, conscripserat* ἀπομνημονεύματα. *Hæc* Justinus *ipse interpretatur* Evangelia: οἱ Ἀπόστολοι, ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια. (Apol. II. p. 98.) *Sic autem illa tribuit Apostolis, quòd Apostolorum dogmata, mentémque complecterentur; ut unà tamen aliorum agnoscas in scriptione operam, qui fuerint Apostolos sectati. Sic enim ille:* (Dial. pag. 331.) ἐν γὰρ τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ἅ φημι ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι *&c. S. Lucæ verba respexisse videtur,* ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι *&c.* C. I, 3. *Hæc Evangelia publicè in Ecclesiâ legi solita testatur idem, de suo tempore,* Justinus: τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν Ἀποστόλων ἢ συγγράμματα Προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. (Apol. II. p. 98.) *Ecquis est qui non inde videat eodem apud Christianos fuisse, seu superiori loco Apostolorum illa* Ἀπομνημονεύματα, *quo fuerant in Judæorum Synagogis Scripta Prophetarum?* &c.

Primus quidem ex Scriptoribus Ecclesiasticis, qui nobis supersunt, meminit quaternarii numeri Evangeliorum *Irenæus*; sed nemo dixerit propterea, in tanta penuria monumentorum antiquiorum, neminem alium *Irenæo*, hac in re, præivisse. Nullum enim vestigium occurrit apud *Justinum*, aut apud *Irenæum*, novitatis institutionis, de legendis publicè solis illis quatuor Evangeliis, quæ ad nos pervenerunt.

Quo tamen, inquies, argumento constabit nostra esse illa quæ à Justino *designantur Evangelia? In primis ex* Irenæo, *coævo teste, quem illa procul dubio non latuerant. Tum ex ipso* Justino, *qui è nostris Evangeliis loca plurima adduxit & quidem id castissimè, rarò admodum admistis Apocryphis. Nec sanè aliud verba ejus ipsa suadent penitiùs inspecta. Cùm enim horum Commentariorum alios ab ipsis Apostolis scriptos fuisse crediderit, alios ab eorum discipulis; si plures in utroque genere intellexerit, sic numerum quaternarium accuratissimè absolvent, nostrique adeò consentient, ut non alios ab illo intellectos fuisse verisimile sit. Bina enim à nostris ipsorum sunt Apostolorum, bina discipulorum.*

Miror virum doctissimum, fermè veluti conjicientem, loqui hìc de re manifesta. *Irenæus* enim non modò permulta profert verbotenus ex quatuor Evangeliis nostris; sed integro Cap. XI. Lib. III. aggreditur, ut jam observavimus, ostendere non modò plura non esse Evangelia, quàm quatuor, sed nec posse esse: *Neque plura numero, quàm hæc sunt,* inquit, *neque rursus pauciora capit esse Evangelia.* Iterum sub finem Capitis, *sola illa*, inquit, *vera & firma, (non capit neque plura, præterquàm prædicta sunt, neque pauciora esse Evangelia) per tot & tanta ostendimus.* Hæc certè non sunt verba hominis, qui potuisset audire à parentibus, aut magistris, nuper demum constitutum fuisse ab Ecclesia Catholica Evangeliorum numerum, stabilitámque auctoritatem. Si plura antea fuissent, quorum par auctoritas habita fuisset, facillimè confutassent Irenæum Hæretici; respondendo non ita pridem constitutum esse numerum illum Evangelistarum, & fuisse reverâ antea plures. Paullò pòst, sic pergit vir clarissimus.

Hoc primùm tempore, sub finem, nempe, Trajani, collectum fuisse Evangeliorum Corpus facit ut existimemus insignis Eusebii *locus.* (H. E. III. 37.) *Quo enim tempore passus est Ignatius, quo floruit Propheta Quadratus, quo Philippi filiæ à Papia visæ Prophetissæ, quæ notæ tempora, quæ dixi, indicant Trajani; alios fuisse tradit multos primæ successionis Discipulos, qui propagando per orbem Evangelio gnaviter incubuerint. Horum nonnullos fundatas jam ab Apostolis Ecclesias novis excoluisse constructionibus. Alios fuisse qui suis facultatibus in egenos distributis, relictâ patriâ, munus obirent Evangelistarum. Quod ille munus duplex recensuit; vetustius aliud Evangelistarum etiam Apostolicorum, ut, nimirum, illis, qui fidei sermonem nondum audivissent Christum prædicarent; aliud recentius, recentiorúmque illius sæculi Evangelistarum fortasse proprium,* τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν. *Erant igitur, hoc tandem tempore, Evangelia scriptis commissa, & quidem uno plura, in manus hominum deinde propaganda. Estque hæc Codicis Evangelici in Ecclesia passim recepti prima, ut existimo, atque antiquissima mentio. Fine hæc Trajani & initiis Hadriani contigisse est sanè verisimillimum; patefacto, nimirum, per Trajani Parthicas victorias, Oriente, gentibúsque antea incognitis,* &c.

Eusebius, narrato *Ignatii* Martyrio, memoratóque *Quadrato* & *Philippi* filiabus, sic pergit: καὶ ἄλλοι δὲ ἐπὶ τούτοις πλείους ἐγνωρίζοντο κατὰ τούσδε, τὴν πρώτην τάξιν τῆς τῶν Ἀποστόλων ἐπέχοντες διαδοχῆς: *& alii præter hosce plures innotuerunt, eorum tempore, primum ordinem obtinentes successionis Apostolorum*; hoc est, discipuli ipsorum Apostolorum, non secus ac Ignatius, Quadratus & alii non recentiores; & quidem eximii, cùm principem locum inter Apostolorum successores obtinerent. Quos proinde existimandum est potissimùm sæculo primo floruisse, cùm intra id omnes Apostoli obiisse statuantur, & ante tempora Trajani, ad cujus secundum annum omnium maximè longævus Joannes vitam produxisse fertur. Sequentia *Eusebii* verba sic habent: εἰ καὶ ἅτε τηλικοῦδε ὄντες θεοπρεπεῖς μαθηταὶ, τὰς κατὰ πάντα τόπον τῶν Ἐκκλησιῶν προκαταβληθέντας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων θεμελίους ἐπῳκοδόμουν, αὔξοντες εἰς πλέον τὸ κήρυγμα, καὶ τὰ σωτήρια

σπέρματα

σπέρματα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνὰ πᾶσαν εἰς πλάτος ἐπισπείροντες τὴν οἰκουμένην. καὶ γὰρ δὴ πλεῖστοι τῶν τότε μαθητῶν, σφοδροτέρῳ φιλοσοφίας ἔρωτι πρὸς τοῦ θείου λόγου τὴν ψυχὴν πληττόμενοι τὴν σωτήριον πρότερον ἀπεπλήρουν παρακέλευσιν, ἐνδεέσι νέμοντες τὰς οὐσίας: *Qui cùm essent tantorum virorum digni discipuli, fundamentis Ecclesiarum, ubique ab Apostolis antea jactis, inædificabant; augentes in majus præconium & salutaria semina regni cælorum, per totum terrarum orbem, quà patet, spargentes. Etenim plerique discipulorum ejus ævi, vehementiori Philosophiæ amore, à divino verbo, perculsi, Servatoris præceptum jam antea expleverant, divisis inter egentes facultatibus suis.* Hæc omnia clarè ostendunt sermonem esse de primis discipulis Apostolorum, non de recentioribus nescio quibus secundi sæculi Evangelistis, quos vir perspicacissimus hîc quærit. Nec dubium quin ad eosdem pertineant verba *Eusebii* proximè sequentia, quæ sic habent: Ἔπειτα δὲ ἀποδημίας στελλόμενοι, ἔργον ἐπετέλουν Εὐαγγελιστῶν τοῖς ἔτι πάμπαν ἀνηκόοις τοῦ τῆς πίστεως λόγου, κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμούμενοι, καὶ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν: *deinde peregrè proficiscentes, munere defungebantur Evangelistarum, iis qui fidei sermonem nondum audivissent; Christum prædicare & divinorum Evangeliorum scripturam studiosè satagentes.* Si hæc vera sunt, quod non negat *Dodwellus*, Apostolorum Discipuli jam à primo sæculo quaquaversùm spargebant Evangeliorum libros; nisi si quis fingat, ante ultima Trajani tempora, neminem Evangelia circumtulisse, quia commodius hoc erit fulciendis aliis opinionibus. Nec est hoc antiquissimum testimonium, de lectione publica Evangelistarum, ut ex testimoniis, antea à nobis allatis, intelligere licet. Nonnullas alias præterea habet vir eruditissimus conjecturas, quas, quia superioribus multò leviores sunt, omittemus, finem huic sat longæ Dissertationi impositurí; quâ nos putamus γνησιότητα atque auctoritatem Evangeliorum ita defendisse, eorúmque consilium ac usum ab initio Christianismi, sic aperuisse, nulla ut superesse amplius difficultas videatur.

Tertiæ Dissertationis FINIS.

NOTULÆ

N O T U L Æ

in aliquot loca

HARMONIÆ EVANGELICÆ.

NON opus est, ut reddamus hîc iterum rationem ordinis totius nostræ *Harmoniæ*; quem sat multis, in secunda nostra Dissertatione, exposuimus; nec aggredimur Commentarium scribere in Evangelia harmonicè digesta. Poterit fortasse hoc fieri aliquando, postquàm aliis curis defuncti fuerimus, si Deus otium nobis fecerit; non quidem ita ut omnia latè interpretemur, sed ut proferamus tantùm quod ab aliis Interpretibus prætermissum, aut castigemus quod non satis rectè explicatum videtur. At nunc ad alia vocamur, nec nisi pauca loca attingemus, ut rationem reddamus Historiæ nostræ, non ut res ipsas explicemus. Si quid novum videatur Lectori, in rebus, adeat *Hug. Grotium*, aut *Henr. Hammondum* Additamentis nostris auctum, & videbit ut plurimum cur sententiam quamdam aliis prætulerimus. Quòd si illic nihil inveniat, ex quo intelligere possit Paraphraseos nostræ rationem, comparet verba Evangeliorum cum nostris, videbitque non sine causa nos certos sensus esse sequutos. Aut certè, si adsequi nequeat rationes, quibus permoti sumus, judicium sustineat, exspectétque donec eas ipsi edamus. Sin minùs, iniqnum se se præstabit, ludibriúmque æquis rerum æstimatoribus debebit.

CAP. I. p. 2. *Verùm cùm non pauca omissa* &c.] Vide Dissert. II. Can. I.

PAG. 2. *Cùm Herodes*] In summa pagina, habemus 32. annum Herodis; qui numerandus à capta Jerosolima, de quo vide Dissert. I. num. I. Annus verò 39. Augusti, est à nece Julii Cæsaris, non à primo Consulatu, quam rationem numerandi sequuti sumus, ut magis accederemus ad calculum Patrum, qui dixerunt Jesum Christum esse natum circa 41. Augusti, & quorum verba protulimus Dissert. I. num. V. Eadem de causa, annum natalem Christi retulimus non ad 40. sed ad 41. Augusti, neglectis diebus, hebdomadibus aut mensibus superioris anni ignotis, ut anni ætatis Christi procederent à Calendis Januariis. Sed quia fortè etiam initio anni 41. natus dici queat; ea de causa, in summa pagina nullum annum præfiximus, ut significaremus inter 40. & 42. Augusti natum fuisse.

Ibid. Sexdecim circiter mensibus &c.] A qua anni tempestate incipiendi sint hi menses nescio, neque sciri posse puto, ut jam alibi dixi. Fortè sub finem æstatis hæc visio missa est ad Zachariam.

P. 5. *Surdus eris*] Vide Dissert. II. Can. IV.

P. 7. *Per priores quinque menses nemini aperuit*] Res poterat celari per quinque menses, sed vix diutiùs, & præterea sexto mense res patefacta est Mariæ.

CAP. II. p. 8. *Sexto mense*] Quo hujus anni nescio. Fortè non procul ab initio anni. Nihil definio, ne nimis multas conjecturas coacervem; neu ex sanctissima ac verissima Historia fabulam Milesiam faciam, conjecturis subinde veris eventibus mistis.

P. 8. *Gravidam illico*] Responsio Mariæ ostendit supplendum esse *illico* non expressum in verbis Angeli; nam alioquin intellexisset Maria se gravidam brevi fore ex Josepho, cui desponsata erat. Vide Can. VII. in Dissert. II.

P. 10. *Neque ullam pœnam dabis*] Hæc latent in antecedentibus, *beata quæ credidisti* &c. quibus tacitè Elisabetha opponit fidem Mariæ incredulitati viri sui Zachariæ.

CAP. III. p. 15. *Non quidem à jugo Romanorum*] Hæc fortè ita non intellexit Josephus, sed in verbis Angeli hæc sententia continetur.

P. 16. *Somnium divinitus sibi immissum* &c.] Vide quæ diximus ad Can. IV. Dissert. II.

Ibid. Quæ prima descriptio Judæorum à Romanis facta est, ante censum &c.] Existimamus hic designari non censum propriè ita dictum, sed descriptionem hominum, eum in finem institutam, ut Augustus sciret quæ essent vires Judææ. Deinde πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος interpretamur, *prima fuit*, & quidem *ante* descriptionem factam, census causâ, *cùm præesset Syriæ Quirinus*; quasi dixisset Lucas πρώτη πρὸ τοῦ ἡγεμονεύειν. Vide hac de re Dissert. eruditi Critici *Jac. Perizonii*.

P. 17. *Eadem nocte*] Liquet hoc ex ℣. 11.

 ubi

ubi *hodie* natus dicitur Christus, dies autem, apud Judæos, incipiebat à vespera. Vide not. ad Gen. I, 5.

P. 19. *Duplici ratione genus ex Davide ducebat* &c.] Vide *H. Grotium* ad Luc. III.

P. 22. *Ex Genealogico Codice exscriptis* &c.] Vide quæ notavimus ad Matth. I, 8. in Additamentis *Hammondi*.

CAP. IV. p. 24. *Paullò pòst.*] Aliquot Hebdomadibus. Vide ad Can. V. Dissert. II.

P. 26. *Exacti erant quadraginta dies*] Vide ad Can. V. Diss. II.

P. 31. *Non multò pòst mortuus est Herodes.*] Inchoato 34. anno regni, à capta Jerosolima, fortè sub finem æstatis. Vide Dissert. I. num. I.

Ibid. *Angelus Josephum in somnis monuit.*] Antequàm fama, aut certus nuntius rei in locum Ægypti, in quo erat Josephus, pervenisset. Alioqui revelatione opus non fuisset. Igitur fortè eodem anno Josephus Nazaretham se contulit. Attamen ad sequentem annum rem retulimus; quia tum demum verè regnavit Archelaus, cùm est ab Augusto Rex salutatus. Vide hac de re *Henr. Norisii* eruditam Epist. de Nummo Herodis Antipæ. Videtur autem Josephus aliquamdiu commoratus fuisse, in finibus Ægypti, quamvis profectus esset in Judæam; dum exspectat eventum itineris, quod Herodis liberi Romam susceperant. At hic neque negavi, neque affirmavi quidquam, cùm in historia statuissem parcere conjecturis.

CAP. VII. p. 76. *Anno decimo quinto* &c] Vide Dissert. I. num. III. Si accuratè loquutus est Lucas, Joannes cœpit baptizare post 28. diem mensis Augusti. Sed non opus est, hoc in negotio, statuere tam accuratè esse loquutum Evangelistam.

CAP. VIII *Jesus etiam ex Galilæa ad eum ivit.* &c.] Circa finem anni antecedentis, aut circa initium hujus; sed posterius maluimus, quia jam aliquamdiu baptizasse oportuit Joannem, cùm Jesus ad eum venit, quandoquidem fama ejus latè jam erat sparsa. Sic & Ecclesiæ Occidentales solebant ad diem VIII Idus Januarias referre baptismum Christi. Ingressus autem erat Christus annum trigesimum, ex calculo nostro; qui apprimè consentit cum narratione Lucæ. Afflatu autem prophetico monitum Joannem diximus, ob ipsius verba, apud Evangelistam cognominem C. I. 33. Harmon. p. 49.

P. 41. *In solitudinem Arabiæ vicinam* &c.] Hoc fuit, nimirum, desertum proximum ei loco, in quo baptizatus est.

P. 42. *Eum subduxit in altissimum montem.*] Ordinem narrationis Matthæi prætulimus, in hac historia, ordini Lucæ, ut ex versuum numeris intelligere est; quia statim post tentationem Jesus se contulit ad Joannem, quo credibile fit tentationem postremam contigisse in monte Perææ, à loco in quo erat Joannes non remoto. Talis fuit mons, è quo Moses Chananæam prospexerat.

CAP. IX. p. 44. *Nonnulli* &c.] Singulari Dissertatione, rationem reddidimus hujus Paraphraseos initii Joannis. Quæ à nonnullis admorsa est, nec hactenus à nobis defensa; quòd satis esse videatur quod diximus, si conferatur cum eo quod objecerunt, ut intelligant æqui atque eruditi Lectores, ex cujus partibus stet veritas, aut certè veritatis studium. Famam præterea non captamus ex contentionibus, neque si eo vitio laboraremus cum iis potissimum certare vellemus, qui nos conviciis provocarunt, aut veneno invidiæ imbutis telis petierunt. Quærant illi sibi pares, arte convitiandi & detrahendi, qui secum contendant.

CAP. X. p. 52. *Unde intelligere poterat Jesum* &c.] Hoc necessariò supplendum ostendunt sequentia, & antecedentia. Vide Can. V. & VI. Dissert. II.

P. 53. *Quæ aliàs viderat filium edentem miracula*] Vide scripta ad Can. V. Dissert. II.

Ibid. Plusquàm septingentas libras Romanas &c.] Ex calculo *Ed. Bernardi*, in Lib. de Pond. & Mens.

CAP. XI. p. 54. *Ex Cyclo quo Judæi utuntur* &c.] Vide Dissert. I. sub finem.

P. 57. *Hac præmissâ præfatione* &c.] Vide quæ diximus ad Can VI. in Dissert II.

P. 58. *Ac propterea quæ dico in dubium revocari*] Sequentia verba hoc additamentum postulant; alioquin intempestiva esse viderentur.

Cap. XII. p. 60. *De ablutione.*] Vel de baptismo Joannis & Christi, ut ex sequentibus intelligere est.

P. 62. *Cùm Joannes esset in ditione Herodis.* &c.] Nullus est Historiæ locus, in quo possit collocari carcer Joannis, præter hunc, cùm nulla sequantur Joannis publica dicta. Ideóque Lucæ narrationem huc retraximus, quamvis ceteroquin ejus ordinem semper servaverimus.

CAP. XIII. p. 67. *Cùm nullam aliam, in hoc terrarum tractu, reperire posset* &c.] Hæc necessariò intelligenda sunt, ut commoda sententia insit interrogationi Samaritidis. Ex hoc & similibus locis, colligere Lector potest, quàm utilis sit perpetua Paraphrasis Historiæ Evangelicæ.

P. 68. *Quatuor exactis mensibus* &c.] Vide quæ diximus de hoc loco, in Dissert. I. num. IV.

CAP. XIV. p. 72. *Scitote nullum unquam Prophetam* &c.] Nisi ex Luca suppleas quæ hic desunt Joanni, versus 44. Cap. IV. Joannis videbitur propemodum huc, sine ulla necessitate, intrusus. Sed Joannes, qui norat integram historiam apud Lucam legi, uno verbo rem attingere satis habuit. Hic locus aliique similes nos docent, ex mero silentio Evangelistarum, non esse argutiùs ratiocinandum; quasi omnia verba Jesu, aut omnes orationum ejus, quas attingunt, circumstantias haberent.

CAP. XV. p. 75. *Relictâ denuo Nazarethâ* &c] Si legamus solum Matthæum, eorum, quæ interposuimus inter ✝. 12 & 13. Cap. IV. in mentem nobis non veniet. Sed ex aliis Evangelistis liquet hanc migrationem Christi

ex patria secundam esse. Verùm cùm quidpiam omittitur, non minùs remota tempora conjunguntur, quàm si vicina essent. Vide quæ scripsimus hac de re ad Can. XV. Dissert. II.

P. 78. *Summo mane, antequàm dies illucesceret; sed appetente aurorâ*] Sic expressimus quod Marcus habet πρωῒ ἔννυχον λίαν, *diluculo, cùm esset etiamnum multa nox*, & Lucas γενομένης ἡμέρας, *facto die*. Nempe, Jesus ante auroram surrexit, sed in itinere aurora exorta est. Sic intelligendus alter locus, de tempore quo mulieres se contulerunt ad Christi sepulcrum.

P. 79. *Retiáque sua in aquam ad ripam demittebant, ut ea luto fœdata abluerent*] Sic in concordiam redigimus Evangelistas, conjungendo eorum narrationes; ita ut ex Lucæ narratione copiosiore, ceterorum contractiorem historiam interpretemur.

Cap. XVI. p. 82. *Quo pacto vitabatur invidia Sacerdotum* &c.] Hæc quidem non continentur verbis Evangelistarum, sed ipsius facti Christi sunt necessarium consectarium.

Cap. XVIII. p. 90. *In XVI. Cal. Majas*] Ex Cyclo vitioso, quem ad mentem Judæorum confecit *Petavius* in notis ad *Epiphanium*. Vide Dissert. I. sub finem.

P. 92. *Cùm non auderent iræ suæ satisfacere* &c.] Hoc habemus ex Joan. XVIII, 31.

Cap. XIX. p. 96. *Primo die Sabbathi qui Azymorum dies sequebatur, secundo verò in numero septem Sabbathorum* &c.] Hîc est circumloquutio σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, quæ ex compositione verbi commodissimè hauriri queat. Eam tamen quasi exploratæ veritatis non obtrudo, qui hoc unum constare puto *Sabbatum secundo-primum* quærendum inter Pascha & Pentecosten.

P. 100. *An eripere per legem licebit?*] Existimabant Judæi eo ævo non licere quidem hostem die Sabbathi invadere, aut adoriri; at licere irruentem repellere, atque adeò occidere. Quod ex *Josepho* aliàs probabimus. Hoc autem cùm negare non possent vulgò licitum credidisse Magistros; non poterant negare vitam servare homini, die Sabbathi licere. Nam cùm licet occidere, servare etiam licet.

P. 102. *Ne homines regni terrestris Messiæ* &c.] Hanc rationem imperii Christi, quo quis esset celari volebat, aliquoties attulimus in Additamentis ad *Hammondum*, certámque existimamus, & nobiscum sentient quicumque rem attentiùs expendent.

Cap. XXIII. p. 128. *Ad eum adlegavit* &c.] Quomodo conciliandus sit Matthæus cum Luca diximus ad Can. XVI. Dissert. II.

Cap. XXV. p. 137. *Eum ad convivium aliquando vocavit* &c.] Hanc historiam hîc suo loco legi ostendimus ad Can. VIII. Dissert. II. Addere dictis licet, Simonem hunc dubitasse an Jesus esset Propheta; quod difficiliùs contingere potuit quarto anno, post tot & tanta miracula edita, ac præsertim Bethaniæ, ubi excitatus è mortuis fuerat Lazarus.

Cap. XXVIII. p. 160. *Duo viri à Cacodæmonibus dudum infessi* &c.] De conciliatione Matthæi cum duobus aliis Evangelistis, vide quæ diximus ad Can. XII. Dissert. II.

P. 162. *Eo fortè animo* &c.] Hæc quidem est conjectura, sed, ut mihi videtur, longè verisimillima; ut & ratio cur Jesus Cacodæmonibus permiserit ire in porcos.

Cap. XXIX. p. 168. *Ne fortè quis existimaret* &c.] Ut statim liqueret eam vivere & valere, non arte magicâ moveri. Sic conjicimus.

Cap. XXXI. p. 180. *Circa initium anni tertii* &c.] Si ad nos pervenisset vita Herodis Magni, à *Nicolao Damasceno* scripta, fortasse sciremus annum & diem natalem ejus filii, unde intelligere liceret tempus mortis *Joan. Baptistæ*. Potuissent Veteres hoc atque aliis plurimis libris, qui nunc perierunt, percommodè uti, in æternam posteritatis utilitatem; sed suas opes ignorarunt.

P. 181. *Herodes hanc suspicionem probavit* &c.] Commodo ordine, hic Evangelistas in concordiam redegimus; ut & in sequentibus.

Cap. XXXIV. p. 198. *In Nonas Apriles.*] Ex Cyclo, quem antea memoravimus, & de quo diximus sub finem Dissert. I.

Cap. XXXV. p. 211. *Seu concursus hominum* &c.] Nisi hoc teneamus, necesse est hunc locum, & aliquot alios obscurissimos esse. Quod nescio an quisquam Veterum animadverterit, aut etiam superiorum proximè ætatum Interpres. Certè puto deberi ætati huic nostræ.

P. 212. *Beatum te esse existimare debes* &c.] Similem confessionem Petri antea, sub finem Cap. XXXV. videtur propemodùm dissimulanter præteriisse Christus; quòd alii præter Apostolos, adessent, coram quibus noluit ipse apertè se Messiam profiteri, propter rationes antea memoratas. At hîc coram solis discipulis, cum præsertim finis Ministerii sui remotus non esset, non ampliùs dissimulavit; & Petri professione acceptâ, munificentissimum se ei præbet.

Cap. XXXVI. p. 216. *Octavo die* &c.] Ita Lucas, at Matthæus & Marcus, omisso utroque termino, habent, *post dies sex*, cùm Lucas utrumque terminum numeraverit. Vide ad hæc Interpretes.

Cap. XXXVII. p. 227. *Si quid ergo quod non minùs utile in hac vita vobis judicaretis, quam manus* &c.] Simile monitum, alia ex occasione exstat, Matth. V, 29, 30. Harmoniæ nostræ, Cap. XXI. Quod cùm bis occurrat, apud unum eundémque Evangelistam; statim ac similia leguntur in diversis Evangelistis, non est putandum ad idem tempus, eamdémve occasionem respici. Vide Can. IX. in Dissert. II. Vide & pag. 228. Marc IX, 49.

Cap. XXXVIII. p. 234. *Pridie Calendas Octobres* &c.] Ex Cyclo Petaviano, numeratis à Paschate mensium diebus, ita collegimus. Qua in re si sit error, exigui est momenti.

P. 237. *Selectos LXX. Discipulos* &c.] De mandatis hic LXX. datis egimus ad Can. IX. Dissert. II.

P. 239. *Gravissimas pœnas, ô Chorazinenses* &c.] Similes antea effuderat querelas Christus Histor. Cap. XXIV. p. 135.

CAP. XLI. p. 365. *Quo tempore ad eum redierunt* &c.] Aut etiam paullò antea, sed circa hoc tempus.

P. 270. *Jesus verò eam repetiit* &c] Vide dicta à nobis ad Can. IX. in Dissert. II. Eodem Canone illustrantur & quæ leguntur pag. 272. de defensione, quâ Christus iterum utitur contra Pharisæos.

P. 274. *Cùm Spiritus malus è corpore humano* &c.] Hæc aliâ occasione dicta habuimus Cap. XXVI. ex Matth. XII, 43. ut & sequentia. Vide Can. IX. in Dissert. II. Alia sunt, in hac eadem oratione Christi, & dicta & dicenda alibi, quæ repetita à Christo non dubitamus.

CAP. XLVI. p. 309. *Si libenter ego versor* &c.] Hic in oratione Christi nonnulla supplenda fuerunt, ut nexus intelligeretur; qui, nisi fallor, ita est à nobis expressus, ut vix dubius in posterum esse possit. Sunt hîc etiam nonnulla alibi dicta, quæ repetuntur à Christo, re ita postulante. Quæ si referrentur ad idem tempus, omnia sine ratione miscerentur.

CAP. XLVII. p. 315. *Regnum Dei non adveniet* &c.] Talia iterum occurrent Matth. XXIV. quæ Christus Apostolis respondet, ut dubitare non possimus quin eadem variis ab eo sint temporibus repetita. Vide ad Can. X. Dissert. II.

CAP. XLVIII. p. 320. *In Nenas Decembres.*] Ope Cycli, invenimus, ut antea Scenopegiæ tempus.

CAP. L. p. 336. *Non ausa est addere Jesum* &c.] Vide quæ diximus de hoc loco ad Can. VI Dissert. II.

CAP. LI. p. 343. *Ad eum adlegarunt Matrem suam.*] Conciliatio Matthæi cum Marco petenda est ex iis quæ diximus ad Can. XVI. in Dissert. II.

P. 344. *In duos cæcos* &c.] Vide dicta ad Can. XII. in Dissert. II.

CAP. LII. *In VIII. Cal. Apriles.*] Hac de re egimus sub finem Dissert. I.

Ibidem. Cœnâ illic à Martha & Maria &c.] De hoc loco, multis egimus ad Can. VIII. Dissert. II.

P. 352. *Asinam vinctam & Asellum.*] Sic Matthæus, Marcus verò & Lucas asellum tantùm memorant, quia ei soli insedit Christus. Sed vide Can. XII. Dissert. II.

CAP. LIV. p. 364 *Tempestas ficuum ferax non fuerat.*] Sequuti sumus hîc sententiam doctissimi viri *H. Hammondi*, non quòd eam difficultate carere putaremus, sed quia melius nihil occurrebat.

CAP. p. 405. *Cùm verò cœnaret Jesus Bethaniæ.*] Vide, de hoc convivio, ad Can. VIII. Dissert. II.

P. 407. *Cùm verò illuxisset primus dies Azymorum.*] Hoc est, lux ejus diei orta esset. Judæi enim à nocte diem inchoabant. Vide Dissert. I. sub finem, ubi amandamus Lectorem ad *Sam. Bochartum.* Sed si diligenter verba Evangelistarum conferantur, ac legatur nostra Paraphrasis, vel hoc solo constabit pomeridiano tempore hujus diei mactandum fuisse Pascha propriè dictum, & comedendum sequente nocte.

CAP. LX. p. 412. *Cùm illi crederent* &c.] Fortè hæc contigerunt ante institutionem Eucharistiæ. Sed ordinem invertere noluimus, cùm nihil vetet in tali narratione esse interdum ὕστερον πρότερον, quando hoc nihil ad perspicuitatem rerum narrandarum facit. Tale quid etiam videtur esse apud Lucam, in narratione ipsa institutionis memoratæ. Quare eam secuimus & transposuimus, ut posset cum aliis Evangeliis conferri; sed absque ulla mutatione sensûs.

CAP. XLI. p. 425. *Me, inquit, & meos discipulos.*] Videtur hic Joannes omisisse discessum Jesu è triclinio, supplendum ex aliis Evangelistis. Certè non est aptior locus, in quo ea circumstantia interponatur.

CAP. XLII. p. 447. *In quas Synedri multi convenerunt.*] Marcus habet *omnes Sacerdotes, Scribæ & Seniores*; sed ex sequentibus liquet multos, aut plerosque omnes esse intelligendos; totum enim Synedrium, nonnisi orto die, coactum est.

P. 448. *Qui eo tempore in aula erat* &c.] Si enim tunc fuisset in Conclavi, in quo erant primores Judæorum, à Petro, qui in atrio, vel in aula erat, cerni non potuisset. Fuerat quidem fortè Jesus jam vocatus ad Caïpham, sed emissus ac sub dio exspectare jussus, dum viderent Synedri quâ ratione sese, in hoc negotio, essent gesturi.

P. 451. *Integrum Synedrium magnum in locum solitum convocatum est.*] Nimirum, ut jus diceret, reum in loco solito audiri ac damnari oportebat, non in ædibus Pontificis Maximi. Videtur tunc fuisse *Conclave cæsi lapidis*, de quo multa qui de Synedrio scripserunt.

CAP. XLIII. p. 459. *Quod ei inviderent existimationem* &c.] Norat, ut videtur, Pilatus, jam ante hoc tempus, quid fama ferret de Jesu; certè probè sciebat in Judæa nullam ab eo seditionem concitatam; nec ullam etiam in Galilæa, quandoquidem nullius rei ab Herode insimulabatur. Hinc factum ut facilè ei crederet de Regno minimè terrestri loquenti. Itaque conatus est Jesum furori Judæorum eripere, sed non satis constanter.

P. 463. *Hora verò circiter tertia, ab ortu Solis.*] Nolim quidem quidquam mutari in Joanne, sed sic omnino res intelligenda est, ut antecedentia omnia & consequentia ostendunt. Vide ad Can. XIII. in Dissert. II.

P. 464. *Cùm verò Judas vidisset* &c.] Historiam desperationis Judæ, ne interturbaretur narratio damnationis Christi, huc non incommodè transtulimus; cùm satis constet ex Matth. XXVII, 3 Judam in desperationem delapsum, postquàm Magistrum damnatum vidit. Ex Actis Apostolorum huc etiam transtulimus circumstantias, quas in Evangelio non scripserat Lucas. In subjecta Historia, ostendimus quemadmodum cum Matthæo in concordiam redigendum eum putemus.

Osten-

Ostendendum præterea esset posse dici Judam κτήσασθαι agrum, qui pecuniâ ei antea numeratâ emtus postea fuit à Sacerdotibus. Verùm hoc ad Commentarium pertinet.

P. 470. *Quin & alter latronum* &c.] Vide de hoc loco dicta ad Can. XVII.

Ibidem. Qui antequàm crucifigeretur &c.] Hæc colligimus ex sermone latronis, quem minimè necesse est latrocinia exercuisse, usque ad diem, quo fuit captus. Nam etiam propter latrocinia olim admissa, pœnæ dantur. Scio vulgò solere hic subitam mutationem fingi, latronémque dici ex afflatu intellexisse Jesum esse innocentem, & Messiam. At cùm ne verbulum quidem ea de re habeat Lucas, conjecturæ parum verisimili aliam, quæ commodior videtur, opponere non dubitavimus.

Cap. LXV. p. 482. *Præiturum in Galilæam, atque illic iterum conspicuum illis fore* &c.] Non fefellerunt Angeli mulieres, sed plus præstitit Christus, quàm polliciti erant; quippe qui, eo ipso die, quinquies suis conspiciendum se præbuit.

P. 484. *Maria verò constitit ad monumentum* &c.] Quò redierat sequuta Petrum & Joannem.

Cap. LXVI. p. 486. *Ut proficiscerentur in Galilæam* &c.] Hoc ipso die, ut jam dixi, ter præterea conspectus est à Discipulis, plura præstans quàm promiserat. Fortè fidem Apostolorum experiri voluit, dilato, ut videbatur, in aliquot dies sui conspectu; quam tamen infirmiorem, præsentibus alloquiis, sustentandam judicavit.

P. 487. *Se conspiciendum præbuit Petro.*] Hoc ex Paulo habemus, nec potuit hæc Christi apparitio alio tempore collocari; nisi fortè referatur ad id tempus, per quod Emmaunte Jerosolimam redibant duo Discipuli, de quibus postea. Nam reversi oppresserunt Apostolos de ea apparitione colloquentes.

P. 490. *Quàm maximâ celeritate potuerunt* &c.] Fortè equis, vel thedâ, nam sine dubio flagrabant cupiditate communicandi quàm primùm fausti nuntii cum Apostolis. Itaque, si statuamus eos circa vesperam accubuisse Emmaunte, cùm illico surrexissent, mediâ primâ vigiliâ, perfacilè potuerunt esse Jerosolimæ, si equis, aut curru vecti sunt; paullò seriùs, si pedibus redierunt. Sed si tam vicinus erat ille pagus, inquies, eò tam serò non pervenissent, ante meridiem profecti? Moræ sine dubio aliquid intervenit, quod cùm nihil ad rem faceret, à Luca rectè omissum est; nec potest à nobis divinari, quia innumera moram facere profectis possunt.

P. 493. *Postquàm huc è Galilæa* &c.] Hæc supplenda esse ceterorum Evangelistarum narratio, ad quos accedit Paulus 1. Cor. XV. ostendit; quamvis Lucas, qui omisit omnes in Galilæa apparitiones, proximè subjiciat ultimam ἐπιφάνειαν. Qua de re vide quæ diximus ad Can. XV. in Dissert. II.

P. 495. *In Galilæam profectus est* &c.] Non diutius exspectasse Jerosolimæ Apostolos ut credamus faciunt jussa iterata eundi in Galilæam, deinde reditus Apostolorum in Judæam, non multò pòst, cùm decem diebus ante Pentecosten illic fuerint.

Cap. LXVII. p. 498. *Sic Jesus tertiùm, pluribus Discipulis simul* &c.] Hoc esse ita intelligendum ostendunt superiora. Ipso die resurrectionis, conspectus est Jesus à decem Apostolis, absente Thomâ; octiduo pòst, à Thoma & aliis; tertiò, à septem viris hîc memoratis.

P. 500. *Se contulerunt ad montem quemdam* &c.] Divulsimus narrationem Matthæi, nec aliter fieri poterat. Recordandum dictorum ad Can. XV. Dissert. II.

P. 501. *Tandem & omnibus Apostolis* &c.] Posset fortè credi hæc ἐπιφάνεια eadem esse ac sequens, quamvis illam distinxerimus. Hæc ad Historiam nostram dicere voluimus, tantùm ut paucis indicaremus quomodo possint ἐναντιοφάνειαι solvi, rationémque ordinis nostri aliquam redderemus; non ut res ipsas explicaremus, quod fortasse aliquando, ut jam dixi, faciemus.

FINIS.

INDEX

INDEX
CAPITUM MATTHÆI

quorum ordo est inversus.

F I N I S.